BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

De Jonghe, Jan Frans

Belgium Dominicanum

Bruxellis 1719
4 H.mon. 307
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10006566-8

BELGIUM DOMINICANUM
SIVE
HISTORIA
PROVINCIÆ GERMANIÆ INFERIORIS
SACRI ORDINIS FF. PRÆDICATORUM,

Ex antiquis Manuſcriptis, probatis Authoribus, Litteris originalibus numquam impreſſis, Inſtrumentis authenticis, & Archivis eruta.

COLLECTORE

F. BERNARDO DE JONGHE,
ejuſdem Ordinis, Conventûs Gandenſis filio.

BRUXELLIS,
Typis FRANCISCI FOPPENS, ſub ſigno Sancti Spiritûs.
MDCCXIX.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.
Bayerische
Staatsbibliothek
München

R^DO ADM. AC EXIMIO PATRI

P. F. HIERONYMO T'SERAERTS

ORDINIS PRÆDICATORUM,

S. T. D. in alma Universitate Lovanienſi ſtrictæ Facultatis Theologicæ Profeſſori Regenti, Provinciæ Germaniæ inferioris Priori Provinciali, Miſſionis Apoſtolicæ in Belgio Confœderato Præfecto, Provinciæ Teutoniæ Commiſſario Generali, &c.

VEnerandæ antiquitatis ſtudium non obſcurè commendavit Fons ipſe omnis veritatis, dum Judæos Scripturas ſcrutari juſſit: nam Hiſtoriarum conſignandarum curam cum omnibus populis, qui rerum geſtarum gloriâ floruerunt Synagogæ ſemper fuiſſe maximam: non eſt, qui ignoret. Moyſes, & poſt illum alii Hagiographi multa, quæ ab origine mundi contigerunt: Prophetæ ea, quæ futura erant, Spiritu Sancto dictante, ſcriptis conſignarunt: ut ex teſtimoniis Legis, & Prophetarum quis, & qualis eſſet futurus Meſſias dignoſceretur, Joan. V.

& per umbras innoteſceret naſcitura Veritas. Dum poſtmodùm mundo ortum eſſet ipſum lumen de lumine: ut illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, præclarum de Moyſe, Prophetis, & Pſalmis teſtimonium perhibuit. Chriſto paſſo, mox Evangeliſtæ vitæ ejus ſeriem conſcripſerunt, & S. Lucas Acta Apoſtolorum compilavit: ut Meſſiam in lege, & Prophetis promiſſum jam veniſſe, legem non ſolviſſe: ſed adimpleviſſe, Judæis, & Gentibus ex concordantia Synagogæ, & Eccleſiæ manifeſtè pateret, & Chriſtianis ad ipſum Chriſtum mundi Salvatorem in arduis, & adverſis ſequendum ſpeculum exhiberetur, & exemplum. Cum enim ipſe Chriſtus ſuam, ſuorumque vitam veluti lumen quoddam accenſum aliis prælucere velit, intereſt Eccleſiæ Sanctorum res geſtas Hiſtoriarum monumentis conſignari; nam brevis eſt vita hominis, qui omni tempore vivere, omnia videre, vel ſcire non poteſt; labilis memoria, quæ omnia, quæ ab aliis facta aliquandò didicit, aut ſcivit, retinere non eſt capax; maxima eſt hæreticorum, & impiorum malitia, quæ in reprobum ſenſum Sanctorum Acta vertere, vel omninò abolere ſtudent, & niſi Majorum, & ipſorummet Contemporaneorum noſtrorum præclara geſta ſcriptis mandentur, vel totali oblivioni, vel dubiæ fidei obnoxia ſemper erunt. Hinc ſtudii venerandæ antiquitatis, & Hiſtoriæ rerum geſtarum neceſſitatem collige. Et ut maxima eſt Hiſtoriæ neceſſitas: non minor eſt utilitas: in illa enim ut in pictura, aut in ſpeculo conſpiciuntur geſta præterita velut præſentia, & Majorum exempla poſteros ad virtutis ſemitam efficacius, quàm quævis verba movent. Hinc Clemens I. S. Petri Apoſtolorum Principis diſcipu-

Lucæ 24 v. 44

lus & ſucceſſor , & poſt eum complures Romani Pontifices Diaconis ordinatis ſtipendia decreverunt , qui res Eccleſiæ geſtas , & Martyrum vitas , non modò Romæ : verùm etiam in Provinciis memoriæ mandarent. Planèque teſtatur Euſebius : Conſtantinum Magnum in hunc ipſum finem Sylveſtro I. Summo Pontifici , cæteriſque per Provincias Epiſcopis donationes tam largas contuliſſe : ut veterum Authorum ſcriptis ab interitu vendicandis , & recentiorum conſervandis, utriſque autem promovendis ſumptum ſuppeditare poſſent , quem etiam Carolum Magnum (qui Hiſtoriarum libros tempore prandii , & cœnæ ſibi prælegi juſſit) in hoc poſteà fuiſſe imitatum : Hiſtoriis non incertis conſtat. Ut igitur hoc ſtudium proniſſimis animis tunc arreptum ; ità etiam plurimis annorum curriculis inter optimos quoſque certatim celebratum fuit. In primis autem pii Monachorum Cœtus hanc ſuæ profeſſionis partem non ultimam eſſe : judicarunt , & plurimi , etiam Viri ſanctiſſimi , hiſtorias conſcripſerunt.

Horum exempla ſecutus ſacer Ordo noſter in variis Capitulis Generalibus , & Provincialibus mandavit Fratribus ſuis : ut quidquid memoriâ dignum in Ordine noſtro contingeret , ſcriptis mandarent , & ſucceſſu temporis multa volumina de rebus ad Ordinem noſtrum ſpectantibus in lucem prodierunt : ſed afflictiſſima noſtra Germaniæ inferioris Provincia tempore iconoclaſtiæ , in tumultibus belgicis ſeculo decimo ſexto , aliiſque infortuniis plurima præclariſſima monumenta perdidit , ex quibus laudabiliſſima nunc hiſtoria conſcribi poſſet. Ne autem illa , quæ etiamnum ſuperſunt , aut omninò pereant , aut in tenebris diutiùs lateant , collegi illa , quæ ad elucidationem rerum geſtarum in Belgio

noſtro conducere poſſent, & *ex illis anno præterito in lucem edidi* deſolatam Bataviam Dominicanam, *quam ut lucubrationum mearum primitias inſcripſi* R^mo *P. ANTONINO CLOCHE totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali, cui non ingratæ fuerunt. Nunc verò ad pedes* EXIMIÆ PATERNITATIS VESTRÆ *ſpontè advolat* BELGIUM DOMINICANUM, *ſivè* HISTORIA PROVINCIÆ GERMANIÆ INFERIORIS, *cui jam quarto tui regiminis anno ſemper* FORTITER ET SUAVITER *præes & prodes, cujus Miſſioni Apoſtolicæ in Provinciis Confœderatis indeſinenter invigilas, & quam ab illo tempore, quo te Deo triplici profeſſionis religioſæ vinculo arctiùs devinxiſti jugiter illuſtras; nam felici pietatis, & doctrinæ ſtudio per gradus ſingulos, tam in alma Univerſitate Lovanienſi, quàm in Sacro Ordine noſtro, ad Magiſterii Lauream aſcendiſti, & in celeberrimis Athenis Lovanienſibus ſtrictæ Facultatis Theologicæ Collegio aggregatus, ob fortiſſimum obſervantiæ regularis zelum, & ſuaviſſimam in regendo dexteritatem anno* 1715 *in Capitulo Provinciali Gandenſi, trinâ vice Conventûs tui Lovanienſis Priorali perfunctus officio, ex Regente Primario Studii noſtri Generalis Lovanienſis ad Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris moderandas habenas primâ electione aſſumptus es. Plura* EXIMIÆ PATERNITATIS VESTRÆ *merita annumerare poſſem; ſi encomia, non epiſtolam ſcriberem. Tot igitur titulis tibi debitum ex corde cum omni ſubmiſſione offero* BELGIUM DOMINICANUM, *te fovente, & obſtetricante, ad deſideratum finem perductum; rogo autem* EXIMIAM PATERNITATEM VESTRAM: *quatenùs, non quo ſtylo, ſed quo ſtudio conſcriptum ſit: conſideret; nam*

bonorum ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest, quandò nihil quærimus, nisi patere quod clausum est. Et sicut effossum informe aurum & rude eò carius esse solet, quod nihil videatur alterius metalli habere commixtum: ità egregia monumenta suâ ipsius vetustate, atque simplicitate micantia, quibus res potiùs, quàm verba in pretio esse solent, gratiora planè erunt, atque jucundiora quovis scripto recentioris Authoris quibuscumque eloquentiæ phaleris exornato. Quidquid enim obducitur fuco, atque pigmentis, suspectum redditur, PULCHRIORQUE ENITESCIT IPSA SUA PURITATE SIMPLICITAS, quæ, quod mentiri nesciat, omne, quamvis ad ornatum, compositum velamentum abhorret. *Hoc igitur opusculum*, EXIMIE PATER, *nullis quamvis eloquentiæ phaleris exornatum; sed simplici, vero tamen quantùm potui, stylo exaratum cum omni veneratione, & submissione tibi offero.*

S. Aug. lib. 4. de Doctrina Christi cap. 11.

Baron. tomo 3. anno Christi 356.

Obedientissimus Cliens tuus

F. BERNARDUS DE JONGHE
Ord. Præd. Conv. Gand.

Gandavi Calendis Septembris 1718.

AD LECTOREM.

UT multorum venerandæ antiquitatis ſtudioſorum aviditati fieret ſatis: ferè omnibus DESOLATÆ BATAVIÆ DOMINICANÆ anno præterito impreſſæ diſtractis exemplaribus, nunc in lucem prodit BELGIUM DOMINICANUM, ſivè HISTORIA PROVINCIÆ GERMANIÆ INFERIORIS numquam impreſſa, & pro maxima parte ex archivis, litteris originalibus, inſtrumentis authenticis, &c. compilata. Fateor: nonnullos Authores de quibuſdam materiis ad hanc hiſtoriam pertinentibus aliquando ſcripſiſſe; ſed in aliquibus minùs exactè ob documentorum inopiam. Ut firmiore pede procederem, collectâ Provinciæ noſtræ Hiſtoriâ, anno 1715 de conſenſu Capituli Provincialis omnes Provinciæ noſtræ Conventus (exceptis Luxemburgenſi, & Calcarienſi) perluſtravi, delineavi, & illa quæ in ſcriptis meis corrigenda erant correxi, addenda addidi, emendanda emendavi, & multorum, qui de rebus noſtris belgicis ſcripſerunt, errores detexi. Noli ergò admirari, amice Lector, in hoc opuſculo multa deſcribi, quæ quorumdam Authorum aſſertionibus adverſantur: nam ex Archivis Authores; non Archiva ex Authoribus judicari debere: puto; nam

Purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Itaque non incongruum arbitror in lucem proferre documenta, ex quibus, Deo favente, ſequentem Hiſtoriam compilavi:

MANUSCRIPTA Ven. P. Jacobi de Joncheere Conventûs Brugenſis, de quo vide folio 185.

MANUSCRIPTA Ven. P. Guilberti de la Haye Conventûs Inſulenſis (dum viveret) Prioris Collegii S. Thomæ, Revinienſis, &c.

Varia MANUSCRIPTA, & INSTRUMENTA AUTHENTICA mihi tranſmiſſa à P. Eugenio de Surmont Agente R^mi P. Magiſtri

giſtri Generalis, Provinciæ noſtræ S. Roſæ Secretario, &c.

Monumenta Conventuum, & Monaſteriorum

GANDENSIS, conquiſita à P. Ludovico Robyn S. T. Profeſſore.

LOVANIENSIS, mihi tradita ab Eximio P. Mag. Provinciali.

BRUGENSIS, conſcripta a P. Guilielmo de Buſere S. T. Lic.

ANTVERPIENSIS, ex Actuario, & ſcriptis à P. Joanne Bapt. van Ketwich S. T. Lic. Studii Generalis Antv. Regente Primario, & à P. Franciſco van Ranſt S. T. Lic. ejuſdem Studii Regente Secundario.

LUXEMBURGENSIS, ſcripta à P. Nicolao Schmidt S. T. Præſentato.

BUSCOD. IN MECHLINIA, conſcripta à P. Joachimo van Siegen piæ memoriæ quondam Suppriore.

CALCARIENSIS, à P. Bernardo Spaen quondam Priore.

MONTENSIS, à P. Ludovico Leſpincellier quondam Priore.

BORNHEMIENSIS, & MONASTERII SORORUM ANGLARUM, Bruxellis à P. Thoma Worthington Exprovinciali Anliæ S. T. Præſentato, Priore Conventûs Bornhemienſis.

VALLIS ANGELORUM, à P. Bartholomæo Termeulen Philoſophiæ Lectore Lovanii.

MONASTERII ANTVERPIENSIS, à Sorore Sara Derkennis piæ memoriæ illius Monaſterii Fundatrice.

Aliorum Conventuum, & Monaſteriorum Hiſtorias partim ex illorum actuariis, archivis, ac ſuprapoſitis monumentis collegi, quibus multa ſuperaddidi ex inſtrumentis authenticis hinc indè collectis, & Authoribus approbatis, quoad illa, quæ monumentis ſupradictis non adverſantur.

In hoc opuſculo colligendo omnem humanam adhibui diligentiam. Solius Dei perfecta ſunt opera. Apud Gentiles Jupiter Momo non caruit, apud Chriſtianos non deſunt critici, & cavillatores; ſed de ſuo meliora proferant, antequam de alieno judicent. Vale, & pro Collectore hujus opuſculi Deum Opt. Max. exora.

* *

PROTESTATIO COLLECTORIS.

CUm Sanctiſſimus Dominus Urbanus Octavus die 13 Martii anno 1625. In Sacra Congregatione Sacrorum Rituum & Univerſalis Inquiſitionis decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5 Julii 1634 quo inhibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrii famâ celebres è vita migrarunt, geſta, miracula, vel revelationes, ſeu quæcumque beneficia tamquam eorum interceſſionibus à Deo recepta continentes ſine recognitione atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenùs ſine illa impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata: idem autem Sanctiſſimus die 5 Junii 1631 ità explicaverit, ut nimirùm non admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam; benè tamen ea, quæ cadunt ſuper mores & opinionem: cum proteſtatione in principio, quod iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana; ſed fides tantùm ſit penes authorem. Huic decreto, ejuſque confirmationi & declarationi, obſervantiâ & reverentiâ, quâ par eſt, inſiſtendo: profiteor me haud alio ſenſu, quidquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quam prout ea ſolent, quæ humanâ dumtaxat authoritate; non autem Divinâ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ nituntur, iis tantummodò exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum catalogo adſcripſit. Omnia quoque, quæ hoc libro continentur, aut aliàs à me ſcripta ſunt, vel ſcribenda, ejuſdem Unius, Sanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ judicio & correctioni ſubjicio, in ejuſque unione & obedientia vivere, & mori deſidero, & exopto. Ad hoc me Deus adjuvet. Amen.

INDEX

CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM.

TRACTATUS PRÆLIMINARIS

§. I. *DE adventu FF. Prædicatorum in Belgium.* Pag. 1
§. II. *De propagatione Ordinis Prædicatorum in Belgio.* 2
§. III. *De erectione celeberrimæ Congregationis Hollandiæ.* 3
§. IV. *De propagatione Congregationis Hollandiæ.* 5
§. V. *De Convocationibus Congregationis Hollandiæ.* 7
§. VI. *De prima divisione Congregationis Hollandiæ, & erectione Congregationis Gallicanæ.* 10
§. VII. *De secunda divisione, & extinctione Congregationis Hollandiæ.* Ibid.
§. VIII. *De Erectione Provinciæ Germaniæ inferioris.* 11
§. IX. *De Capitulis Provincialibus Provinciæ Germaniæ inferioris.* 16

DE CONVENTU GANDENSI.

CAP. I. *DE Origine hujus Conventûs.* 26
§. I. §. II. *De Fundatione, & Fundatoribus hujus Conventûs.* 27
§. III. *De Ædificiis.* 28
CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* 30
§. II. *De Thesauro Sacro.* 31
§. III. *De Confraternitatibus.* 32
§. IV. *De Sepulturis.* 35 & 431
CAP. III. §. I. *De Statu Regulari.* 51
§. II. *De Capitulis Provincialibus.* Ibid.
§. III. *De Visitatione R^mi P. Thomæ Turci.* 52
§. IV. *De Novitiatu in hoc Conventu erecto.* Ibid.

INDEX CAPITUM,

CAP. IV. §. I. *De prima hujus Conventûs devastatione.* 53
§. II. *De secunda hujus Conventûs devastatione, & exilio Fratrum nostrorum.* Ibid.
CAP. V. *De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.* 59
APPENDIX I. *De Rmo P. Guilielmo van Osoris Episcopo Sareptano.* 111
APPENDIX II. *De magno Begginasio Gandensi.* 116
DE MONASTERIO TAMISIENSI. 120
DE MONASTERIO GANDENSI. 122

DE CONVENTU LOVANIENSI.

CAP. I. *De Fundatione, & Fundatoribus hujus Conventûs.* 126
CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* 130
§. II. *De Thesauro Sacro.* 133
§. III. *De Confraternitatibus.* Ibid.
§. IV. *De Sepulturis.* 135
CAP. III. §. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.* 137
§. II. *De erectione Academiæ Lovaniensis, & Studii Generalis in hoc Conventu.* Ibid.
§. III. *De Doctrina D. Thomæ introducta in Universitatem Lovaniensem.* 139
§. IV. *De electione D. Thomæ in Patronum almæ Universitatis Lovaniensis.* 141
CAP. IV. *De Inundationibus aquarum Lovanii.* Ibid.
CAP. V. *De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.* 142
DE MONASTERIO LOVANIENSI. 158

DE CONVENTU BRUGENSI.

CAP. I. §. I. *De hujus Conventûs Fundatione, & Fundatoribus.* 160
§. II. *De Ædificiis hujus Conventûs.* 162

ET PARAGRAPHORUM.

CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* 163
§. II. *De Thesauro Sacro.* 164
§. III. *De Confraternitatibus.* Ibid.
§. IV. *De Sepulturis.* 165
CAP. III. *De Statu Regulari, Capitulis Generalibus, & Provincialibus in hoc Conventu celebratis.* 171
CAP. IV. §. I. *De Incendio.* 173
§. II. *De Iconoclastia.* Ibid.
§. III. *De periculo quodam alterius devastationis.* 174
CAP. V. *De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.* Ibid.
APPENDIX I. *De Rmo P. Joanne de Witte Episcopo Cubano.* 188
APPENDIX II. *De Rmo P. Simone de Laude Episcopo Salubriensi.* 191
APPENDIX III. *De Begginasio Brugensi.* 193
DE MONASTERIO VALLIS ANGELORUM. 194
§. I. *De Statu hujus Monasterii extrà Brugas.* Ibid.
§. II. *De Statu hujus Monasterii intrà Brugas.* 197
APPENDIX *De Domo quinque Sororum pauperum de Pœnitentia S. P. N. Dominici.* 199

DE CONVENTU ANTVERPIENSI.

CAP. I. §. I. *De Fundatione, & Fundatoribus hujus Conventûs.* 200
§. II. *De Ædificiis hujus Conventûs.* 202
CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* 203
§. II. *De Thesauro Sacro.* Ibid.
§. III. *De Confraternitatibus.* 204
§. IV. *De quibusdam Miraculis.* Ibid.
§. V. *De Sepulturis.* 206 & 424
CAP. III. §. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.* 207
§. II. *De Gymnasio Humanarum Litterarum.* 208
§. III. *De Novitiatu.* 209
§. IV. *De Studio Generali.* Ibid.

§. V. *De Visitatione Rmi P. Mag. Generalis Thomæ Turci.* 210
CAP. IV. §. I. *De Iconoclastia, & hujus Conventûs devastatione.* 212
§. II. *De Morbo, dicto Antverpiensi.* Ibid.
§. III. *De quodam Incendio.* 213
CAP. V. *De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.* 214
DE MONASTERIO ANTVERPIENSI. 256
De inchoatione hujus Monasterii sub jurisdictione Ordinarii.
De progressu hujus Monasterii sub obedientia Ordinis nostri. 259

DE CONVENTU MOSÆTRAJECTENSI.

CAP. I. §. I. *De hujus Conventûs Fundatione, & Fundatoribus.* 263
§. II. *De Ædificiis hujus Conventûs.* 265
CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* Ibid.
§. II. *De Confraternitatibus.* 266
§. III. *De quibusdam Miraculis.* 267
§. IV. *De Sepulturis.* 269
CAP. III. §. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Generali, & Provincialibus.* Ibid.
§. II. *De Novitiatu.* 271
§. III. *De Studio Generali.* Ibid.
CAP. IV. *De hujus Conventûs devastatione per Iconoclastas.* Ibid.
CAP. V. *De Viris, dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.* 273

DE CONVENTU LUXEMBURGENSI. 283

APPENDIX APOLOGETICA *pro P. F. Bernardo de Monte Politiano.* 288
DE MONASTERIO NOBILIUM VIRGINUM MARIÆ-VALLIS. 293

ET PARAGRAPHORUM.

DE CONVENTU BUSCODUCENSI IN MECHLINIA.

CAP. I. *De Restauratione Conventûs Buscoducensis facta Mechliniæ.* 301
CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* 304
§. II. *De Thesauro Sacro.* Ibid.
§. III. *De Sepulturis.* 305
CAP. III. *De Statu Regulari.* 306
CAP. IV. *De quibusdam infortuniis.* Ibid.
CAP. V. *De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.* 307
APPENDIX I. *De Vicariatu Gemertano.* 312
APPENDIX II. *De Domo S. Joseph tertii Ordinis nostri.* Ibid.

DE CONVENTU CALCARIENSI.

CAP. I. §. I. *De Fundatione, & Fundatoribus.* 314
§. II. *De Ædificiis.* 316
CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* Ibid.
§. II. *De Thesauro Sacro.* 317 & 427
CAP. III. *De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.* Ibid.
CAP. IV. *De Direptione hujus Conventûs & Exilio Fratrum.* 318
CAP. V. *De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.* 322

DE CONVENTU BRUXELLENSI.

CAP. I. *De Fundatione, & Fundatrice hujus Conventûs.* 326
CAP. II. §. I. *De Ecclesia.* 330
§. II. *De Thesauro Sacro.* 331
§. III. *De Confraternitatibus.* Ibid.
§. IV. *De Sepulturis.* 332

INDEX CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM.

CAP. III. §. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.* 338
§. II. *De Novitiatu.* 339
§. III. *De Studio.* Ibid.
CAP. IV. §. I. *De Devastatione hujus Conventûs per Iconoclastas.* Ibid.
§. II. *De secunda Devastatione hujus Conventûs.* 341
CAP. V. *De Viris dignitate eruditione, & exemplari vitâ claris.* 342
APPENDIX I. *De Vicariatu Raspalienſi.* 354
APPENDIX. II. *De Domo Sororum de Pœnitentia S. P. N. Dominici* 355
APPENDIX III. *De Sacello S. Crucis.* Ibid.
DE MONASTERIO VALLIS-DUCISSÆ. 356
DE CONVENTU MONTENSI. 361 & 428
APPENDIX *De Domo S. Petri Martyris.* 364
DE CONVENTU BRANIENSI. 365
APPENDIX I. *De Eremo de Tilly.* 368
APPENDIX II. *De Vicariatu Altibrunenſi.* 469
DE CONVENTU NAMURCENSI. 371
DE CONVENTU SITTARDIENSI. 374
DE MONASTERIO MONTIS S. AGNETIS. 378
DE MONASTERIO RURÆMUNDENSI. 381
DE CONVENTU TUNGRENSI. 384
DE CONVENTU VILVORDIENSI. 389
DE CONVENTU LYRANO. 391
DE CONVENTU FF. ANGLORUM *Bornhemii.* 400
DE MONASTERIO SORORUM ANGLARUM *Bruxellis.* 414
DE CONVENTU FF. HYBERNORUM *Lovanii.* 417
SUPPLEMENTUM. 423

TRAC-

TRACTATUS PRÆLIMINARIS.

§. PRIMUS.

De adventu FF. Prædicatorum in Belgium.

ANno 1214 Ferrandus Sanctii Lusitaniæ Regis filius, ex parte uxoris suæ Joannæ (quam Constantinopolitanam vocant, non quia Constantinopolitana nativitate: sed quia ex patre Balduino Imperatore Constantinopolitano genita erat) Comes Flandriæ in infausto prœlio Bovinensi captus, & per aliquot annos apud Luparam detentus, nascentis Prædicatorum Ordinis primitias in Galliarum Regno sanctitatis & doctrinæ odore fragrantes adeò intensè diligere cœpit, ut eorum consortio pro captivitatis suæ solatio persæpè uteretur, nonnullosque ejusdem Ordinis Viros in ditiones suas mitti enixè expostularet.

Ferrandus Comes Flandriæ Prædicatores mittit in Belgium.

Rem ita narrat Buzelinus in suis Annalibus Gallo-Flandriæ folio 272. „Persuaserat Ferrandus quibusdam Dominicanæ „familiæ Viris, quibus ad custodiæ solatium utebatur, uti „quam citissimè in Flandriam aliquos mitterent populo ad „virtutis studium exstimulando. Eâ itaque cognitâ mariti „Religione, & voluntate, ut eorum aliqui Gandavum pro„ficiscerentur, Joanna laboravit. Verum ii dum Lutetiâ „Parisiorum digressi viam maturant Gandavum, Insulam, „quâ via ferebat, divertunt. Hi dum paulum nunc apud „Primores, nunc apud cives commorantur: ut erant insig„ni morum gravitate, & multâ virtute præditi, sic om„nium, quibuscum egerunt, in se oculos & animos conver„têre vilis habitûs pauperie, corporis modestiâ, sanctis mo„ribus & sapientibus colloquiis: ut sensim Guilielmum S. „Petri Præpositum, & Canonicos incesserit cupido eos reti-

Insulas adveniunt & ibidem retinentur.

„nendi, & media comparandi, quibus Cœnobii fundamen-
„ta jacerent. Ne quam tamen Joannæ Principis reprehen-
„ſionem incurrerent; cur eos ultra progredi vetuiſſent, per
„litteras eam docuêre, ac retinendi flagitavêre poteſtatem.
„Et perlubenter ſanè factum iſtud accepit Joanna, cui gra-
„tiſſimum erat ſanctas latiùs propagari Religiones, plurium-
„que laboribus populum ad virtutem fingi.

Item Gandavum.

„ Iis igitur Inſulæ relictis, alios è Francia hæc Gandavum
„evocavit. Intra breve ſpatium temporis tam Gandavi, quam
„Inſulæ viſa eſt ingens morum mutatio, dum ejuſmodi ho-
„mines plurimum operæ concionando publicè ad populum,
„& privatim piis alloquiis incitando collocant. Manavit quo-
„que non parvus ab his fructus, dum vicinas urbes adeunt,
„& poſitos circum pagos. A vitiis enim ad virtutes multi
„ſunt traducti, dum illic, vel è pulpito incolas adhortan-
„tur, vel evomentibus per Confeſſionem virus peccatorum
„aures præbent.

§. SECUNDUS.

De propagatione Ordinis Prædicatorum in Belgio.

Primi Fundatores Cœnobiorum FF. Prædicatorum in Belgio.

VIx credibile eſt, quanto zelo Eccleſiæ, & Belgii Principes pro dilatatione Prædicatorum Ordinis in Belgio collaboraverint. Hos inter eminent Walterus de Marviſio Tornacenſium, Hugo de Petra-Ponte, & Joannes de Appia Leodienſium, Godefridus de Fontanis Cameracenſium, Aſo Atrebatenſium Antiſtites.

Item Joanna & Margarita Balduini Imperatoris Conſtantinopolitani filiæ, Flandriæ, &c. Comitiſſæ, & Ordinis noſtri piæ nutrices. Henrici Duces Brabantiæ, Guilielmus Romanorum Rex, & Florus filius ejus Comites Hollandiæ, &c. quorum inſtantiis, munificentiis, aliorumque minoris notæ eleemoſynis tot tam brevi temporis ſpatio Prædicatorum Ordinis Cœnobia in Belgio ædificata fuerunt, ut una Margarita Flandriæ Comitiſſa ante mortem ſuam anno 1279 viderit ſedecim Virorum, & tria Virginum ejuſdem Ordinis

Monaſteria in Belgio ædificata ab anno 1220.

His partim vitâ functis, partim adhuc ſuperſtitibus piis Belgii Principibus, alii non minoris zeli, & affectûs erga Prædicatorum Ordinem ſucceſſêre, quos inter Henricus VII Romanorum Imperator, & Beatrix mater ejus, Renoldus primus Comes Geldriæ, Theodoricus nonus Comes, & Joannes primus illius nominis Dux Cliviæ, atque Adolphus filius ejus, Machtildis tertia Arteſiæ Comitiſſa, Albertus Bavarus Comes Hollandiæ, Philippus Bonus Princeps Belgii ejuſque conjux Iſabella Luſitana, necnon ſucceſſores ejus tam ex ſtirpe Burgundica, quam Auſtriaca, Carolus Quartus Dux Lotharingiæ, Wolfgangus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Juliæ, &c. qui omnes Conventus Dominicanos ſuis in ditionibus fundando, augendo, promovendo æternam apud poſteros memoriam meruerunt. Horum, aliorumque fidelium eleemoſynis in tantum accrevit Cœnobiorum Ordinis Prædicatorum in Belgio numerus, ut hoc anno 1717 (annumerando Conventus deſolatos) quadraginta duo virorum, & triginta tria (non numeratis Vicariatibus & Terminariorum Domibus) Ordinis noſtri Cœnobia in Belgio numerentur.

Numerus Cœnobiorum FF. Prædicatorum in Belgio.

§. TERTIUS.

De erectione celeberrimæ Congregationis Hollandiæ.

REverendiſſimus Pater Martialis Auribelli ex Provinciali Provinciæ Provinciæ ad totius Ordinis Prædicatorum Generale Magiſterium aſſumptus in Capitulo Generali Nannetenſi 1453 omnem curam impendit, ut Ordinem ſuum ad priſtinam vitæ regularis obſervantiam reduceret, eamque ob cauſam plurimos Conventus perſonaliter viſitavit.

In Belgium deſcendens Conventum Roterodamenſem (cujus primi Fratres Bononiæ ſtudentes cum doctrina regularis vitæ ſpiritum hauſerant à Fratribus Congregationis Lombardiæ) ſtrictioris obſervantiæ in his partibus primitias invenit. Conventus Calcarienſis jam inde ab anno 1450 ſub

Initium Congregationis Hollandiæ Conventuum reformatorum.

eadem vivendi forma inchoatus erat. Conventus Hagenſis horum exemplum ſecutus, reformationem illam ſponte aſſumpſerat anno 1456. Gandenſis eodem anno ad arctiorem vivendi formam etiam ſponte tranſierat. Hinc gaudio perfuſus R^mus in viſitatione Conventûs Inſulenſis, illum etiam non reluctantem reformavit die 4 Octobris 1457 & eodem die (ut patet ex inſtrumentis in Conventu Inſulenſi aſſervatis) Inſulas evocavit P. Joannem Excuria (*Uytenhove*) Conventûs Gandenſis filium, Priorem & Reformatorem, eumque, præſentibus R^mo P. Simone de Laude Epiſcopo Salubrienſi ex Conventu noſtro Duacenſi aſſumpto, Philippi Boni Ducis Burgundiæ Confeſſario, P. Mag. Joanne Operatoris Provinciali Franciæ, Caroli Comitis Caroleſii Confeſſario, & multis aliis Patribus, in ſuum Vicarium Generalem ſuper prædictos Conventus inſtituit, & ab illo die uſque ad annum 1462 dictus fuit *Vicarius R^mi P. Mag. Generalis.*

Primus Vicarius Generalis Congregationis Hollandiæ.

Quo autem anno Congregatio Hollandiæ erecta fuerit *in forma*, dubitari poteſt: nam P. Joannes Excuria, quem primum illius Congregationis Vicarium Generalem fuiſſe nullus negat, titulum Vicarii R^mi P. Magiſtri Generalis geſſit uſque ad annum 1462 quo Capitulo Generali Senis celebrato interfuit cum P. Priore Hagenſi. Rediens autem ex Comitiis illis, in quibus R^mus P. Martialis Auribelli à Generalatu Ordinis fuerat abſolutus, & P. Conrardus Aſtenſis ad Magiſterium Ordinis aſſumptus, non amplius vocatus fuit *Vicarius R^mi*: ſed *Fr. Joannes Excuria* ſicuti & toto anno ſequenti 1463 quo electionis Conventûs Inſulenſis ſcrutinium, non Gandavum ad hunc P. Joannem, ut antea ſolebat; ſed Duacum ad P. Mag. Andream Carnificis Vicarium Provincialem delatum fuit confirmandum. Anno ſequenti 1464 die 13 Aprilis poſt Paſcha iterum vocatus fuit *Vicarius R^mi P. Mag. Generalis:* nuſquam tamen tunc, vel antea *Congregationis Hollandiæ Vicarii* nomine appellatur: ſed ſimpliciter *Vicarii R^mi Mag. Ordinis.* Menſe Junio ejuſdem anni Inſulis exiſtens primâ vice his titulis uſus eſt: *Fr. Joannes Excuria Vicarius Provincialis Franciæ, & Congregationis Hollandiæ.*

Ex his colligi poſſe videtur: illo tantum anno hanc Hol-

landiæ Congregationem erectam fuisse; nam eodem anno 1464 R^mus P. Conrardus Astensis totius Ordinis nostri Magister Generalis in visitatione Conventuum Belgicorum primam illius Congregationis convocationem cum maxima solemnitate celebravit in Conventu Insulensi. Eodem mense in festo S. Ursulæ & Sociarum ejus idem R^mus præsedit in Capitulo Provinciali Provinciæ Franciæ in Conventu nostro Bergensi, quod evidentissimum signum est, prædictam Congregationem ab illa Provincia tunc totaliter fuisse separatam. Primæ huic Convocationi interfuerunt Patres Conventuum Insulensis, Gandensis, Harlemiensis, Duacensis, Neomagensis, Hagensis, Roterodamensis, Calcariensis, & Bruxellensis. R^mus P. Martialis Auribelli sequenti anno 1465 in Capitulo Generali Novarræ ad Generalatum reassumptus multis privilegiis Congregationem Hollandiæ donavit, eamdemque sequenti anno confirmavit.

Erectio Congregationis Hollandiæ.

Prima convocatio Congregationis Hollandiæ.

§. QUARTUS.

De propagatione Congregationis Hollandiæ.

QUamprimum hæc Congregatio erecta erat, mox tantos sanctitatis radios; non in circumjacentes tantum Conventus: verum etiam in longinquas regiones longè latéque diffudit, ut plerique alii Conventus tamquam luminis cujusdam ingenti splendore à somno tepiditatis excitati, illius fulgoris claritate allecti, undequaque ad illam convolarint; ita ut quinquaginta annorum decursu, non solum per Belgium: sed & per dissitas mundi plagas dispersa, non alicujus antiqui Ordinis membrum; sed novus, magnusque Ordo videretur. Sed heu! non diu hujus sanctæ Congregationis dulcedine frui licuit strictioris, sed secundum spiritum quietioris vitæ amatoribus; nam, nescio quis divisionis stimulus Gallos, Gallisque adhærentes ab illa avulserit.

Ne autem adeò quondam florentis olivæ palmites omninò pereant: sed, suo licet succisi oleastro ante posterorum oculos nonnumquam versentur in memoria, illorum elenchum hîc subjungendum duxi.

Conventus Congregationis Hollandiæ.

Numerus Conventuum Congregationis Hollandiæ.

In Belgio. Roterodamenſis, Hagenſis, Harlemienſis, Neomagenſis, Groeningenſis, Zutphanienſis, Zwollenſis, Ziericzeenſis, Leowardienſis, Ultrajectinus, Nordenſis, Gandenſis, Inſulenſis, Valencenenſis, Bergenſis, Duacenſis, Bruxellenſis. Monaſteria Monialium: Weſtroyenſe, Aſperanum, Vallis Liliorum, Wycanum, Leydenſe.

In Clivia. Calcarienſis.

In Gallia, Britannia minore, Sabaudia & Lotharingia. Pariſienſis in Francia. Nannetenſis, Redonenſis, Gueràndienſis, Dinanenſis, Montis-Relaxi in Britannia minore. Chamberiacenſis, Montis-Meliani, Copetenſis, Aneciacenſis, in Sabaudia. Ebroicenſis, Rotomagenſis, Argentonienſis in Normannia. Velliacenſis, Compendienſis in Picardia. Lavalenſis in Comitatu Cenomanenſi. Bleſenſis in Comitatu Bleſenſi. Catalaunenſis, Trecenſis in Campania. Metenſis in Lotharingia. Belnenſis in Burgundia. Turonenſis in Turonenſibus. Monaſteria Monialium. Metenſe in Lotharingia. Piſſiacenſe in Francia.

In Provinciis Saxoniæ, Daciæ, & Poloniæ. Wiſmarienſis & Roſtochienſis in Ducatu Magalopolitano. Hallenſis in Suevia. Magdeburgenſis, Tangremondenſis, Bremienſis in Germania. Aboienſis in Finlandia. Rivalienſis, Rigenſis, Tarbatenſis in Livonia. Gripſwaldenſis, Paſwaldenſis, in Pomerania. Opilienſis in Sileſia. Sleſwicenſis, Ardeſlivenſis, Ripenſis in Dania. Aſdeſlenſis in Jutlandia. Alberſtadienſis in Ducatu Brunſwicenſi. Mepſwoldenſis, Wedelenſis in Holſatia. Robolenſis, Marpurgenſis, Troycenſis Provinciæ Saxoniæ. Kalbenſis in ditione Brandeburgica. Wedelenſis Provinciæ Daciæ. Gardowenſis, Aſtelenſis in locis mihi ignotis. Monaſteria Monialium. Blanckburgenſe propè Bremam. Alburgenſe in Holſatia.

§. QUINTUS.

De Convocationibus Congregationis Hollandiæ.

HUjus Congregationis Patrum congreſſus, non Capitula: ſed Convocationes vocari ſolent, prout patet ex illarum actis. De ſequentibus Convocationibus, ſolummodo aſſignando tempora & loca, nunc breviter agemus.

Prima hujus Congregationis Convocatio celebrata fuit Inſulis anno 1464 die 9 Octobris in feſto SS. Dionyſii & Sociorum Martyrum, Præſide R^mo P. Conrardo Aſtenſi totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali tunc temporis Conventus Belgicos viſitante. Huic Convocationi etiam interfuit P. Joannes Excuria (*Uytenhove*) Conventûs Gandenſis, ejuſdem Congregationis primus Vicarius Generalis. Hanc Convocationem tempore officii divini & ſolemnis ſupplicationis ſuâ, totiuſque aulæ ſuæ præſentiâ honoravit Sereniſſimus Princeps Philippus Bonus Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, &c. ſingularis Ordinis noſtri fautor & amator.

Secunda. Harlemii anno 1465 in feſto S. Mariæ Magdalenæ.

Tertia. Gandavi anno 1466 in feſto Nativitatis B. Mariæ Virginis.

Quarta. Anno 1467 in loco mihi ignoto: ſed verosimiliter in Zelandia, ob fundationem, de qua tunc agebatur, noviter erigendi Conventûs Novifundenſis; nam illius loci Dominus §. *de Suffragiis* legitur ſolviſſe expenſas hujus Convocationis.

Quinta. Roterodami anno 1468 incerto die.

Sexta. Duaci anno 1470 Dominicâ ſecundâ poſt Octavam Paſchæ.

Septima. Zutphaniæ anno 1471 Dominicâ ſecundâ poſt Octavam Paſchæ.

Octava. Calcariæ anno 1472 in feſto Apoſtolorum Philippi & Jacobi.

Nona. Zwollis anno 1473 Dominicâ *Cantate*.

Decima. Hagæ anno 1474 Octavâ Paſchæ.

Undecima. Insulis anno 1475 Dominicâ secundâ post Octavam Paschæ.

Duodecima. Harlemii anno 1476 Dominicâ secundâ post Octavam Paschæ.

Decima tertia. Gandavi anno 1477 in festo Nativitatis B. Mariæ Virginis. In hac Convocatione electus fuit in secundum Vicarium Generalem P. Mag. Adrianus de Mera S. T. D. Conventûs Neomagensis.

Decima quarta. Roterodami anno 1478 in festo Nativitatis B. Mariæ Virginis.

Decima quinta. Leowardiæ anno 1479 in festo S. Bartholomæi Apostoli.

Decima sexta. Zwollis anno 1480 in festo Assumptionis B. Mariæ Virginis. In hac Convocatione electus fuit in tertium Vicarium Generalem P. Albertus Petri Conventûs Hagensis.

Decima septima. Hagæ anno 1481 in festo Decollationis S. Joannis Baptistæ.

Decima octava. in loco mihi ignoto. In qua Convocatione electus fuit in quartum Vicarium Generalem P. Mag. Michaël Franciſci ab Insulis S. T. D. Conventûs Insulensis, postea Episcopus Salubriensis.

Decima nona. Zutphaniæ anno 1485 in festo S. Petri Mart.

Vigesima. Roterodami 1486 mense Junio.

Vigesima prima. Neomagi anno 1487 in festo S. Petri Martyris. In hac Convocatione pro secunda vice in Vicarium Generalem electus fuit P. Mag. Adrianus de Mera S. T. D. Conventûs Neomagensis.

Vigesima secunda. Bremæ anno 1488 in festo Inventionis S. Crucis.

Vigesima tertia. Valencenis anno 1490 in festo Apparitionis S. Michaelis Archangeli. In hac Congregatione in sextum Vicarium Generalem electus fuit P. Mag. Thomas Everardi de Dordraco S. T. D. Conventûs Ultrajectini.

Vigesima quarta. Calcariæ anno 1491 in festo Assumptionis B. Mariæ Virginis.

Vigesima quinta. Zwollis anno 1493 in festo S. Catharinæ

Senen-

Senenſis. In hac Convocatione electus fuit in ſeptimum vicarium Generalem P. Livinus Boudins (Balduini) S. T. Lector, Conventûs Gandenſis.

Vigeſima ſexta. Gandavi anno 1494 in feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

Vigeſima ſeptima. Duaci anno 1496 in feſto Corporis Chriſti. In hac Convocatione pro tertia vice in vicarium Generalem electus fuit P. Mag. Adrianus de Mera S. T. D.

Vigeſima octava. Inſulis anno 1497 in feſto Decollationis S. Joannis Baptiſtæ.

Vigeſima nona. Harlemii anno 1499 in feſto S. Bartholomæi Apoſtoli. In hac Convocatione electus fuit in nonum vicarium Generalem P. Mag. Joannes Clerée S. T. D. Conventûs Trecenſis, Gallus, poſtea totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis.

Trigeſima. Roterodami anno 1501 die 4 Auguſti.

Trigeſima prima. Metis anno 1502 in feſto S. P. Auguſtini. In hac Convocatione electus fuit in decimum vicarium Generalem P. Mag. Joannes de Beaufremez S. T. D. Conventûs Inſulenſis.

Trigeſima ſecunda. Hagæ anno 1503 in feſto S. P. Auguſtini.

Trigeſima tertia. Ultrajecti anno 1505 in feſto S. Mariæ Magdalenæ. In hac Convocatione electus fuit in undecimum vicarium Generalem P. Mag. Cornelius de Snekis S. T. D. Conventûs Leowardienſis.

Trigeſima quarta. Velliaci anno 1506 in feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

Trigeſima quinta. Bergis anno 1508 in vigilia S. Alexii. In hac Convocatione electus fuit in duodecimum vicarium Generalem P. Mag. Nicolaus Gonor S. T. D. Conventûs Rotomagenſis.

Trigeſima ſexta. Roterodami anno 1510 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.

Trigeſima ſeptima. Valencenis anno 1511 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ. In hac Convocatione electus fuit pro ſecunda vice P. Mag. Cornelius de Snekis S. T. D.

Trigesima octava. Metis anno 1514 dominicâ *Cantate* habita fuit ultima Convocatio Congregationis Hollandiæ, in qua electus fuit in decimum quartum vicarium Generalem P. Mag. Marinus Cuyrot S. T. D. Conventûs Ebroicensis.

§. SEXTUS.

De prima divisione Congregationis Hollandiæ, & erectione Congregationis Gallicanæ.

LUdovicus XII Rex Christianissimus ægrè ferens multos in regno suo Conventus Congregationis Hollandiæ regi à Superioribus extraneis, à Leone X summo Pontifice enixè expostulavit, ut Conventus dominii, seu idiomatis, Gallici ab aliis separari possent, & ex illis nova Congregatio erigi sub nomine Congregationis Gallicanæ. Id, quod petiit, obtinuit: nam idem Pontifex per Bullam suam *Charissimus in Christo Filius, &c.* datam Romæ die 28 Octobris 1514. Reverendissimo P. Thomæ de Vio Caietano totius Ordinis nostri tunc Magistro Generali (postea S. R. E. Cardinali) mandavit, ut ex Congregatione Hollandiæ duas erigeret Congregationes: ab illa scilicet avellendo Conventus Franciæ, Britanniæ Minoris, Sabaudiæ, cæterarumque ditionum Regno Gallico confinium, quæ *Congregatio Gallicana* diceretur, relicto antiquo nomine Congregationis Hollandiæ cæteris in Belgio, Saxonia, &c. unitis Conventibus.

§. SEPTIMUS.

De secunda divisione, & extinctione Congregationis Hollandiæ.

CArolus Austriacus Belgarum Princeps (postea Romanorum Imperator illius nominis Quintus) à supradicto Pontifice aliam jam sæpè memoratæ Congregationis divisionem, & erectionem novæ Provinciæ *Germaniæ inferioris* im-

impetravit anno 1515 quo factum est, quod Conventus illi, qui extra ditiones præfati Principis siti erant, per aliquot temporis proprio suo Vicario obedirent, donec tandem de Superiorum consensu ad antiquas Provincias suas redierunt & tandem, exurgentibus, & invalescentibus Calvinistis, & Lutheranis, pro maxima parte Ecclesiæ, & Ordini perierunt.

§. OCTAVUS.

De Erectione Provinciæ Germaniæ inferioris.

NOvæ Provinciæ sub nomine *Provinciæ Germaniæ inferioris* erectionem à Leone X. expostulavit, & obtinuit Carolus Austriacus anno 1715 cujus erectionis Bullam hîc subjungo:

Decet Romanum Pontificem, cui Dominici gregis universalis cura commissa est, iis intendere, quibus profectui, & statui religiosarum personarum, earum præsertim, quæ verbo & exemplo animarum saluti insistunt, consulitur: maximè si id fiat non solùm pacis & Religionis zelo: sed etiam clarissimorum hominum piâ & sincerâ intercessione. Sanè his diebus dilectus filius, nobilis vir Carolus Princeps Hispaniarum, Archidux Austriæ nobis exponi fecit: pleraſque domos Ordinis Prædicatorum in terris sibi subjectis, cum Majorum suorum diligentia, atque cura per legitimam Superiorum authoritatem à jurisdictione Priorum Provincialium exemptæ fuissent, unamque Hollandiæ Congregationem constituissent, plurimùm in vitæ regularis observantia profeciſſe: ita ut etiam aliæ quædam domus ejusdem Ordinis extra terras dicti Principis constitutæ, tantâ religione allectæ, cum prioribus in eadem Congregatione unirentur, & cùm domus hujusmodi sæpissimè à Prioribus Provincialibus, quorum in Provinciis exiſtunt, propter talem exemptionem fuerint molestatæ: videtur talis molestia cessatura; si ex eisdem domibus nova Provincia constitueretur. Quæ si etiam illic vicinas, & in eodem idiomate, dominio-

„ que convenientes complecteretur, & juſtum domorum nu-
„ merum ad conſtituendam Provinciam eſſet habitura, & do-
„ mus ipſæ faciliùs, libentiuſque in his, quæ Religionis ſunt,
„ mutuo ſeſe juvarent. Ad hæc dilectus Filius noſter Nicolaus
„ titulo S. Priſcæ S. R. E. Cardinalis de F..... Ordinis veſtri
„ Protector, cui etiam de hac re idem Princeps, ut accepi-
„ mus, ſcripſit, nobis inſinuando adjunxit: hujus novæ
„ Provinciæ conſtitutionem, ſi modo prædicto fiat, utilem
„ veſtro Ordini fore; nedum quoad dictarum domuum ex
„ idiomatis, & temporalis dominii unitate & convenientia
„ incrementum: ſed etiam quoad totius Ordinis commodita-
„ tem; quod ipſa ferè tota ex reformatis domibus foret, & per
„ hoc in Generali Capitulo veſtro pro tempore in ſuffragiis
„ præſtandis reformatorum numerus augeretur: maximè cùm
„ particulares religioſarum domorum reformationes ad hoc
„ inventæ ſint, ut his antiquo Religionis decori reſtitutis, Pro-
„ vinciæ primùm, & deinde Ordines ipſi regulari obſervan-
„ tiæ reddantur, nullum denique Provinciis ipſis, à quibus
„ prædictæ domus detrahentur, ex hoc detrimentum; ſed
„ alleviamentum potius acceſſurum; cùm propter ipſarum
„ Provinciarum latitudinem ſingulæ domus ſingulis annis à ſuis
„ Provincialibus, ut habet regularis inſtitutio, commodè vi-
„ ſitari non poſſint, cujus aliud congruentius remedium inve-
„ niri vix queat; quàm ut in his partibus inferioris Germaniæ,
„ ſicuti in aliis etiam regionibus aliquando factum eſſe intel-
„ leximus, ex domibus, quæ in extremis finibus Provincia-
„ rum ſunt, nova Provincia conſtituatur. Idem itaque Prin-
„ ceps nobis humiliter ſupplicari fecit: ut cum domibus, quæ
„ Congregationis Hollandiæ & dominii ſui hactenus fuerunt;
Erectio Provinciæ Germaniæ inferioris. „ alias in dominio ſuo ſitas unire; nec non tam ex his, quàm
„ ex aliis prædictæ Congregationis domibus illic convicinis,
„ novam Provinciam conſtituere, quæ inferioris Germaniæ
„ Provincia appelletur; aliàſque circa hujuſmodi de benigni-
„ tate Apoſtolica providere dignaremur. Nos itaque, qui
„ religioſarum domorum, & perſonarum profectum ac utili-
„ tatem intenſis deſideramus affectibus, tanti Principis ſuppli-
„ cationibus inclinati, tenore præſentium, authoritateque

Apo-

Apoſtolicâ, omni hac in re interpoſitâ vel interponendâ appellatione remotâ; domus ſeu Conventus Gandenſem, Inſulenſem, Valencenenſem, Duacenſem, Brugenſem, Iprenſem, Bergenſem, Atrebatenſem, S. Audomari, Trajecti inferioris, Harlemenſem, Ziericzeenſem, Hagenſem, Roterdamenſem, Noviomagenſem, Zutphanienſem, Leowardienſem, Groeningenſem, Calcarienſem, Zwollenſem, Winſumienſem, Lovanienſem, Antverpienſem, Trajecti ſuperioris, Buſcoducenſem, & Bruxellenſem, unà cum Monaſteriis reformatis Monialium Ordinis S. Auguſtini ſub cura, habitu & inſtitutis dicti Ordinis Prædicatorum, Collegiiſque Sororum tertii habitûs, ſeu de pœnitentia S. Dominici intra terminos earumdem domorum conſtitutis in Provinciis, Franciæ, Saxoniæ, & Teutoniæ reſpectivè, ſeparamus, atque à juriſdictione, & regimine Priorum Provincialium earumdem Provinciarum, ac quorumcumque Vicariorum Generalium eximimus, ex illiſque omnibus & ſingulis unam novam Provinciam, quæ inferioris Germaniæ Provincia appelletur, facimus, creamus, ac inſtituimus: ac domos, & Monaſteria, & Collegia prædicta, illorumque omnes & ſingulas utriuſque ſexûs pro tempore perſonas authoritati, juriſdictioni, regimini, & correctioni Prioris Provincialis pro tempore illius Provinciæ juxta morem dicti Ordinis ab eadem Provincia eligendi ſubmittimus: ita ut Provincia hujuſmodi aliis Provinciis dicti Ordinis, tam circa locum, & vocem in Capitulo Generali, quàm circa alia quæcumque, etiamſi talia forent, quæ meritò ad effectum præſentium exprimi deberent, ſimilis habeatur. Concedendo nihilominus Provinciæ eidem pro regularis vitæ incremento & conſervatione: ut ipſa, illiuſque domus iiſdem gratiis, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus & indultis, tam temporalibus quàm ſpiritualibus uti, potiri, & gaudere poſſint, quibus Congregatio Hollandiæ prædicta, & ejus domus, ex quibus potiſſimum ipſa Provincia conſtituitur, utuntur, potiuntur & gaudent: ſalvis in omnibus, & per omnia veſtri Ordinis Conſtitutionibus, authoritate & ſuperioritate Magiſtri

Numerus Conventuum provinciæ Germaniæ inferioris.

„ giſtri Generalis ejuſdem Ordinis. Ne autem dicta nova Pro-
„ vincia interim dum Prior Provincialis eligitur, Præſidente
„ & Directore careat: inſtituimus præſentium tenore, &
„ authoritate ſupradictâ in vicarium Generalem ejuſdem Pro-
„ vinciæ eum, quem Priores Conventuum Gandenſis, Ant-
„ verpienſis, Trajecti inferioris, & Noviomagenſis, vel tres
„ in unum congregati duxerint nominandum: eam ſibi autho-
„ ritatem in omnibus concedendo, quam ſecundum morem
„ veſtri Ordinis Vicarius Provinciæ, mortuo, vel amoto Prio-
„ re Provinciali, habere conſuevit; quouſque Prior Provin-
„ cialis electus, confirmatus, & præſens in Provincia extite-
„ rit. Alias verò domus, & Monaſteria, quæ dictæ Congre-
„ gationis Hollandiæ fuerunt, & inter ſuperiores non ſunt
„ expreſſæ; volumus in omnibus, & per omnia ita perma-
„ nere, ac ſi dicta Provincia conſtituta non eſſet; donec per
„ te Magiſtrum Generalem aliter de eis fuerit ordinatum: ad
„ quod faciendum, omnimodam & plenam tibi concedimus
„ facultatem, diſtrictè præcipiendo in virtute S. Obedientiæ:
„ ne quis, cujuſcumque gradûs, ſtatûs, aut conditionis fue-
„ rit, quidquam contra præmiſſa, aut aliquid præmiſſorum
„ directè vel indirectè, per ſe, vel alium, quovis quæſito co-
„ lore, attentare præſumat: non obſtantibus præmiſſis, ac
„ Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non
„ dicti Ordinis conſuetudinibus, & ſtatutis, juramento, con-
„ firmatione Apoſtolicâ, vel quâvis aliâ firmitate firmatis,
„ omnibuſque & ſingulis gratiis, privilegiis, exemptionibus,
„ indultis, eorumque confirmationibus, Apoſtolicis litte-
„ ris, etiam in forma brevis, quibuſcumque Ordinis Prædi-
„ catorum Provinciis, Congregationibus, domibus, Mo-
„ naſteriis, vel eorumdem cujuſcumque conditionis, aut di-
„ gnitatis perſonis ſub quibuſcumque verborum formis, aut
„ clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & fortiori-
„ bus ac inſolitis, conceſſis aut concedendis, ac in eiſdem de-
„ putatis, deputandiſque conſervatoribus: etiamſi in eis con-
„ cederetur expreſſè ſecundam juſſionem expectandam fore.
„ Quibus omnibus, illa etiamſi de eis, eorumque totis teno-
„ ribus ac datis, non per hujuſmodi generales clauſulas, etiam

ſpecialem mentionem importandam : ſed ſpecifica , & in- “
dividua , ac de verbo ad verbum , ſeu quævis alia mentio ha- “
benda eſſet ; præſentibus pro expreſſis habentes , illis aliàs “
in ſuo robore permanſuris ; quoad præmiſſa ſpecificè , no- “
minatim , & ex certa ſcientia derogamus : ac ea nemini in “
præjudicium præmiſſorum ſuffragari poſſe ac debere decer- “
nimus , irritum faciendo quidquid ſecus contigerit attenta- “
ri ; ſupplenteſque ex nunc omnes & ſingulos defectus , ſi “
qui fortè emergerent circa executionem præmiſſorum , cæ- “
teriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Pe- “
trum ſub annulo piſcatoris die ſecundâ Julii M. D. XV. “
Pontificatûs noſtri tertio. Signatum. Jacobus Sadoletus. “

Quamvis ex decreto ſupradicti Pontificis eligendus eſſet Vicarius Generalis hujus novæ Provinciæ , qui authoritatem haberet donec Prior Provincialis electus, confirmatus, & in Provincia præſens eſſet : tamen (ex indulto fortè ejuſdem Pontificis) aliter factum eſt , nam Rmus P. Generalis ejuſmodi Vicarium paulò poſt inſtituit P. Mag. Jacobum Stella Conventûs ultrajectini Filium , S. T. D. Monialium noſtrarum Leydis confeſſarium.

Hujus autem inſtitutionis litteras ad ſingulos noviter erectæ Provinciæ Conventus deſtinavit Rmus , prout etiam ad Adrianum Florentii S. Salvatoris in Trajecto inferiori Præpoſitum , ac prænominati Principis Caroli Auſtriaci Præceptorem , cujus ſuaſu idem Princeps hanc novæ Provinciæ erectionem poſtulaſſe dicitur , qui poſtea ad ſummum Pontificatum evectus fuit , & Eccleſiam rexit ſub nomine Adriani ſexti. Excuſio ſupradictæ erectionis.

A præfato Vicario Generali , præhabito , ſine dubio , digniorum Patrum Conſilio , ſtatutum fuit : primum hujus novæ Provinciæ Capitulum Provinciale in Conventu Gandenſi eodem anno celebrandum , quod & factum eſt.

§. NO-

§. NONUS.

De Capitulis Provincialibus Provinciæ Germaniæ inferioris.

PRimum Capitulum Provinciale electivum celebratum fuit Gandavi anno 1515 in festo S. Michaëlis Archangeli. In hoc Capitulo electus fuit in primum hujus novæ Provinciæ Priorem Provincialem P. Mag. Jacobus à Calcar Prior Conventûs sui Ultrajectini, S. T. Doctor Trevirensis, qui per novem annos Provinciam rexit.

Secundum. Ultrajecti anno 1517 dominicâ secundâ post octavam Paschæ.

Tertium. Hagæ anno 1518 dominicâ septuagesimæ.

Quartum. Busciducis anno 1519 die quintâ Maii.

Quintum. Duaci anno 1520 die septimâ Augusti.

Sextum. Harlemii 1522. dominicâ *Jubilate*.

Septimum. Brugis anno 1523 in vigilia nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.

Octavum. Lovanii anno 1524.

In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Jacobo à Calcar, in Provincialem electus fuit P. Andreas Hugonis de Delft Conventûs Hagensis filius, hæreticæ pravitatis Inquisitor, & actualis Prior Lovaniensis.

Nonum. Ziericzeæ anno 1525 in festo Exaltationis S. Crucis.

Decimum. Bruxellis anno 1526 die quintâ Maii. In hoc Capitulo, mortuo P. Andreâ Hugonis de Delft, in Provincialem electus fuit P. Antonius de Cœmiterio Conventûs Antverpiensis filius, S. T. Professor.

Undecimum. Antverpiæ anno 1528 dominicâ post octavam Nativitatis B. Mariæ Virginis.

Duodecimum. Calcariæ anno 1529 dominicâ ante festum S. Michaëlis. In hoc Capitulo, mortuo P. Antonio de Cœmiterio, in Provincialem electus fuit P. Guilielmus ab Alten sui Conventûs Calcariensis actualis Prior, S. T. Lector.

Deci-

Decimum tertium. Insulis anno 1531 dominicâ post festum visitationis B. Mariæ Virginis.

Decimum quartum. Trajecti ad Mosam die 27. Aprilis anno 1533.

Decimum quintum. Zutphaniæ anno 1535 dominicâ 2. post Pascha.

Decimum sextum. Ipris anno 1536 in festo Nativitatis B. M. V. præside R. P. Paulo van Neeren Conventûs Gandensis Filio, S. T. Lectore, hæreticæ pravitatis Inquisitore, & Provinciæ Vicario.

Decimum septimum. Antverpiæ anno 1537 die 15 Octobris. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Paulus van Neeren Vicarius Provinciæ.

Decimum octavum. Zwollis anno 1538 celebratum fuit Capitulum provinciale, non in Conventu nostro ob grassantem pestem, sed in domo S. Hieronymi in festo S. Michaëlis. In hoc Capitulo, mortuo P. Paulo van Neeren, in Provincialem electus fuit P. Theodoricus de Schoonhovia S. T. Baccalaureus, sui Conventûs Ultrajectini actualis Prior.

Decimum nonum. Valencenis anno 1540 in festo Nativitatis B. M. V.

Anno 1542 SS. Dominus Paulus Tertius R. R. PP. Provincialibus Provinciæ Germaniæ inferioris concessit Privilegium & authoritatem instituendi & amovendi Inquisitores hæreticæ pravitatis in sua dumtaxat Provincia, nempe: in diœcesibus Tornacensi, Leodiensi, Cameracensi & Morinensi.

Nota. Tunc novos Episcopatus Belgicos nondum fuisse erectos, qui ex prædictis Episcopatibus originem suum sumpserunt.

Vigesimum. Antverpiæ anno 1543 in festo S. Joannis Baptistæ.

Vigesimum primum. Brugis anno 1545 dominicâ post festum S. P. Augustini.

Vigesimum secundum. Anno 1548. Neomagi in festo S. Petri Martyris.

Vigesimum tertium. Gandavi anno 1550 in vigilia S. P. Augustini.

Vigeſimum quartum. Bruxellis anno 1551 die ſeptimâ Septembris. In hoc Capitulo, mortuo P. Theodorico de Schoonhovia, electus fuit in Provincialem P. Mag. Cornelius ab Eertborne S. T. D. ſui Conventûs Antverpienſis actualis Prior.

Vigeſimum quintum. Antverpiæ anno 1553 die 28 Januarii.

Vigeſimum ſextum. Hagæ anno 1554 in vigilia Nativitatis B. Mariæ Virginis. In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Cornelio ab Eertborne, in Provincialem electus fuit P. Adrianus Laurentii ab Ooſterwyck S. T. Licentiatus (poſtea Doctor) Conventûs Buſcoducenſis Filius, & actualis Prior Conventûs Hagenſis.

Vigeſimum ſeptimum. Buſciducis anno 1556 die 20 Septembris.

Vigeſimum octavum. Ultrajecti anno 1559 die 15 Aprilis. In hoc Capitulo, mortuo P. Adriano Laurentii, in Provincialem electus fuit P. Godefridus à Mierlo Conventûs Buſcoducenſis Filius, actualis Prior Conventûs Ultrajectini, & poſtea Epiſcopus Harlemienſis.

Vigeſimum nonum. Atrebati anno 1561 die ultimâ Auguſti.

Trigeſimum. Lovanii anno 1563 die quartâ Septembris.

Trigeſimum primum. Duaci anno 1565 die ultimâ Septembris.

Anno 1566 contigit immanis per univerſum ferè Belgium templorum, monaſteriorum, cunctorumque locorum ſacrorum devaſtatio per Deo, Regique ſuo rebelles vulgo dictos *Geuſios*.

32. Bruxellis anno 1568 die 22 Auguſti in præſentia P. Mag. Vincentii Herculani Apoſtolici & Generalis Commiſſarii.

33. Harlemii anno 1571. die ſeptimâ Maii. In hoc Capitulo, Rmo. P. Godefrido ad infulas aſſumpto, in Provincialem electus fuit P. Mag. Paulus Coyanus S. T. D. ex Conventu Gandenſi Conventui Brugenſi incorporatus.

Anno

Anno 1574. habita fuit Congregatio Bruxellis die 23. Februarii in præſentia R^mi. P. Seraphini Cavalli totius Ordinis noſtri Magiſtri Generalis.

34. Gandavi anno 1575. die vigeſimâ quartâ Aprilis.

Hoc anno 1575. ante natalitia in Concilio Flandriæ publicatum fuit, quod impoſterum annus incipiendus eſſet à prima die Januarii: nam antea incipiebat à prima die Paſchatis.

35. Antverpiæ anno 1576. die decimâ octavâ Auguſti.

Anno 1583. tempore tumultuum Belgicorum, & miſerrimi ſtatûs Provinciæ noſtræ, Priores quidam ex Conventibus ſuis exules, & diſperſi, convenerunt Inſulis, qui ad Capitulum Generale Romam miſerunt P. Mag. Antonium Ruyskenſvelt S. T. D. Conventûs Gandenſis, & P. Dominicum Segers Conventûs Bruxellenſis.

36. Moſætrajecti anno 1584. die ſecundâ Julii. In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Paulo Coyano, in Provincialem electus fuit P. Mag. Nicolaus Neelſius S. T. D. Conventûs Gandenſis filius, hæreticæ pravitatis Inquiſitor.

37. Duaci anno 1586. die duodecimâ Septembris.

38. Valencenis anno 1588. die decimâ octavâ Septembris.

39. Gandavi anno 1590. die octavâ Septembris.

Quadrageſimum Audomari anno 1592. die ſextâ Septembris.

41. Bruxellis anno 1594. dominicâ primâ Octobris.

42. Inſulis anno 1597. die vigeſimâ primâ Aprilis.

43. Atrebati anno 1599. dominicâ tertiâ poſt Paſcha.

44. Gandavi anno 1601. die undecimâ Februarii. In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Nicolao Neelſio, in Provincialem electus fuit P. Mag. Antonius Ruyskenſvelt Conventûs Gandenſis S. T. D. hæreticæ pravitatis Inquiſitor, & actualis ſui Conventûs Prior. Hic fuit ultimus Prior Provincialis ad vitam.

45. Brugis anno 1602. dominicâ primâ Septembris. In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Antonio Ruyskenſvelt, in Provincialem electus fuit P. Andreas Heynſius Prædicator Generalis, & ſui Conventûs Brugenſis actualis Prior. Hic fuit primus Prior Provincialis quadriennalis: nam in eo-

dem Capitulo acceptata fuit ordinatio Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1601. de temporalitate officialium.

46. Antverpiæ anno 1605. Calendis Maii.

47. Lovanii anno 1606. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo electus fuit in Priorem Provincialem P. Petrus Woeſtinius (van de Woeſtyne) Conventûs Gandenſis filius, S. T. Baccalaureus formatus, Conventûs Moſætrajectenſis Prior actualis. In hoc Capitulo prælectæ fuerunt litteræ R^mi. P. Magiſtri Generalis, quibus abſolutè declaratur, nullos Magiſtros noſtros apud ſæculares promotos locum, aut vocem, aut privilegia aliqua habere in Capitulo Provinciali, vel in Ordine, niſi eorum promotio, vel per Capitulum Generale, vel Generaliſſimum fuerit approbata, quibus per ſpeciale indultum hoc à ſua Sanctitate conceſſum eſt.

48. Gandavi anno 1607. die undecimâ Novembris.

Anno 1608. in Capitulo Generali Romæ ordinatum fuit §. *in Provinciâ Germaniæ inferioris*: ordinamus in eadem Provincia Germaniæ inferioris ad ejus petitionem, ut Provinciales deinceps alternativè eligantur ex tribus præcipuis nationibus, inchoando à natione Gallicana, deindè Brabantica, tertiò Flandrica.

49. Bruxellis anno 1610. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Nicolaus de Reux Conventûs Atrebatenſis, S. T. Doctor Lovanienſis, actualis Prior Conventûs Inſulenſis.

Quinquageſimum Bruxellis anno 1611. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Nicolao de Reux, in Provincialem electus fuit P. Michaël Ophovius Conventûs Antverpienſis filius, & actualis Prior, S. T. Licentiatus, poſtea Epiſcopus Buſcoducenſis.

51. Buſciducis anno 1612. dominicâ tertiâ poſt Paſcha.

52. Bergis anno 1615. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo pro ſecunda vice in Provincialem electus fuit P. Mag. Petrus Woeſtinius Conventûs Gandenſis, S. T. D.

53. Inſulis anno 1617. dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.

54. Mosætrajecti anno 1619. dominicâ secundâ post octavam Paschæ. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Joannes de Loix S. T. D. sui Conventûs Audomarensis actualis Prior.

55. Audomari anno 1621. dominicâ tertiâ post Pascha.

56. Valencenis anno 1623. dominicâ tertiâ post Pascha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Joannes Bocquetius Conventûs Antverpiensis S. T. D. & Vicarius Generalis.

57. Gandavi anno 1625. die 29. Junii in præsentia P. Mag. Petri Baptistæ Commissarii Generalis.

58. Atrebati anno 1627. dominicâ tertiâ post Pascha. In hoc Capitulo pro tertia vice in Provincialem electus fuit P. Mag. Petrus Woestinius.

59. Bruxellis anno 1629. die 21. Januarii.

Sexagesimum. Duaci anno 1631. dominicâ tertiâ post Pascha. In hoc Capitulo electus fuit in Priorem Provincialem P. Carolus Pluchart Prædicator Generalis, Conventûs valencenensis filius.

61. Valencenis anno 1633. dominicâ tertiâ post Pascha.

62. Brugis anno 1635. dominicâ tertiâ post Pascha. In hoc Capitulo electus fuit in Provincialem pro secunda vice P. Mag. Joannes Bocquetius.

63. Antverpiæ anno 1637. dominicâ tertiâ post Pascha.

64. Insulis anno 1639. dominicâ tertiâ post Pascha, in quo Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Hieronymus Fabri S. T. D. Conventûs Gandensis.

65. Gandavi anno 1641. dominicâ tertiâ post Pascha. In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Hieronymo Fabri, in Provincialem electus fuit P. Joannes Roman Conventûs sui Insulensis Prædicator Generalis, & actualis Prior Conventûs Tornacensis.

66. Bruxellis anno 1643. dominicâ tertiâ post Pascha.

67. Eodem anno Gandavi die 14. Octobris ob instans Capitulum Generalissimum, in cujus Diffinitores electi fuerunt P. Mag. Marius Ambrosius Capello Conventûs Antverpiensis filius, S. T. D. & postea Episcopus Antverpiensis,

& P. Mag. Jacobus van den Heede S. T. D. Conventûs Gandenſis.

68. Brugis anno 1645. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Joannes Ryderus S. T. D. Conventûs Buſcoducenſis filius.

Anno 1647. habita fuit Congregatio Bruxellis die 20. Februarii.

69. Lovanii anno 1649. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo electus fuit in Provincialem P. Mag. Jacobus van den Heede S. T. D. Conventûs Gandenſis.

Septuageſimum Gandavi anno 1651. dominicâ tertiâ poſt Paſcha.

71. Bruxellis anno 1653. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit pro ſecunda vice P. Mag. Joannes de Loix Conventûs Audomarenſis, S. T. D. Inquiſitor Generalis per Diœceſim Bizuntinam, anno ætatis ſuæ octuageſimo quarto.

72. Brugis anno 1655. dominicâ quartâ Auguſti.

73. Audomari anno 1657. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Joannes Verjus Conventûs Antverpienſis, S. T. D.

Anno 1659. habita fuit Congregatio Bruxellis die 4. Maii.

74. Antverpiæ anno 1661. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo omnium votis, excepto ſuo, in Provincialem electus fuit pro ſecunda vice P. Mag. Jacobus van den Heede S. T. D.

75. Gandavi anno 1663. dominicâ tertiâ poſt Paſcha.

76. Bergis anno 1664. die quintâ Julii. In hoc Capitulo, mortuo P. Mag. Jacobo van den Heede, in Provincialem electus fuit P. Bonaventura de Marivoorde ſui Conventûs Tornacenſis Prior.

77. Valencenis anno 1666. dominicâ tertiâ poſt Paſcha.

78. Lovanii anno 1668. dominicâ tertiâ poſt Paſcha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Thomas Leonardi Conventûs Moſætrajectenſis filius, S. T. D. & facultatis theologicæ Lovanienſis Profeſſor Regens, & Conventûs Lovanienſis Prior.

Eo-

Eodem anno, mortuo P. Mag. Thoma Leonardi, ad postulationem Provinciæ per Rmum P. Magistrum Generalem institutus fuit in Provincialem P. Mag. Godefridus Marquis Conventûs Antverpiensis, S. T. D.

79. Antverpiæ anno 1669 die decimâ nonâ Octobris.

Octuagesimum Brugis anno 1672. die 7. Maii. In hoc Capitulo P. Mag. Godefridus Marquis de debita licentia Provincialatum resignavit, & ejus loco electus fuit P. Gregorius Remond S. T. Licentiatus, Conventûs Bergensis filius.

81. In Vicariatu Vilvordiensi anno 1676. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Antonius Hocquet Conventûs Montensis filius, & Prædicator Generalis.

82. Braniæ anno 1680. dominicâ tertiâ post Pascha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Martinus Harney Conventûs Bruxellensis filius & actualis Prior, S. T. D. & missionis Hollandiæ Præfectus Apostolicus. Ab hoc tempore Præfectura missionis annexa permansit Provincialatui.

Hoc anno erecta fuit nova Provincia S. Rosæ in Gallo-Belgio ex variis Conventibus Provinciæ Germaniæ inferioris.

Anno 1682. habita fuit Congregatio Bruxellis die octavâ Julii.

83. Gandavi anno 1684 dominicâ tertiâ post Pascha. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Franciscus Janssens Elinga Conventûs Brugensis S. T. M.

84. Mechliniæ in Conventu Buscoducensi anno 1685. die 20. Octobris.

85. Antverpiæ anno 1688. die octavâ Maii. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Philippus Durand S. T. D. Conventûs Branensis, studii Generalis Lovaniensis Regens primarius.

86. Lovanii anno 1692. die 26. Aprilis. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit pro secunda vice P. Mag. Martinus Harney S. T. D. & facultatis theologicæ Lovaniensis Professor Regens.

Anno 1693. habita fuit Congregatio Vilvordiæ die 13. Octobris.

87. Gandavi anno 1696. die 12. Maii. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit pro ſecunda vice P. Mag. Franciſcus Janſſens Elinga S. T. M.

88. Lyræ anno 1698 die 20 Aprilis.

89. In Conventu Buſcoducenſi in Mechlinia anno 1700 Calendis Maii. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Hyacinthus Groſſeau Prior Conventûs ſui Namurcenſis.

Anno 1702 habita fuit Congregatio Lovanii die 3 Maii.

Nonageſimum Brugis anno 1703 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ. In hoc Capitulo, mortuo P. Hyacintho Groſſeau, in Provincialem electus fuit P. Jacobus De Bode ſui Conventûs Bruxellenſis Prior.

Bruxellis anno 1705 habita fuit Congregatio Patrum.

91. Antverpiæ anno 1707 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Bernardus De Keyſer Conventûs Brugenſis, S. T. Licentiatus.

92. Anno 1711 Bruxellis dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Hyacinthus Du Mont S. T. Magiſter, ſui Conventûs Branienſis Prior.

93. Gandavi anno 1715 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ. In hoc Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Hieronymus t' Seraerts Conventûs Lovanienſis, S. Facultatis Theologicæ Doctor & Profeſſor Regens, ac ſtudii Generalis Lovanienſis Regens Primarius.

94. Vilvordiæ anno 1717 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ ſub P. Mag. Hieronymo t'Seraerts Provinciali.

Anno 1717 ob indictum Capitulum Generale Romæ celebrandum anno proximo, habita fuit Congregatio Bruxellis die 13 Octobris.

BELGIUM DOMINICANUM
SIVE
HISTORIA
PROVINCIÆ GERMANIÆ INFERIORIS
SACRI ORDINIS
FF. PRÆDICATORUM

DE CONVENTU GANDENSI.

INTRODUCTIO.

GAnda, quæ & Gandavum dicta, totius Flandriæ Metropolis, à Julio Cæsare sumpsit exordium. A sanctis Viris Amando, & Livino Christianæ fidei rudimenta didicit. Situs ejus admodum amœnus, temperatus aër, plateæ largæ, ædificia commoda, opes non paucæ, terra frugibus abundans. Quatuor fluvios, nempè Scaldim, Ligiam, Liviam, & Moeram suo sinu excipit, qui maximum incolis commo-

dum & lucrum præbent. Antverpiâ & Bruxellis decem, Tornaco undecim, Brugis & Cortraco octo, Aldenardâ quinque distat leucis. Multùm illustratur Concilio Provinciali Flandriæ à Joanne intrepido Duce Burgundiæ, Comite Flandriæ, &c. ibidem erecto anno 1409 nec non sede Episcopali erectâ anno 1559 à Paulo IV. summo Pontifice.

Plurima Gandavi conspiciuntur utriusque sexûs Monasteria, quorum omnium (si Abbatias S. Bavonis Ordinis S. Benedicti, nunc in fortalitium mutatam, & S. Petri ejusdem Ordinis in Monte Blandinio juxta Gandam sitam excipias) antiquissimum est Cœnobium Fratrum Prædicatorum, qui ibidem ferè à sæculo Monialium sui Ordinis Monasterium habent.

CAPUT PRIMUM.

§. I. *De Origine hujus Conventus.*

Hospitale dictum. Het Wittocx hospitael.

OLim in Parochia S. Nicolai hospitale quoddam erat pauperum & infirmorum sublevamini designatum, quod vulgò *Het Wittocx Hospitael* vocabatur. Illud incendio, aliisque infortuniis collapsum suis opibus restaurari non potuit.

Venerabilis ac admodum Reverendus Dominus Fulco Uytenhove S. Petri Insulis Canonicus, & Trina Soror ejus concivium suorum, infirmitate, aut pauperie laborantium, necessitatibus compatientes, anno 1201 domum suam juxta D. Michaëlis ædem Sacram in pauperum, ac infirmorum receptaculum commutarunt, idemque hospitale partim propriis, partim prædicti collapsi hospitalis bonis fundarunt. Quod Christianæ charitatis exemplum cum plures, collatâ etiam aliquâ suarum facultatum portione, sequerentur, ac illud ab omnibus approbari videret Rmus. D. Walterus de Marvisio Tornacensium Præsul, idem Ferrando & Joannæ Comitibus Flandriæ commendavit. Adjacentem domum, quam Fratres Prædicatorum Ordinis à Zegero Paris in eleëmosynam acceperant, inhabitabant dicti Fratres à supradicto Ferrando Parisiis Gandavum missi (de quibus vide folio 1.) qui quotidiè numero accrescebant; unde illorum,

Hospitale ad ædem S. Michaëlis Gandavi.

dictique hoſpitalis fundi nimis anguſti videbantur, ut tot afflictos, fratreſque caperent. Igitur de Hoſpitali aliò transferendo actum fuit. Dederunt prædicti Principes fundum ſatis amplum, ac noſocomio conſtruendo aptiſſimum. Huic *Biloca* ſeu *Portus Beatæ Mariæ* nomen erat. Sacellum itaque ibidem ac Hoſpitale, aliaque ædificia fundatorum opibus, curâ, & auſpiciis piorum illorum Principum conſtructa fuerunt: Priorverò illa domus, quæ juxta D. Michaëlis erat, anno 1228 uſui fratrum noſtrorum conceſſa fuit.

Sanderus in Flandria ſua Illuſtrata FF. Prædicatores Gandavum veniſſe aſſerit etiamnum vivente S. P. N. Dominico, dequo nullum inſtrumentum authenticum inveni.

§. II. *De Fundatione, & Fundatoribus hujus Conventûs.*

FErrandum Sanctii Luſitaniæ Regis filium, & uxorem ejus Joannam Conſtantinopolitanam Comitiſſam Flandriæ, Hanoniæ, &c. Conventus hic fundatores habuit (modo, quo dixi in deſolata Batavia Dominicana folio 2) hujus fundationis litteras hîc ſubjungo: „F. Flandriæ & „Hayn: Comes, & J. Comitiſſa uxor ejus omnibus præ- „ſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum vobis facimus „quod nos extra Gandavum juxta locum, qui ab antiquo „*Monialium Portus* appellari ſolebat, in honorem S. Mariæ „quondam, inchoavimus Hoſpitale, juxta quem locum Mona- „ſterium quoque Monialium, *Portum Beatæ Mariæ* voca- „mus, fecimus inchoari. Ita quod ipſum Hoſpitale cum „omnibus ad illud pertinentibus ſemper erit membrum de „corpore præfati Monaſterii, & bona ejuſdem hoſpitalis ha- „bita, vel habenda in perpetuum ipſius proviſione Mona- „ſterii regentur ac diſtribuentur in neceſſitates infirmorum „& pauperum, quorum uſibus aſſignata noſcuntur. Bona „quoque, quæ ſpectabant hactenus ad domum ſitam ſecus „atrium S. Michaëlis in Ganda, in qua manere ſolebant „pauperes & infirmi, perpetuò pertinebunt ad hoſpitale præ- „dictum, in quod transferendi ſunt ad manendum pauperes „memorati. Domum verò præfatam, quæ erat pauperum, „per manum venerabilis Patris Walteri Tornacenſis Epiſco-

Fundatores Conventûs Gandenſis.

Litteræ fundationis.

„pi, & de aſſenſu omnium, quorum fuit ſuper hoc requi-
„rendus aſſenſus, aſſignavimus Fratribus Ordinis Prædicato-
„rum in perpetuam manſionem. Ita quod ipſa domus in uſus
„alios, quam in manſionem eorumdem Fratrum in ea ha-
„bendam, nullo modo poſſit converti, nec à Fratrum ha-
„bitatione poterit alienari, quin domus eadem revertatur
„ad pauperes Hoſpitalis præfati. Cupientes ergò ut Mona-
„ſterium & hoſpitale, de quibus fecimus mentionem, tam
„in temporalibus, quam in ſpiritualibus ſecundum Domi-
„num proficiant & regantur, locum ipſius Monaſterii,
„& univerſa ad illud pertinentia, Ordini Ciſtercienſi in per-
„petuum pacificè poſſidenda concedimus in uſus Monia-
Locus Gandenſis in Conventum erectus. „lium & in neceſſitates infirmorum & pauperum conver-
„tenda. ut hæc autem firma permaneant, & ab hominum
„memoria non recedant, præſentes litteras ſcribi fecimus,
„& ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Datum anno
„Domini M. CC. XXVIII. Eodem anno 1228 domus Fra-
trum Pædicatorum in Ganda pro Conventu acceptata fuit
in Capitulo Generali Pariſiis menſe Junio ſub B. M. P. Jor-
dano, ſecundo totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali, &
S. P. N. Dominici ſucceſſore.

§. III. *De ædificiis.*

HUjus Conventûs ſepta admodum anguſta, nec ulte-
rioris extenſionis capacia, ad orientem Scaldi & Liſiâ
confluentibus, ad occidentem & meridiem vicis publicis,
& ad aquilonem vaſtiſſimâ Eccleſiâ S. Michaëlis, quæ pa-
rochialis eſt, coarctantur. Ædificium ad ripam Scaldis,
munificentiâ fundatorum extructum, maximum, & eleva-
tum ex lapide perduro inferius continet ſacriſtiam, Capi-
tulum, famoſum illud refectorium (in quo iconoclaſtiæ
tempore hæreticorum rabies in fratres noſtros triſtiſſimum
præbuit ſpectaculum, ut Capite quarto latius videbimus,
nunc bicolori ſtratum marmore, & lapideis fornicibus ob-
tectum) Culinam, Cameram Concilii, Piſtrinam & Bra-
xatorium, quibus locis maximum commodum adfert præ-

dictorum fluminum vicinia. Superius dormitorium habet largiſſimum, in multas fratrum cellas lapideis fornicibus contra ignem munitas diſtinctum. Ad occidentem ædificia ſunt minoris notæ, ſi ambitum cum ſuprapoſita Bibliotheca excipias. Hic anno 1473 ædificatus fuit munificentiâ Margaritæ Eboracenſis Eduardi Quarti Angliæ Regis ſorore cum ſequenti inſcriptione Flandricè exarata quæ parieti inhæret: „Anno „1473 in vigilia Epiphaniæ prænobilis & devota Prînceps „Domina Margarita Eduardi quarti illius nominis Angliæ „Regis ſoror, Sereniſſimi ac potentiſſimi Domini noſtri Ca„roli Ducis Burgundiæ, &c. legitima Coniux, hujus ambi„tûs, & ſuperædificatæ Bibliothecæ fundatrix, magnis ex„penſis ſuis perſonaliter primum lapidem poſuit. Præterea „hujus Conventûs Eccleſiam quatuor pretioſis trabibus fer„reis colligari fecit, & divinum officium multis pretio„ſiſſimis ornamentis: præcipuè Cappâ, Caſulâ cum dua„bus dalmaticis; deſuper duabus Cappis pro Cantoribus „exornavit, omnia ex panno violaceo holoſerico auro con„texto cum marginibus magnificè acu pictis & inſigniis ſuis „ſignatis. Pro quibus omnibus nos Prior & fratres prædicti „Conventûs fatemur nos nunc & in perpetuum obligatos „pro illa, & ſucceſſoribus ejus Deum orare & orari facere. „His præſentibus volumus, & admonemus omnes fratres „ſucceſſores noſtros, & obſecramus omnes, qui hunc Con„ventum diligunt, & qui divinum officium, aut prædica„tionem in prædicta Eccleſia audient, ut nobiſcum ex cor„de Deum orent ad ſalutem & intentionem hujus prænobi„lis & devotæ Dominæ. Prædicta perilluſtris, nobilis, de„vota Domina obiit anno 1503 die 23 Novembris & Me„chliniæ apud fratres Minores Sepulta eſt.

Utrumque jam dictum, tam ab oriente, quam ab occidente, ædificium conjungitur alio intermedio, ſeu tertiâ parte ambitûs, cum bino ſuperædificato fratrum dormitorio. Ædificium hoc valdé elevatum tres ſupra invicem fornices lapideas habet, clauſtrum & cellas contra incendia fortuita præſervantes.

Juxta Eccleſiam S. Michaëlis ad aquilonem non minoris

notæ ædificium conſpicitur in loco, ubi olim erat Hoſpitale pauperum & infirmorum (de quo ſupra folio 26) quod adventantium fratrum Hoſpitum receptaculum eſt, & tot cameris inſtructum, ut anno 1715 omnes ferè Patres Capituli Provincialis in illo fuerint hoſpitati.

Habet Conventus hic hoc anno 1717, 71 Sacerdotes vel Clericos Converſos profeſſos, & unum Converſum novitium.

CAPUT SECUNDUM.

§. I. *De Eccleſia.*

HUjus Conventûs Eccleſia anno 1240 ſub Flandriæ Comitibus Joanna Conſtantinopolitana fundatrice noſtra & Thoma Sabaudo ſecundo marito ejus inchoata: ſed ob mortem piæ fundatricis, & Thomæ in Sabaudiam reditum diù imperfecta remanſit, quod evidenter ex ſequentibus patet litteris:

Litteræ Nicolai Epiſcopi Camera-cenſis in favorem ſtructuræ eccleſiæ FF. Prædicatorum Gandavi.

„ Nicolaus Dei Gratiâ Cameracenſis Epiſcopus univer-
„ſis Chriſti fidelibus in Cameracenſi diœceſi conſtitutis &
„præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiter-
„nam. Cum dilecti noſtri Fratres Prædicatores in Gandavo
„commorantes opus Eccleſiæ ſumptuoſum ædificare cœpe-
„rint, ſicut fide vidimus oculatâ, nec ad conſummationem
„tanti operis ſine eleëmoſynis fidelium poterunt pervenire;
„univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & in Domino
„exhortamur, vobis in remiſſionem peccatorum firmiter in-
„jungentes, quatenus ipſis de bonis veſtris à Deo collatis
„pias eleëmoſynas, & gratâ caritate ſubſidia erogetis, ac
„etiam tranſmittatis tam liberaliter quam libenter, ut per
„ſubventionem veſtram opus hujusmodi tam laudabiliter in-
„choatum, feliciter valeat conſummari, & vos etiam per
„hæc, & alia bona, quæ Domino feceritis inſpirante, ad
„æternæ beatitudinis gaudia mereamini pervenire. Nos e-
„nim Dei omnipotentis miſericordiâ, & Beatæ Mariæ ſem-
„per Virginis, omniumque Sanctorum meritis & interceſ-

„sionibus confidentes, omnibus subditis nostris verè pœni-„tentibus & confessis, qui ad dictum opus manum porrex-„erint adjutricem, quadraginta dies de injunctis sibi pœni-„tentiis, ad consummationem ipsius operis, quantum in „nobis est, misericorditer relaxamus. Datum anno Domi-„ni MCCLXIII. mense Aprili.

Ex quibus patet fabulosum esse, quod quidam dicunt, templum hoc non fuisse à fratribus nostris ædificatum; sed illud idem hospitale fuisse, de quo supra diximus.

Templum hoc vastissimæ molis, & invisæ artis ac formæ ædificium, incolis & advenis admirationi est. Nullis innititur columnis: sed tantum quibusdam quasi fulcris ad sustinendum tectum. Lucernæ figuram exhibet, fenestris undequaque ita dispositis, ut tota omnino fabrica quasi vitrea appareat. Inter singula jam dicta fulcra singula sacella conspiciuntur, in quibus Altaria & Confessionalia, (si sex excipias) accommodata, maximam populo exhibent commoditatem, & Templo Ornamentum. Altaria undique ita sunt disposita, ut simul octodecim videri possint.

Templum hoc annis 1566 & 1578 ab hæreticis occupatum Sacrilegis illorum ritibus deserviit, confractis Altaribus & imaginibus sacris. Anno 1584 Gandâ Regi Catholico, & fidei orthodoxæ restitutâ, & Fratribus nostris ab exilio reversis hoc templum ritû Catholico reconciliatum fuit die 11 Octobris per Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Joannem Hauchinum Archiepiscopum Mechliniensem, qui eodem die cœmiterium nostrum etiam reconciliavit, & summum Altare de novo erectum consecravit. Iconoclastia & hujus Ecclesiæ profanatio.

§. II. *De Thesauro Sacro.*

QUamvis per Iconoclastiam multæ Sanctorum Reliquiæ deperditæ fuerint, habet etiamnum Conventus hic sequentes S. S. Reliquias ritè approbatas.

Duas particulas notabiles S. Crucis Domini nostri Jesu Christi, & duas Spinas S. Coronæ Spineæ ejusdem Domini ac Salvatoris nostri. Duos dentes S. Apoloniæ Virginis & Martyris.

Item Reliquias S. Annæ Matris B. M. V. S. Pii V. Pontificis. S. Roſæ de Lima virginis. S. Hyacinthi Confeſſoris. S. Petri Martyris. S. Joannis Baptiſtæ. S. Liborii Epiſcopi. S. Blaſii Epiſcopi & Martyris.

Hoc anno 1717 in vigilia & Feſto S. P. N. Dominici, de licentia Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Philippi Erardi vander Noot Epiſcopi Gandenſis ſolemniter exaltatæ fuerunt ſequentes SS. Reliquiæ:

Ex oſſibus S. P. N. Dominici Confeſſoris. S. Thomæ Aquinatis. S. Hyacinthi Confeſſoris. S. Raymundi Confeſſoris. S. Catharinæ Senenſis. S. Ludovici Bertrandi Confeſſoris. S. Ludovici Regis Franciæ. S. Catharinæ Virginis & Martyris.

Has ritè approbatas anno præterito Româ contulit R. P. Joannes Corthals hujus Conventûs Filius & Prædicator fervidus.

§. III. *De Confraternitatibus.*

CIrca annum 1468 Confraternitas SS. Roſarii non nihil neglecta, in hac Eccleſia reſtaurata fuit per B. M. P. Alanum de Rupe Roſarii Mariani reſtauratorem ferventiſſimum, qui ab anno 1468 uſque ad annum 1470 in hoc Conventu Lectoris officio functus eſt, & eruditionis ac zeli ſui ſucceſſorem poſt ſe reliquit P. Jacobum Weyts diſcipulum ſuum, qui poſtea doctoralem lauream adeptus, & pro prædicatione SS. Roſarii multa perpeſſus eſt, ut ex ſequentibus latius patebit.

Quanta in veneratione ab illo tempore apud Gandenſes fuerit SS. Roſarii Sodalitium, colliget lector benevolus ex dignitatibus illorum, qui illi inſcribi voluerunt, quorum, plurimis non mediocris gradûs perſonis omiſſis, aliquos tantum Epiſcopali ac Abbatiali infulâ præeminentes hic ſubjungam, hi fuerunt:

Illuſtriſſimus Dominus Guilielmus Lindanus Epiſcopus Gandenſis, Comes Evergemii, &c.

Illuſtriſſimus Dominus Petrus Damant Epiſcopus Gandenſis,

Illu-

Illuſtriſſimus Dominus Jacobus Boonen Epiſcopus Gandenſis, poſtea Archiepiſcopus Mechlinienſis, qui manu propriâ nomen ſuum inſcripſit cum titulo Protectoris hujus Confraternitatis.

Illuſtriſſimus Dominus Antonius Trieſt Epiſcopus Gandenſis.

Ampliſſimus Dominus Clemens Crabeels Officialis & Vicarius Generalis Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Gandenſis, poſtea Epiſcopus Buſcoducenſis.

Ampliſſimus Dominus Columbanus Francq Abbas exemptæ Abbatiæ S. Petri Ordinis S. Benedicti juxta Gandavum, Primas Flandriæ, Princeps Camphinii, &c.

Ampliſſimus Dominus Joachim Arſenius à Schayck Abbas S. Petri, &c.

Ampliſſimus Dominus Jacobus Delrio Abbas de Baudeloo Ordinis Ciſtercienſis.

Hujus Confraternitatis duæ claſſes in hac eccleſia ſub vexillo Mariano Deo militant. Præcipuorum Nobilium una, Juriſperitorum, mercatorum, civiumque altera. Prior in feſtivitatibus B. Mariæ Virginis, poſterior ſingulis primis dominicis cujuſque menſis ſummo Sacro, Completorio & proceſſioni cum magna populi ædificatione intereſt, & venerabile Sacramentum cum facibus ex cera alba devotiſſimè comitatur.

Primæ Claſſis Confratres ſunt Nobiliſſimi Domini.

D. Franciſcus Baro de Brune, Toparcha de Volandre ter Loo, &c.

D. Ægidius Franciſcus de Lichtervelde, Toparcha de Vrylandt, Lathem, &c.

D. Carolus Borluut, Toparcha de Schoonberghe, &c.

D. Carolus Allegambe, Toparcha de Baſſengien, Auweghem, Chiſoin, Mortaigne, Volkegem, &c.

D. Georgius de Brune, Toparcha de Willecom, &c.

D. Philippus Joſephus de Beer, Toparcha de Zeveren, &c.

D. Carolus Franciſcus le Preudhomme d'Hailly, Baro de Poucques, Toparcha de Neufville, &c.

D. Gerardus FranciſcusBallet, Toparcha de Schilde, &c.
D. Emmanuel Ballet, Toparcha de Leeuwenburch, &c.
D. Joannes Franciſcus Della Faille, Toparcha de Eekloo, Aſſenede, &c.
D. Donatus Lanchals, Baro de Exaerde, Toparcha de Olſſen, Denterghem, Gottem, &c.
D. Georgius Joſephus Balde, Toparcha de Wyngaerde, ter Linde, &c.
D. Hubertus Franciſcus Serſanders, dictus de Luna, Toparcha de Cleenbrugghe, &c.
D. Franciſcus de Pottelsberghe, Toparcha de Appelsvoorde, &c.
D. Jacobus Joſephus de Vilſteren, Baro de Laerne, &c.
D. Joannes Franciſcus Borluut, Toparcha de Hooghſtraeten, &c.
D. Jacobus Franciſcus Dennetieres, Comes de Mouſcron, de Huſt, & S. R. I. Marchio de Mottes, Baro de la Berliere, de Heule, &c.
D. Petrus Ignatius Della Faille, Baro de Nevele, &c.

Confraternitas SS. Nominis Jeſu.

Anno 1574. in hac Eccleſia erecta fuit Confraternitas SS. Nominis Jeſu contra perjuria, blaſphemias, &c. ſub nomine *het Broederſchap ter eeden*, quæ à ſummis Pontificibus multis indulgentiis, gratiis, & privilegiis donata fuit.

Militia angelica S. Thomæ Aquinatis.

Anno 1684. die ſeptimâ Martii erecta fuit militia Angelica S. Thomæ Aquinatis adverſus carnis illecebras. Huic inſcribuntur omnis conditionis homines: ſed ſpeciales commilitones, qui ex ſacerdotio aſſumuntur, in feſto S. Thomæ Aquinatis, & tranſlatione Corporis eiuſdem Sancti officio divino, ſicut aliarum Confraternitatum confratres (exceptis confratribus S. Apolloniæ) interſunt faces albas coram venerabili Sacramento deferentes.

Confraternitas S. Apolloniæ.

Anno 1710. erecta fuit Confraternitas in honorem S. Apolloniæ virginis & martyris ad fovendam inter fideles pacem, & charitatem fraternam. Quam Confraternitatem, de licentia illorum, quorum intererat, erexit Eximius P. Mag. Hyacinthus de Baets hujus Conventûs filius, S. T. M.

Exprior, & Capituli Generalis Bononiæ celebrati anno 1706 Diffinitor, nunc Prior Conventûs Antverpiensis.

§. IV. *De Sepulturis.*

DIfficillimum, imò impossibile nobis fuisset de Sepulturis, & illarum inscriptionibus, quæ in hac Ecclesia ante iconoclastiam fuerunt, aliquid asserere: nisi D. Dionisius Harduinus Juris utriusque doctor, & antiquitatum exactissimus indagator paulò ante iconoclastiam illas calamo ex illa tempestate liberasset. Extat etiamnum huius viri scriptum, ex quo illa, quæ de quibusdam sepulturis, & illarum inscriptionibus proferam, excerpsi.

Hanc scripto suo præmisit præfationem:

PRÆFATIO.

„ Reverendo in Christo Patri D. Antonio Ruyskensvelt „Sacrosanctæ paginæ Doctori, venerabilis Conventûs Præ„dicatorum Gandavi Priori, pietatis & eloquentiæ laudibus „Clarissimo.

„ Cogitanti mihi quid Reverentiæ vestræ pro tot, tantis„que concionibus, aliisque spiritualibus beneficiis, quæ in „me insciens non rarò effudit, gratus perpenderem; nihil „quidquam succurrit idoneum, quam hæc epigrapharum con„geries, quam in Cœnobio vestro anno 1573. tum recens „ex magna Græcia reversus, & ardens studio antiquitatis „huius soli mei natalis compilavi. In ea faragine sunt quæ„dam, quæ ad historiam domûs vestræ pertinere videntur: „nonnulla etiam, quæ vobis alicui fortasse usui esse poterunt, „declarationi certè non dubito fore intelligere; quid isthic? „vestrorum majorum temporibus aliquando actum sit. Sed „inquies: cave munus ornare verbis. Et hoc quidquid est, „minimè meum esse, & de vestra æde ablata omnia, ideoque „extra noxam penes me servari longiùs haud potuisse, quin „ablata ex norma Philosophiæ Christianæ sunt restituenda „suis possessoribus. Et sanè hîc tibi quid studeam non habeo. „Suffusus etiam propemodum rubore, quocirca operam „dabo posthac, ne temerè me furti alligem, & velut sorex

„voce meâ peream. Exorabo insuper, ut olim à nobis mu-
„nus aliud, quod & paulò majoris sit ponderis, & nostri
„omnino juris dominiive accipias. Interea utere, fruere drag-
„mâ deperditâ, tuque.....ex bibliotheca nostra ad Li-
„giæ amnis tutissimum pontem Kalendis Juniis anni ab in-
„carnato Deo M. D. L. XXXIX. Signatum DIONISIUS
„HARDUINUS U. I. D. Gandanus. S. D. P.

Huic igitur viro debetur quidquid memoriæ supereſt tot Illustrium Epitaphiorum, quæ iconoclastarum rabies cum aliis templi ornatibus confregit, & in tantam redegit confusionem, ut modò, ne locus quidem plurimorum illorum exactè demonstrari possit: ne autem ulterior memoria illorum pereat, hæc sequentia ex prædicto scripto hîc subjungam, & alia quorum sepulchra etiamnum nota sunt, & posterorum suorum cadaveribus recipiendis deserviunt, intermiscebo.

IN CHORO.

Robertus Comitis Flandriæ filius nothus

„ Chi gist ROBERT DE FLANDRES Bastars Chevaliers, qui trespassa en l'an de grace M. CCC. & soixante le „jour Saint Bartholomien. Pries pour l'ame.

Petrus Comitis Flandriæ filius nothus.

„ Chi gist PIETERKEN jadis Bastars de Monseigneur „de Flandres qui trespassa le letiere jour de Mars l'an M. CCC. „soissante & seize. Pries pour l'ame.

D. Joannes van Vytkercke.

„ *In Choro* etiam jacebat quidam JOANNES VAN VYTKERCKE delineatus in armis, ocreatus & calcariatus cum „duobus leonibus sub pedibus.

D. Joannes dictus Busere de Bassevelde.

„ *Ibidem.* Hîc jacet dominus JOANNES dictus BUSERE „DE BASSEVELDE, qui obiit anno Domini 1326. tertio „die Aprilis. Orate pro anima ejus.

„ Super sarcophagum repræsentabatur totus armatus instar magnorum Principum, substratis ad pedes homine & „leone.

„ Anno Domini 1359. XV. Kalendas Decembris obiit „WILELMUS dictus BUSERE DE BASSEVELDE, cujus ani-
„ma requiescat in pace. Amen.

„ Hîc jacet SIMON dictus BUSERE DE BASSEVELDE, qui „obiit anno Domini M. CCC.....

„ *In Choro.* Hîc jacet dominus WALTERUS DE HER- D. Wal-
„ZELE dominus de Herzele qui obiit anno Domini 1331, 18. terus de
„kalendas Maii. Herzele.

„ *In Choro* jacebat quidam nobilis ex familia de WTKER-
„KE totus armatus, faciem habens caſſide totaliter obtectam.

„ *In Choro.* Chi giſt JACQUEMAERT DE LENSELE eſcuier D. Jac-
„jadis Huyſſier heritable de monſiu la Conte de Flandres & quemaer-
„trepaſſa le 9 jour de Septembre l'an 1364. Prie pour l'ame tius de
„de lui. Lenſele.

„ *In Choro.* Hier licht GILLES VAN DER BIEST, die ſtarf D. Ægi-
„op t'huys te Beverne int jaer des heeren toemen ſchreef dius van-
„duyſt dry hondert twee ende t'negentich den XX. dach van der Bieſt.
„Aought. Bidt voor de ziele.

„ Hic repræſentabatur delineatus in armis, ocreatus, &
„calcariatus cum duobus leonculis ſub pedibus.

„ *In Choro.* Hier licht meeſter JAN VAN DER KETULLE D. Joan-
„in ſynen levenen Raedt myns heeren van Bourgoingnen, nes van-
„van Brabant, ende van Vlanderen, ende bewaerer van der Ke-
„ſynen chaerten, ende andere briefven aengaende den Graef- tulle,
„ſchepe van Vlaenderen, die ſtarf int jaer XIIII.c ende
„XXXIII. den XXVI. dach van Ougſt Bidt over de ziele.

„ Hier licht begraeven LYSBETTE HELBINS meeſter Jans D. Eli-
„wyf die ſtarf int jaer XIIII.c ende LXXI. den XIIII. dach van zabeta
„Novembre. Helbins.

„ *Aliud.* Hier licht meeſter JAN VAN GHENT in zynen D. Joan-
„levenen Raedt myns gheduchts heeren s'hertoghe van Bour- nes van
„goingnen, van Brabant, ende van Limbourch, Grave van Ghendt.
„Vlaenderen, die ſtarf int jaer ons heere M. CCCC. ende
„XXXIX. den XXVII. dach van Sporcle.

„ Hier licht Jonckvrau ANNA VAN MEETKERCKE VOOR- D. An-
„ſeyts Mrs. Jans wyf die ſtarf int jaer ons heeren M. CCCC,... na van
„ *Aliud.* Honorable perſone Mre. JSAAC ZANEQUIN en Meetker-
„ſon vivant Conſeillier & advocat de la Chambre du Con- cke.
„ſeil en Flandres de treshaults & puiſſans Princes Philippes D. Iſaac
„& Charles..... Zane-
quin.

„ *In Choro.* Sepulture van Jonckvrau JSABELLE s'Vos D. Eli-
„filia Roelants weduwe van wylent meeſter ANTHEUNIS zabetha
's Vos.

D. Anthonius van Halewyn. „VAN HALEWYN in ſynen levene eerſte Secretaris ende Audiencier s'Hertoghe van Ooſtenrycke, van Bourgoingnen, „Grave van Vlaenderen, ende overleet deſer weerelt int „jaer XIIIIc. ende LXXXIII. VI. Aprilis.

D. Joannes van de Scaghe. „ *In Choro.* Sepulture van JAN VAN DE SCAGHE Bailliu „van de mannen myns heeren ende vander kercke van S. „Pieters by Ghendt; die overleedt den IX. dach van Spor„cle anno MCCCCLXXX.

D. Guilielmus van de Scaghe. „ Sepulture van JAME VAN DER SCAGHE s'voortſeyts Jans „ſone Raed myns gheduchts heeren s'hertoghe van Bour„goingnen, Grave van Vlaenderen, die overleet den .....

D. Jacobus de Gruutere. Anno 1516. die 30. Auguſti ſepulta eſt in Choro noſtro ad ſiniſtrum latus juxta quondam maritum ſuum JACOBUM DE GRUUTERE venerabilis ac egregia domicella ELIZABET VAN DER SCAGHE mater fratris Simonis de Gruutere.

D. Elizabetha van der Scage. *In Choro.* D IVO VAN VAERNEWYCK Greffiarius Concilii Flandriæ ſepultus in habitu Ordinis noſtri anno 1517.

D. Ivo van Vaernewyck. „ *In navi eccleſiæ.* Hier licht begraven edelen mer ADRIAEN „VAN RAVESCOOT Riddere die overleet den XVIen. dach van „Ought XVc. ende ſeſſe.

D. Adrianus van Raveſcoot. „ Hier licht begraven vrauw MARGRIETE VAN DEN „WALLE der voorſeyts mer ADRIAENS VAN RAVESCOOT „gheſellenede die overleet den XIX. dach van November „XVc. ende XX.

D. Margareta van den Walle. „ *In navi eccleſiæ.* Onder deſen ſarck licht begraven JAN „RUFELAERT filius Jacobs die overleet int jaer ons heeren „duyſt vyf hondert dry ende vyftich den XXIIII. van Meye.

D. Joannes Rufelaert. „ Oock mede Jonckvrauwe JOOSYNE UTENHOVE filia „mer Ricaerts ſyne gheſellenede die ſtarf anno XVc. XLII.

D. Judoca Utenhove. Suprapoſitæ Sepulturæ, & inſcriptiones per iconoclaſtiam omninò perierunt: ſed infraſcriptæ ſunt reſtauratæ, aut de novo erectæ, exceptis inſcriptionibus, quas hîc ſubjungo ex ſupradicto Manuſcripto.

In Choro à dexteris propè ſummum altare.

D. Joannes van Mortaigne. „ Hier licht d'heer JOAN VAN MORTAIGNE die men hiet „VAN POTELLES Riddere heere van Eecke ende van Hun-

„delghem : die ſtarf int jaer ons heere duyſt vier hondert „ende XXXIX. den XXVI. dach van Meye. Bidt over de ziele.

„ Hier licht vrauwe GHEERTRUYT SLOOFS gheſelnede „was mer Jans voorſeyts ; die ſtarf int jaer ons heeren „MCCCCXLV. den VIII. dach in Maerte. Bidt over de ziele. D. Gerrudis Sloofs.

Ad parietem ſupra prædictam ſepulturam pendet parva tabula quadrata in medio exhibens ſcutum gentilitium virginis ex familia de Mortaigne cum quatuor aliis. 1o. Mortaigne, 2o. Dadizele, 3o. La Motte, 4o. Quickelberghe cum ſequenti inſcriptione.

Hier vooren licht begraeven edele ende weerde Jonckvrawe me Jonckvrauwe ELEONORA VAN MORTAIGNE *fa Joncheer* ANTHONIS *in zynen tydt heere van Eecke, die ſone was van Joncheer* ANTHONIS *heere van Potelles ende fs Joncheer* JANS *ooc heere van Potelles ende van Eecke ſone van Mer* JAN VAN MORTAIGNE *diemen hiet van Potelles heere van Eecke ende van Hundelghem, die met Mevrauwe* GHEERTUYDE SLOOFS, *zyne huyſvrauwe albier ghefondeert hebben over hemlieden beurlieder hoyrs ende naecommers een vry ſepulture, ende jaerghetyde ende andere fondatien en miſſe. De voornoemde mer Jan ſtarf den* 26. *Mey* XIIIc *en* 39. *ende mevrauwe ſyne huyſvrauwe ſtarf den* 8. *Maerte* 14c 45tich *ende de voornoemde Joncvrauw Eleonora ſtarf den* 28. *Aprilis* 1610. *Bidt voor de zielen.*

Sepultura familiæ BETTE.

Ante tabernaculum venerabilis Sacramenti, quod olim erat in ſiniſtra parte chori, ſepultus eſt D. JACOBUS BETTE, cujus mauſolæum marmoreum nunc pro ſummo altari deſervit. Ad parietem pendent inſignia ejus, & uxoris ejus. Supra inſignia uxoris affixa eſt parva tabella, cujus pars aliqua deperiit, cum hac inſcriptione :

Edele ende Eerweerde mevrauw ISABAU DE GRUUTHEERE *vrou ..... fa mr Jans Ridder fs mr Phls was de ..... van t'huys ende familie de Gruutheere ..... op den timbre twee Saraſynen hoofden in vlaenderen. Weduwe van den .....* JAQUES BETTE *Ridder heere van Angerau, Perone .....* D. Elizabetha de Gruutheere.

Obiit prædictus dominus JACOBUS BETTE, ut patet ex D. Jacobus Bette.

libro ſepultorum in eccleſia noſtra, anno 1591. eratque etiam dominus de Schellebelle. Prædicta autem vidua ejus obiit anno 1596.

Sepultura familiæ DE GRUUTTERE *in Sacello S. Liborii.*

In lapide ſepulchrali ante iconoclaſtiam legebatur hæc epi-
D. Joannes de Gruutere. „graphe: Sepulture van Edele Heere mer. JAN DE GRUU-
„TERE Riddere heere van Exaerde, Waeremaerde ende Var-
„newyck: die overleet den VI. in Lauwe XV^c XIV.
D. Maria Corins. „ Hier licht vrauwe MARIE CORINS s'voorſeyts mer
„Jans gheſellenede was: die overleet anno XV^c XXXVI. den
„XXII. Novembris.
„ Hier licht Joncheer JAN DE GRUUTERE filius
„mer Jans Raed myns harde gheduchts heere: die over-
„leet anno XV^c ende II. den XXII. dach van Wedemaent.

Sepultura familiæ UTENHOVE *in Choro.*

A dextris contra ſummum altare ſub magno lapide ceruleo, cui ante iconoclaſtiæ tempora ſequens æri inſculpta erat inſcriptio, ſepultura eſt familiæ UTENHOVE.

D. Nicolaus Utenhove. „ Hier licht CLAEYS UTENHOVE Riddere in ſyn levene
„Raed ende Camerlinck myns gheduchts heere van Bour-
„goingnen, van Brabant, van Vlaenderen: die overleet int
„jaer 1462. den 18. van Sporcle.
„ Hier licht meeſter CLAEYS UTENHOVE filius mer
„CLAEYS s'voorſeyts ghelicentieert in de loyen: die ſtarf int
„jaer 1439 den eerſten dach van Hoymaent.
D. Anna van Meſſem. „ Hier licht vrauw ANNA VAN MESSEM gheſelnede was
„van meeſter Claeys die overleedt int jaer 1450. 13. dach
„van Wedemaent.
„ Sepultura nobilis Conſulariſque viri NICOLAI UTEN-
„HOVE Equitis aurati domini de Maerckeghem Imperatoris
„Romanorum Caroli Quinti Flandrenſis Concilii Præſidis
„qui obiit anno 1527. undecimâ die menſis Februarii.
D. Agnes van der Varent. „ Sepultura generoſæ ac venerabilis Dominæ D. AGNE-
„TIS VAN DER VARENT quondam Conjugis præfati D. Ni-
„colai quæ obiit anno 1530. 23. Aprilis.

„Ju-

„ JUDOCUS TRIEST patre JUDOCO, avo HILARIO, matre „ELISA VAN DEN MOERE LEONIS filiâ obiit anno à Chri- „sto nato 1547. 18. Decembris vivens fecit. D. Judocus Trieſt.

„ PHILIPPA DE HEMBIESE patre & avo JOANNE, matre „PAULA DE GRUUTERE BALDUINI filiâ. Obiit anno à „Chriſto nato 1557. 5. Julii. D. Philippa de Hembieſe.

Supra ſedilia à dextera parte Chori conſpicitur epitaphium marmoreum cum ſequenti inſcriptione:

Dextrorſum ante ſummum altare libera Majorum Sepulturæ olim æreo, nunc cæſio munita cippo requieſcit lectiſſima & nobiliſſima fœmina D. ADRIANA TRIEST JUDOCI *ex* ANNA UTENHOVE *filia, Generoſi ac nobiliſſimi viri* GISLENI NIEULANT *Equitis aurati, Toparchæ de Lerberghe, Deſteldonck, &c. uxor, quæ dum vixiſſet annos* 51. *dies* 24. *obiit* 28. *Novembris anno* 1636. *ſine prole. Cujus animæ pie lector benè precare.* D. Giſlenus Nieulant.

Sepultura familiæ DE BLASERE *in medio Chori contra ſummum altare.*

Ante iconoclaſtiam ſequens legebatur inſcriptio:

D. O. M.

„ JACOBO DE BLASERE viro clariſſimo patricio, Senatorio „munere annos 23. integerrimè functo, & cum abſoluta „Præſidis poteſtate menſibus ſex, in eoque magiſtratu ſum- „mo bonorum omnium mœrore defuncto JOANNA DE „BETS conjugi chariſſimo ſibi poſteriſque ſuis hoc monu- „mentum faciendum curavit. Vixit annos 52. menſes ſex, „diem unum. Ex his ſecum conjunctiſſimè annos 19. obiit „5. idus Junias anno 1558. D. Jacobus de Blaſere. D. Joanna de Bets.

Prædicta D. JOANNA DE BETS D. JACOBI vidua obiit anno 1578.

Sepultura familiæ DE BEER *in Choro ante Sedile P. Prioris.*

Ante iconoclaſtiam ſequens legebatur inſcriptio:

„ Sepulture van meeſter JAN DE BEER Secretaris ende „Audiencier myns gheduchts heere s'hertoghen van Bour- „goingnen, ende Grave van Vlaenderen: die ſtarf int jaer „XIVc CIX. ende Jonckvrauwe MARGRIETE BAENST filia D. Joannes de Beer. D. Mar-

garita Baenſt. „Guy s'voorſeyts meeſter Jans wyf was, de welcke acht „jaeren in huwelicke gheweeſt hebbende ſtarf int jaer.... „den 22 in November.

Sepultura familiæ Everaerd *in Sacello Nominis Jeſu.*

D. Livinus Everaerd. Ante iconoclaſtiam ſequens legebatur inſcriptio.

„ Sepulture meeſter Lievens Everaerd ordinaire Key- „ſers van ſynen raede in Vlaenderen die overleet int jaer „duyſt vyf hondert.....

D. Antonina van Gorop. „ Ende Joncvrauwe Antonine van Gorop zyne ge- „ſellenede overleden den 16 Novembris anno 1553.

Sepultura familiæ Normant *in medio navis eccleſiæ ante Chorum.*

D. Philippus Normant. Hanc olim habuit inſcriptionem:

„ Sepulture van Joncheer Philips Normant heere van „S. Aldegonde, Walle, Herrebrouck: die overleet den 10 „November anno 1570:

D. Margarita van den Coyen. „ ende Jonckvrauwe Margariete van den Coyen zy- „ne huyſvrauwe

Hæc inſcriptio in hanc ſequentem nunc mutata eſt:

Philippo le Normant *ſo* Guilielmi *Scutiferi d'Oxelaere & S. Aldegondæ domino, qui ſub PP. Maximiliano I, Philippo & Carolo V multis benè & ſtrenuè perfunctus muniis, & poſtremò etiam littoris flandrici vice-admiraldus. Nec non* Franciſco Philippi *filio, illiuſque conjugi* Joannæ de Salaert Joannis *Equitis filiæ* Jacobus Franciſci *filius tam avo, quam utrique parenti optimè merito mœrens poſuit. Obierunt* Philippus *anno* 1569, Franciſcus *anno* 1605, Joanna *anno* 1639. *Renovavit prænobilis D.* Petrus Dansaert *cum uxore ſua prænobili D.* Anna le Normant Franciſci *abnepte anno* 1705.

D. Joanna de Salaert.

Sepultura familiæ Hellin *ante altare S. P. N. Dominici.*

D. Robertus Hellin. Ante iconoclaſtiam ſequens legebatur inſcriptio:

„ Sepulture van den Eerſaemen ende wylent meeſter Ro- „bert Hellin filius Roberts in zynen leven Lutinant

„civil by der Coninckklycke majesteyt gecommitteert op de „indaghinghen der stadt van Ghendt : die overleet den 19 „van October 1563.

„ Ende Jonckvrauw CATHELYNE CLAYSSONE zyne ge- „sellenede. D. Catharina Clayssone.

Postea alia inscriptio posita fuit, quæ nunc omninò trita est : sed in circuitu lapidis sepulchralis sequentia verba etiamnum legi possunt :

Amplissimo viro Domino ROBERTO HELLIN ROBERTI *filio in litibus civium Gandavensium contra suburbanos judici, sub Imperatore Carolo Quinto in hac urbe civium Præfecto, qui diem clausit* 14 *Kal. Novemb. anno* 1563.

Sepultura familiæ SICLEERS *juxta Sacellum S. Thomæ Aquinatis.*

„ Sepulture van edele ende weerde Heere Jonchr LIEVEN „VAN SICLEERS fs Jonchr .....

propè Sacellum S. Nominis Jesu.

Hier licht begraven Joncvrauw MARGRIETE VAN DER MUELNE *weduwe van wylent Joncheer* JAN VAN DER ZYPE *filius Joncheer* WILLEMS *heere in Afsné, &c. de leste den name ende waepene draghende* VAN DER MUELNE. *Die overleet den* 26 *Meye* 1621 *bidt voor de ziele.* D. Margarita van der Muelne.

Sepultura familiæ VAN DER MEERE *in choro à sinistris summi altaris.*

Vrye sepulture van edele ende weerde heere Joncheere GILLIS VAN DER MEERE *filius Joncheer* ANTHEUNIS *in zyne leven heere van Aspere, ende Synghem, van der Hoyen, &c. die overleet den* 2 *Junii* 1634. D. Ægidius van der Meere.

Ende van edele ende weerde Joncvrauwe MARGARITE VAN DER ZYPE *filia Joncheer* JANS *vrauwe van Veerdeghem, Daer up in Afsné, Lake, ende ten Durpe, &c. zyne huysvrauwe* D. Margarita van der Zype.

die overleet den 24 April 1645 metsgaeders van haerlieder hoirs. ende naercommers bidt voor de zielen.

Wyts. *Sepultura familiæ* WYTS *in choro ante pulpitum.*

Hujus ſepulturæ inſcriptio omninò deleta eſt.

Hîc jacent nobiliſſimus D: GUILIELMUS WYTS Præſes Concilii Flandriæ, qui obiit die 28 Decembris anno 1641.

Et nobiliſſima D: ANNA VERENNEMAN ejus conjux, quæ obiit die 2 Aprilis anno 1638 eorum poſteri, & hæredes.

Sepultura familiæ DE CASTRO *in ſiniſtra parte Chori ad introitum Sacriſtiæ.*

D: Didacus Sanchez de Caſtro. DIDACI SANCHEZ DE CASTRO *Caſtellani, Toparchæ de Berleere, & Bareldonck quod vinci potuit hîc jacet. Sub Philippis III. & IV. Catholicis Regibus annis 36 divinæ primum, tum ſuæ etiam gloriæ in Belgio, proque Belgio militavit, gemino hujus clauſtro Juliaco & Saſſo contra hoſtes Batavos ſemel & iterum cum tribunitia poteſtate Præfectus, Deo & Regi fidem ſuam, virtutemque probavit. Tandem anno ſalutis 1639 ætatis 55 Januarii die 10 Belgio ereptus mortis ſuæ depoſitum hîc reliquit.*

D. Joanna Lopez de Toledo. *D.* JOANNA LOPEZ DE TOLEDO *commune hoc ſibi & ſuo conjugi poſuit monumentum, quæ obiit 5 Novembris* 1646.

Sepultura familiæ LA VALLET *in choro ſub Sedilibus chori dextri.*

Illius lapis ſepulchralis jacet ſuper ſepulturam familiæ de Mortaigne cum hac inſcriptione :

D. Joannes de la Vallet. *Ici giſt noble homme* JEAN DE LA VALLET *Eſcuyer en ſon vivant gentilhomme de la bouche de ſon Alteſſe Sereniſſime le Duc de Loraine trepaſſé le 22 d'Avril* 1649.

D. Joanna de Haellewyn. *Et noble Dame* JENNE DE HAELLEWYN *ſa compagne trepaſſé le 24 Aouſt* 1651.

Sepultura familiæ VAN DER SAREN *juxta ſummum altare.*

D. Petrus Livinus van der Saren. *Monumentum liberum.* REVERSI EST IS IN LUTUM DE QUO FACTI. *Sub hoc marmore jacent D.* PETRUS LIVINUS VAN DER SAREN *qui obiit 29 Aprilis* 1658. *Domina* AVE-

ZOETA DAMMAN *nupta Domino* NICOLAO CANIS *Toparchæ temporali de Schaude, van den Berghe, &c. quæ obiit 6 Decembris* 1659 *&* *Domina* JOANNA MARGARITA CANIS NICOLAI *filia primò prædicto* PETRO VAN DER SAREN *nupta, & secundò Domino* PETRO DE BRYARDE *Toparchæ de Beauvoorde, Haellewyn, Zwynlande, van Broeckc, &c. quæ obiit 24 Februarii* 1670 *& hîc quatuor anniversariæ quotannis, & missam quotidianam fundavit. Fuit D. de Beauvoorde Commissarius regius ad renovandos magistratus flandriæ. Obiit* 17 *Junii* 1690 *ætatis anno* 60 *æterna in pace quiescant.*

D. Avezoeta Damman.
D. Joanna Margarita Canis.
D. Petrus de Bryarde.

In Choro sinistro.

Nobili ac generoso Domino D. PHILIPPO DU JARDIN *domino de Vryehoeff defuncto 5 Martii* 1654., *& conjugi suæ* SARÆ DE RAET *dominæ de Vryehoeff defunctæ* 23 *Januarii* 1653 *hoc monumentum olim posuit Lugduni Batavorum in ecclesia S. Pancratii horum filius unicus nobilis & strenuus D.* NICOLAUS DU JARDIN *Eques Toparcha de Hemsrode, &c. defunctus* 14 *Januarii* 1672 *qui cum conjuge sua* FRANCISCA HELMAN *domina de Hemsrode, &c. defuncta* 21 *Maii* 1698 *hîc ante chorum sepultus est. Requiescant in pace.*

D. Nicolaus du Jardin.
D. Franciſca Helman.

Jacent illorum corpora inter scamnum Communionis, & introitum chori: sed lapis sepulchralis, ne transeuntes impediat, à sinistris summi altaris.

Sepultura familiæ PEETERS *sub scamno Communionis ante altare B. Mariæ Virginis sine inscriptione.*

Peeters.

Sepultura D. MARIÆ CLARÆ MANTELS *in choro ante sedile P. Supprioris*

Hic jacet non minus virtuosa quam nobilis Domina MARIA CLARA MANTELS *ultima istius nominis familiæ, filia nobilis Domini* PHILIPPI ALBERTI *regiæ suæ majestatis in Concilio Flandriæ Consiliarii, dilecta conjux prænobilis Domini* JOANNIS BAPTISTÆ DHANE *Toparchæ de Nieulande, Lusbeke, &c. quæ hanc sepulturam liberam sibi, posterisque suis elegit. Obiit* 11 *mensis Martii* 1705 *ætatis suæ* 32.

Pie Jesu Domine dona ei requiem sempiternam. Amen.

D. Maria Clara Mantels.

Sepultura familiæ AMEYE *in Sacello S. Crucis ſine inſcriptione.*

Ameye.

Hîc jacent prænobilis D. JOANNES BAPTISTA AMEYE
D. Balta-zar Ignatius de Rekenaere. Conſiliarius in Concilio Flandriæ, qui obiit 24 Septembris 1704.
Et D. ISABELLA THERESIA DE BUCK ejus conjux, quæ obiit 31 Octobris 1702.

Sepultura familiæ DE REKENAERE *ante Sacellum S. Apolloniæ.*

Monumentum liberum D. BALTAZARIS IGNATII DE REKENAERE *Toparchæ ter Werf filii D.* IGNATII *Advocati in Concilio Flandriæ obiit* 14 *Octobris* 1694.

Sepultura familiæ VAN DE VIVERE *ante Sacellum S. Vincentii Ferrerii.*

D. Franciſcus van de Vivere.
D. Anna Maria Staiins.
D. Iſabella Muytincx.

Libre Sepulture de Maître FRANÇOIS VAN DE VIVERE *Conſeillier Penſionaire de Meſſieurs les Eſchevins de la Keure de la ville de Gand. Qui trepaſſa le 2 de Mars* 1695 *& de Damoiſelle* ANNE MARIE STALINS *ſa premiere compagne trepaſſé le* 27. *de Mai* 1651. *auſſi de Damoiſelle* ISABELLE MUYTINCX *ſa deuxieme compagne. Trepaſſé le* 6 *de Janvier* 1678 *Leurs enfans & poſterité.*

Sepultura familiæ MAHIEU *ante altare S. P. N. Dominici.*

D. Joanna Stalins.

Vrye Sepulture van Jo^e JOANNA STALINS *f^a dheer* LUCAS *weduwe van wylent d'heer* JOOS MAHIEU *overleden den* 23 *September* 1667 *audt* 73 *jaeren mitſgaders voor haerliede Kinderen ende deſcendenten. Ghy leſer die hier paſſeert bidt voor de ziele.*

Sepultura familiæ VAN HUELE *in medio navis eccleſiæ.*

D. Franciſcus van Huele.
D. Joanna Maria de Leghe.

Vrye Sepulture van FRANÇOIS VAN HUELE *f^s. d'heer Prs. overl. den* 23 *Maerte* 1703 *ende van Jo^e* JENNE MARIE DE LEGHE *f^a d'heer Jans ſyne huyſvrauwe die overleet den* 4 *December* 1666 *bidt voor de zielen.*

Sepultura familiæ STAUTHALS *ante altare S. P. N. Dominici.*

Vrye Sepulture van d'heer JOOS STAUTHALS *fs.* LIEVENS *in ſyn leven gheweeſt heere van ten Hove, ende ten diverſchen ſtonden Schepenen van der Keure deſer Stede overleden den* 28 *Januarii* 1673 *ende van Joe* SUSANNA VAN LANCRE *ſyne huyſvrauwe die overleet den* 21 *September* 1644. D. Judocus Stautshals. D. Suſanna van Lancre.

In medio navis Eccleſiæ duo jacent lapides ſepulchrales cum his inſcriptionibus:

D. O. M.

Probo & circumſpecto viro ÆGIDIO HEBBERECHT LUDOVICI *fo ſc...bel....i pp. Quæſtori & con..... municipii Nivellani Baillivo pluribus reipub. muneribus laudabiliter functo* 6 *Febr. A.* CIↃ IↃ CV. *maturâ morte immaturè defuncto. Nec non* PETRONILLÆ DAU..... *Livini fæ ejuſdem uxori* VIII *liberorum matri Parentibus* CATHARINÆ JOANNÆ & JSABELLÆ *ex eodem connubio SS. ſororibus cariſſ. tum* MARIÆ HEBBERECHT JACOBI *ex* JSABELLA HAVER...I... *dulciſſimæ filiæ quadrimeſtri* JACOBUS J. U. L. S. P. Q. *Gand. à ſecretis* F. *frater & Pater memoriæ & gratitudinis ergò cum illis tum ſibi & poſteris ſuis poni C.* D. Ægidius Hebberecht.

Quisquis es mortalitatis memor his defunctis benè apprecare. Sic olim poſteri ſibi.

Huic lapidi adjacet alter cum hac inſcriptione.

D. O. M.

Clariſſimo viro D. JACOBO HEBBERECHT J. U. L. *ex Flandriæ Concilii adto Senatui Gand. in primo ordine diu à Secretis quo officio & vitâ pariter ex morbi neceſſitate defuncto anno* 1612. *Nec non generoſiſſimis DD.* JOANNI & JACOBO *ejuſdem FF. quorum hic cum pro Rege unius equitum turmæ Signifer fuiſſet Brabantico Venat. Præfectus anno* 1623 *ætatis* 25 *ille anno* 1621 *æta.* 21 *humano more mori deſiit. Nob. D.* JSABELLA VAN HAURE *conjux & mater* FRANCISCI J.U.L. & ÆGIDII HEBBERECHT *filii & fratres opt. marito opt. filiis opt. parenti opt. fratribus P.P. conditur & hîc D.* LIVINA HEBBERECHT *quæ mortem exuit.* D. Jacobus Hebberecht. D. Iſabella van Haure.

In Sacello S. Petri Martyris jacet lapis ſepulchralis cum hac Epigraphe:

D. Margarita Steelandt. *Sepulture van de Edele ende weerde Joncvrauw* MARGARITE VAN STEELANDT *fa Jor Philips Jans ſone ex Joncvrauw* MARGRITE VAN DEN EEDE *fa Jor Hendryckx tweemael weduwe, eerſt van Jonchr* PAUWELS VAN EXAERDE *Franchois Zone ex Joncvr.* JOOSYNE HAUWE *fa Pauli vaedere van beede haere kinderen* FRANCOIS *en* ANNA. *Daer naer van Jonch.* JAN VAN ROYEN *Oliviers Zone heere van Paddeſchoot ſonder kinderen, welcke overleet den* XI *van Sporcle* M. D. LXXXVII.

D. Paulus van Exaerde.

D. Joannes van Royen.

D. Cornelius de Hertoge. *Sepulture van* E. *en* W. MR. CORNELIS DE HERTOGHE *fs d'heer Jans Raedt s'Coninckx en ſynen ontfanghere General van ſyne Domynen van Ooſt-Vlaenderen ex Joncvr.* ANNA VAN DEN BERGHE *fa Jonchr Jans, ende oock van Jonchv.* ANNA VAN EXAERDE *ſyne wettelycke gheſelnede Jor Pauwels ende Margr. voorſeyts dochtere. Hy overleet den* 28 *Mey* 1609. *Sy overleet den ..... October* 1619.

Ad dexteram ſummi altaris ſub presbyterio jacent:

D. Theodorus de Camargo. Prænobilis ac Illuſtris Dominus THEODORUS Baro DE CAMARGO, & Sacri Romani imperii ex familia Hiſpana, Toparcha de Winenbourch, Helsfeldt Pariæ antiqui Comitatûs de Fauquenberghe in Arteſia fs D. JOANNIS BAPTISTÆ Baronis DE CAMARGO, ac Sacri Romani Imperii, Equitis aurati Ordinis S. Jacobi, Gubernatoris Oppidi Dammæ in Flandria, & ALEXANDRINÆ BODDENS Dominæ de Helsfeldt. Hic nupſit primò FRANCISCÆ DE LA KETHULLE filiæ Philippi Toparchæ de Haverie, Everſtein, Loyeuſe, &c. ex qua genuit JOANNEM BAPTISTAM & IGNATIUM CLEMENTEM, qui in exercitibus Regis Catholici, per hoſtes vulnerati, in Comitatu Burgundiæ, & juxta Valencenas in Hanonia occubuerunt. Secundò MARIÆ SUSANNÆ DE TROIBREIZE filiæ Joannis Sacri Romani Imperii Equitis hæreditarii, & Baronis, ex qua genuit filiam unicam MARIAM MAGDALENAM Dominam de Helsfeldt, quæ matrimonium iniit cum D. ANTONIO Barone DE POTTELSBERGHE Toparcha de Boulanchy, &c. Tertiò MARIÆ L'HERMITE filiæ Antonii

D. Alexandrina Boddens.

D. Franciſca de la Kethulle.

D. Maria Suſanna de Troibreze.

D. Antonius de Pottelsberghe.

tonii Præſidis ſupremæ Curiæ Mechlinienſis, ex qua genuit ANTONIAM BARBARAM hîc ſepultam ultimâ Octobris MDCCXV., & JOACHIMAM THEODORAM. Quartò ELIZABETÆ BERNARDINÆ DE HEYLWEGHEN filiæ Philippi Equitis aurati, Toparchæ de Hagebuck ex qua genuit Annam Gerardam, & tandem obiit anno M.DCLXXVIII hîc ſepultus die XI Aprilis. D. Maria l'Hermite. D..... de Heylweghen.

„ Præfata D. ELIZABETHA DE HEYLWEGHEN poſtea nup-
„ſit D. PHILIPPO WOUTERS Toparchæ de Vinderhaute, D. Phi-
„Merentre, Belcele, Eecke, &c. & hîc ſepulta eſt anno lippus
„Domini MDCCXIV die XVII Maii. Wouters.

Sepultura familiæ STALINS *in choro ante Sedile P. Supprioris, cujus inſcriptio trita eſt.*

„ Hîc jacent Nobiliſſimus D. ÆGIDIUS STALINS f^s D.
„Jacobi Toparcha de ten Daelen, libellorum ſupplicum
„magiſter, ac in ſupremo Belgii Concilio Conſiliarius, qui
„obiit die 12 Januarii anno 1654
„ Et Nobiliſſima D. ISABELLA CANIN ejux conjux, quæ
„obiit die 7 Martii anno 1653.

Sepultura familiæ STALINS *in Sacello S. Jacobi Apoſtoli ſine inſcriptione.*

„ Hîc jacent D. ÆGIDIUS STALINS f^s D. Ægidii in ſu-
„premo Belgii Concilio Conſiliarii, &c. Toparcha de
„Moeſſchere-Ambacht, qui obiit die 26 Octobris anno 1681
„ Et D. ANNA MARIA DE SCHEPPER Conjux ejus, quæ
„obiit anno 1652.

Sepultura familiæ BLANCQUART *in Sacello S. Crucis, cujus inſcriptio præ vetuſtate deleta eſt.*

E regione ſuggeſti jacet lapis ſepulchralis cum hac inſcriptione: D. Ægidius van den Eechaute.

Sepulture van den Eerſaemen GILLIS VAN DEN EECHAUTE *f^s. Joncheer Jans Schiltcnape die overleet den* XI *Junii* 1607 *ende van Joncvr.* CHRISTOFFELYNE VAN DE PLASSCHE *f^a d'heer ..... zyneghеſellenede die overleet den* V. *Meye* 1609. D. Christophora van de Plaſſche.

Juxta ſacellum S. Petri Martyris jacet lapis ſepulchralis cum ſequenti Epigraphe :

D. Michaël de Gomiecourt.

Hier licht begraeven Heer ende Mr MICHIEL DE GOMIECOURT *fs Jor Pieters Raedt van zyne Mats Raede in Vlaenderen die overleet den eerſten November* 1656.

D. Joanna Wouters.

ende mevrauwe JOANNA WOUTERS *fa Jor Lievens overleden den* 19 *Februarii* 1665. *Bidt voor de zielen.*

In Sacello S. Thomæ Aquinatis in lapide ſepulchrali habentur ſequentia :

D. Guilielmus van den Broucke.

Sepulture van Mr GUILIAUME VAN DEN BROUCKE *fs Jans Licentiaet in de Rechten ende Advocaet van den Raede in Vlaenderen die overleet den leſten December* 1593

D. Philippa de Gruutere.

Ende van Joncvr. PHILIPPOTE DE GRUUTERE *fa mer Jans Ruddere heere van Loovelde zyn huyſvrauw die overleet den*

In medio navis eccleſiæ juxta ſcamnum Communionis jacet lapis ſepulchralis cum ſequenti inſcriptione :

D. Cornelius Dhulſt.

Vrye Sepulture van d'heer CORNELIS DHULST *in ſyn leven Schepenen van beede de bancken deſer ſtede van Ghendt die overleet den* 20 *Junii* 1688.

D. Franciſca Mahieu.

Ende Joe FRANÇOISE MAHIEU *filia d'heer Joos ſyne huyſvrauwe overleden den* 3en *Meye* 1707. *Bidt voor de zielen.*

In Sacello S. P. N. Dominici in Soriano parieti affixum eſt hoc monumentum :

D. Carolus vander Zype.

CAROLUS VAN DER ZYPE *nobilis genere, virtute clarus*

D. Cornelia de Norman.

monumentum hoc P. C. ſibi & lectiſſimæ Conjugi ſuæ CORNELIÆ DE NORMAN *& matri* MARGARITÆ VAN DER MEULNE *ut ante aram hanc ſimul ſepulti reſurgant ſimul per Xpi mortem, & Matris hîc luctuoſæ cœlo æternum collætentur.*

In Sacello S. Hyacinthi Confeſſoris.

Vrye Sepulture van Sr MATHIAS STEVENS fe Bernaerd ,die overleet den.....

Ende Joe MAGDALENE SCHAUTEET fa Joos ſyn huyſvr. die overleet den..... mitſgaders Joe Marie Pennemaan fa Jaſpaert haere moeder, wed. van Sr Joos Schauteet overl.

CAPUT TERTIUM.

§. I. *De Statu Regulari.*

COnventus hic à ſuæ fundationis initio ſubfuit jurisdictioni Prioris Provincialis Provinciæ Teutonicæ uſque ad annum 1260 quo translatus fuit ad Provinciam Franciæ, & anno 1456 reformatus, & ad ſtrictiorem obſervantiam reductus fuit, & poſtea Conventibus reformatis noviter erectæ Congregationis Hollandiæ ſe adiunxit, & ſub illa permanſit uſque ad annum 1515, quo erecta fuit nova Provincia Germaniæ inferioris, cui tunc incorporatus fuit.

§. II. *De Capitulis Provincialibus.*

PRovincia Franciæ in hoc Conventu Capitula ſua Provincialia celebravit annis 1331, 1376 & 1410.

Congregatio Hollandiæ hîc Convocationes ſuas habuit:

Anno 1466 in feſto Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.
Anno 1477 in feſto Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis.
Anno 1494 in feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

Anno 1515 erecta fuit nova Provincia Germaniæ inferioris, quæ in hoc Conventu primum ſuum Capitulum Provinciale celebravit in feſto S. Michaëlis Archangeli.

Anno 1550 in vigilia S. P. Auguſtini.
Anno 1575 die 24 Aprilis.
Anno 1590 in feſto Nativitatis B. M. V.
Anno 1601 die 11 Februarii.
Anno 1607 die 11 Novembris.
Anno 1625 die 29 Junii.
Anno 1641 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1643 die 14 Octobris.
Anno 1651 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1663 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1684 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1696 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1715 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.

Vide ſupra de Convocationibus, & Capitulis in tractatu præliminari §. quinto, & §. nono.

§. III. *De Viſitatione Rmi P. Thomæ Turci.*

NOnnullos Ordinis noſtri Magiſtros Generales in Belgium deſcendiſſe, ibidemque Conventus, & Monaſteria Ordinis noſtri viſitaſſe conſtat; unius tamen præcipuè etiamnum ſupereſt memoria: nempè Rmi P. Thomæ Turci, qui civitatem & Conventum noſtrum Gandenſem cum magna ſolemnitate ingreſſus eſt die 23 Aprilis anno 1646 & receptus fuit plurimis rhedis præcipuorum Nobilium, & maximo cum populi concurſu. Ad ejus introitum pulſatæ fuerunt campanæ Eccleſiæ Cathedralis, & exemptæ Abbatiæ S. Petri Ordinis S. Benedicti in monte Blandinio juxta Gandam, & exploſa fuerunt majora tormenta bellica in Caſtro Gandenſi. Peractâ viſitatione, Rmus diſceſſit Tornacum die 27 ejusdem menſis. Habebat in comitatu ſuo P. Mag. Marium Ambroſium Capello Conventûs Antverpiènſis filium, tunc Provincialem terræ ſanctæ, hujus Provinciæ Commiſſarium Generalem & poſtea Epiſcopum Antverpienſem: item P. Mag. Joannem Ryderum Conventûs Buſcoducenſis, hujus Provinciæ Priorem Provincialem, item P. Priorem Conventûs Nanecienſis ſecretarium ſuum, qui hîc gallicè prædicavit, trés fratres Converſos, & unum ſæcularem.

§. IV. *De Novitiatu in hoc Conventu erecto.*

RMus P. Thomas Turcus totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis, peractâ hujus Conventûs viſitatione, delectatus laudabili fratrum illius vivendi modo, anno ſequenti, nempé 1647, in hoc Conventu Novitiatum erexit, qui uſque in hodiernum diem feliciter perſeverat.

CAPUT QUARTUM.

§. I. *De prima hujus Conventûs devaſtatione.*

ANno 1566 Gandavi deteſtanda Iconoclaſtarum rabies non minus quam in aliis plurimis urbibus Belgii rebus Sacris bellum indixit: ſic enim habet antiquum hujus Conventûs Regiſtrum folio 52: „anno Domini 1566 die 22 „Auguſti barbarica devaſtatio Monaſteriorum & eccleſia„rum immanis facta eſt, & præcipuè noſtri Cœnobii, & „librorum noſtrorum.

§. II. *De ſecunda hujus Conventûs devaſtatione, & exilio Fratrum noſtrorum.*

„ANno Domini 1578 die 24 Maii (ut habet regiſtrum „Conventûs folio 145) expulſi fuimus à Geuſiis ex „Conventu, & diſperſi, poſtquam nimis vexati fuimus per „tres menſes continuos à militibus civitatis, diverſi generis „tamen, à Scotis, & Anglis, & Flandris, & abſtulerunt „à nobis per vim omnia noſtra ſupellectilia, & vaſa argen„tea, calices, ornamenta eccleſiæ inæſtimabilia.

„ Et folio 173 certiſſimum eſt pertuliſſe nos inæſtimabile „damnum, & documenta præclara periiſſe, ac religioſos, „partim adhuc ſuperſtites, partim jam vitâ functos intolle„randas perſecutiones pertuliſſe. Benedictus Deus, qui con„ſtitutos in tantis tentationibus confortavit. Sub ſilentio „tamen prætereundum non eſt, quin partem aliquam tantæ „tempeſtatis ſive procellæ (nam totum enarrare non puto „cuiquam facile) quam pertulit Conventus iſte dati Salva„toris anno 1578 ut ſileam reliqua. Cum igitur diffinitum „eſſet, & concluſum per eos, penes quos erat ſumma re„rum Belgicarum poteſtas contra hiſpanum militem, ut „quamprimum hiſce finibus omnes excederent ad propria „commeantes, aut id agere vi compellerentur, ac prop„terea milites adverſæ factionis ſub Principis Auriaci ductu,

„qui caput, ſive prora & puppis refractariorum omnium, „accerſirentur, & intromitterentur. Mox cœpit Reipubli- „cæ ſtatus immutari, atque ad ſeditionem ſpectare, tende- „reque omnia: nam jam paſſim Religioſi, ſive Sacerdotes, „& quiſquis eſſet eccleſiaſticæ, vel functionis, vel normæ, „contemptui haberi, quin ſcommatibus ac ſannis præte- „reuntes impeti, nullumque genus contumeliæ prætermit- „ti, cunctis, pené dicam, applaudentibus, vel diſſimulan- „tibus, præſertim malè-ſuaſis hominibus. Paulò poſt ſub

Fraudes hæreticorum.

„prætextu ſatisfaciendi militibus pro communi Patriæ ſalu- „te (ſic enim loquebantur) conductis, primò manus ſacrile- „gas in theſauros eccleſiæ mittunt, idque per certos Com- „miſſarios (ut vocant) à Magiſtratu ad hoc deputatos, ac „ne res tam nefaria ſpecioſo careret titulo, recepta ſunt ec- „cleſiæ prædicta donaria, ſeu clenodia, ſub æſtimatione „auri-fabrorum, atque ponderis pretio, cum promiſſione „reſtitutionis eorum, aut etiam majorum poſtquam excita- „tæ procellæ conquieſcerent. Cum porrò naſutiores fucum „perſentirent, & tradere theſauros eccleſiæ nollent, per- „gravabantur militibus, quibus in tales nil non liceret. Quo- „circa factum, ut ſub initium quadrageſimæ, dum Primo- „ribus noſtri Conventûs ſuſpicio futurorum non immeritò „ſuboriretur, ac curaſſent pretioſiora quæque clam aſpor- „tari ad domum cujusdam civis nobis (ut putabatur) ſatis

Conventus gravatur militibus.

„fidi, prodere vel tradere ſuos theſauros renuerunt, cen- „tum milites mittuntur, qui nos omnes tamquam oves in „unum cogentes Refectorium, ibi penê triduò ſimul om- „nes captivos tenuerunt, quo nihil alimoniæ nobis datum, „cum ipſi tamen ſumptibus noſtris abundè epularentur, etiam „in conſpectu eorum, qui captivi fame ferè necabantur. „Interim apertè proteſtabantur, ſe in mandatis habere, ut „omnes fame perire ſinerent, niſi quæ petebantur traderent. „Eâ comminatione, ac juniorum commiſeratione permoti „Patres, tantam violentiam videntes impunè graſſari, ne „propter inanimata peſſumirent rationis & perennitatis ca- „paces, maluerunt indicare tandem quonam cuſtodienda, „quæ poſtulabantur, delata fuiſſent. Ille porro, qui cuſto-

„dienda receperat, ac nobis fidus, ut putabatur, erat, au-
„diens quomodo res procederet, ac ſibi metuens, omnia
„ſimul ſuper menſam quandam in domo ſua collocarat, &
„ſic, irruentibus illis ſicariis, in prædam vertebantur omnia.
„Quibus ſic direptis, cœperunt aliquantò fratres mitius ha-
„beri, numeruſque militum imminui: ſic ut non amplius
„quam triginta relinquerentur velut ad Conventûs cuſto-
„diam; ne ſcilicet aliqui, quaſi perſecutionem vitaturi, di-
„laberentur: nam antea cautum erat publicè, ne qui Sa-
„cerdotum vel Religioſorum extra civitatem proficiſceren-
„tur ſine permiſſione octodecim virorum (ſic vocabant quoſ-
„dam anteſignanos & delectos hæreticos) ut civitatis peri-
„culis caverent, ne quid Reſpublica jam reformata damni
„ferret: verius autem, ut cum concilio militari (nam hi
„pené triobolares homines erant) commodè concluderent,
„& per Magiſtratûs authoritatem executioni mandarent,
„quemadmodum Eccleſiaſticos omnibus bonis exutos civi-
„tate pellerent. vixdum tam paucos helluones omnia noſtra
„reliqua poſſe brevius vorare ſupramemorati conjurati con-
„jiciebant, & factioni ſuæ nullam promittebant pacem,
„quamdiu Mendicantium Ordinum alumni civitatem inco- Magna crudelitas in Ordines Mendicantium.
„lerent: nam quod in nos fiebat, pariter aliis factum: ſed
„nos eramus præſertim èis odio, ideoque nos è medio ſub-
„latos cupiebant quam citiſſimè. Propterea iterum domini-
„câ, quæ Pentecoſten præit, mittunt centum nequam ho-
„mines, non milites, aut militiæ gnaros, ſed tyrones ex
„ruſticis lectos, qui, eò quod militiæ adſcripti eſſent, nihil
„non ſibi arrogabant, aliud nihil agentes quam geolophos
„oportet, edere, bibere, ac inſanire, tandem pleno ventri-
„culo pecorum inſtar altum ſtertere. Hæc facta ſunt, ut
„nos tali hominum fæce vel exeſi, vel ad pauperiem redacti,
„ſponte noſtrâ ſtationem deſereremus: nam nobis nihil ve-
„nale, niſi promptâ pecuniâ. Patres & fratres cedentes ne-
„bulonibus illis, relinquerunt omnes officinas Conventûs
„inferiores, tantum in dormitorio, ac locis ſuperioribus ſe
„continentes: ubi ut tutius degerent, omnes aditus & oſtia
„ſeris firmis, ac peſſulis clauſerunt, relinquentes infernè

„Procuratorem & fratres aliquot Converſos, ut ſicariis illis „ſervirent. Tandem eodem die circa noctis medium, quan- „do pro conſuetudine, horas Beatæ Mariæ Virginis in dor- „mitorio legeremus, ac illi jam ad inſaniam penè poti dum „nos audiunt, voluerunt venire, ut prohiberent, ne ſic le- „geremus, vel decantaremus amplius: ſed ut omnes aditus „obſeratos invenerunt, majori rabie perciti, tentarunt: ut „ſibi ſemitam aperirent, quod, nemine reſiſtente, effece- „runt, tametſi poſt longam moram. Statim igitur agmine „facto, ferocientes irruunt in nos, ſtrictis enſibus ac pu- „gionibus, ſclopetis paratis ut nos occiderent, qui nil aliud, „quam mortem impendentem expectabamus, quorum Dux „& Anteſignanus à quodam fratrum agnitus fuit, qui illi „proceſſit obviam, ac monuit illum per veterem amicitiam „ab innocentum fundendo ſanguine ſibi temperaret. Quo „factum, ut ferociam remitterent, tametſi non abſque præ- „grandi timore talem tragœdiam omnes aſpexerimus. His „tranſactis, toto octiduo cum illis lupis verſati ſumus citra „majorem injuriam: nam, ut dixi, nihil aliud hæreticorum „Coryphæi expectabant, quam ut ſic pulſati, locum noſtrum „ſponte deſereremus: nam per vim eiicere non minus au- „debant præ metu civium catholicorum. Tandem ipſo die „Pentecoſtes poſt horas decantatas, ac ſummum Sacrum „ritè, ſolemniterque peractum, dum expectamus pulſum „cymbali, quo ſolemus ad menſam convenire, ut ſcilicet „cum militibus illis omnes unà cibum ſumerent: nam aliter „comeſtio non dabatur, niſi conſidentibus his inter Reli- „gioſos uno vel altero, nec latinè nobis loqui licebat, ne „fortè illos, ut dicebant, proderemus. Dum igitur ſic expe- „ctant ad menſam accedere, ſubitò ducenti, non ut homi- „nes aut milites, ſed ut tartarii dæmones irrumpunt, ig- „nem & ſanguinem ſpirantes. Ibi ſtatim omnia ceſſerunt in „prædam, fratres omnes captivos ſtatuerunt in refectorio, „quidquid erat apud illos auferentes, quod ab aliquo appeti „poterat. Interim alii pervagabantur dormitorium, ſcru- „tantes fratrum cellas, nilque relinquentes, quod ſibi uſui „fore putabant; quin & in eccleſiam perrumpentes, ima-

Conventus tumultuariè expoliatur.

„gines

„gines deturbant, exſpoliant, nihil reliqui ſibi facientes, „quod auferri commodè poſſet: multos fratrum, quos for- „tè obvios invenerant, verberibus malè mulctarunt: tan- „dem, cùm obvia quæque ſibi diripuiſſent, ac pacatiores „jam ob prædam facti eſſent, fratribus modo ſupradicto „cum militibus ſedentibus aliquantulum cibi defertur, qui „ſic animo tali prandium ſumpſerunt, ac ſi veſperi cœna- „turi fuiſſent apud Deum. Mulieres improbæ per monaſte- „rium diſcurrerunt, oſtendentes omnibus pepla, ac calan- „ticas, nec non collaria, quæ mentiebantur, ſe in fratrum „cellis inveniſſe, dicentes: hæc ſunt ornamenta meretri- „cum illarum, cum quibus hi fratres converſantur. Sic „cupientes nomini noſtro maculam inurere. Poſt aliquot „horas audientes hæreticorum Architecti, qui nuſquam non „ſuos coriceos habebant, quosdam non infimi nominis no- „biles tantam inſolentiam contra Religioſos indigniſſimè „ferre, ac metuentes, ne forſan aliqui Catholicorum ſeſe „eorum conatibus opponerent, venerunt circiter octo ex „perditiſſimis illis, quaſi cognituri quid actum fuiſſet, re- „vera quæſituri quampiam occaſionem, quâ tam enormia „facta palliarent: nam multos fratrum juniores examinarunt „fanda atque nefanda rogantes, minis & promiſſionibus il- „lorum animos pulſantes, ut aliquod crimen inter nos poſ- „ſent invenire. Quinimò fecerunt, atque curarunt adferri „quædam inſtrumenta torturæ, ut ſic vel aliquos per me- „tum compellerent confiteri habere veritatem quod inter- „rogabant; dicebant quoque aliquos confeſſos: ſed Deus „optimus maximus nos omnes præſervavit: ita ut, nec do- „lus ille quidquam proficeret eorum cauſæ.

Malitia Mulierum.

„ Circa veſperum abierunt præcipientes militibus, ut om- „nes benè cuſtodirent; donec certi quid ordinatum eſſet de „nobis futuri. Nondum noctis erat medium, & fratribus „omnibus ad majorem Refectorii menſam ſedentibus, mag- „no impetû concurrunt circiter ſexaginta, qui coram uno- „quoque Religioſo ponentes candelam ardentem, pararunt „bombardas ſuas quaſi ſtatim omnes glandulis plombeis „trajecturi eſſent, nil ut videbatur, expectantes, quam

Fratres noſtri in maximis anguſtiis conſtituti.

„verbum ; & permiſſum ſuperiorum. Ubi ſic quaſi per ho-
„ræ quadrantem ſtetiſſent expectantes , ac ſi cum magno
„tædio feciſſent , devoverunt duces ſuos multis diris , quod
„tamdiu mortis ſententiam ſuſpenſam tenerent , fratribus
„interim trepidantibus (ut æquum eſt) ac nihil certius
„quam mortem expectantibus , ſibique mutuò valedicenti-
„tibus , ac offenſas remittentibus , ſupervenit quiſpiam ,
„nuntians pacatiora tandem omnia. Poſtmodum percepi-
„mus , ipſos in mandatis habuiſſe , ut ſi forſan aliqui catho-
„licorum ſeſe erigerent , ut nos liberarent , quod illi hæ-
„reticorum Principes metuebant , omnes Religioſos mox
„occiderent. Si nihil turbæ fieret , à ſanguine continerent ,
„ipſis curæ fore , quomodo nobiſcum ageretur. Et præce-
„perant tum fortè tumultum aliquem à quibuſdam malignis
„excitandum , quo nos perderent : ſed cum nihil hoſtile
„compareret , ab effuſione ſanguinis abſtinuerunt. Venit
„quidam poſt horam , aut paulò plus , qui evaginatam
„geſtabat romphæam , & ſatis proceræ ſtaturæ , qui vide-
„batur carnifex. Abite , inquid adſtantibus paratas tenen-
„tibus bombardas (nam ſemper octo , vel decem , ſtabant
„parati , ne quid fratres , vel moræ , vel obſtaculi facerent ,
„aut defenſionem meditarentur , ſiquidem ſententia muta-
„ta eſt , ne tumultus ſuboriatur , huc miſſus ſum omnibus
„caput amputare , ſtatimque rogavit : quiſnam eſſet Prior ?
„quo (nempè P. Philippo Burggrave) reſpondente : en ego ,
„præſto ſum. Veni huc , inquit. Venit. Tum juſſit ille :
„flecte genua caputium abiiciens : quod ille mox fecit cer-
„tam expectans mortem. Dum ſic Prior ſe præparat , & vos ,
„inquit ille lictor , parate , ne ſit mora : nam ſic opertet ex
„ordine cunctos ad manus venire. His dictis , elevans rom-
„phœam quaſi caput abſciſſurus , alius citò venit clamans :
„expecta ! expecta ! ac illi quædam in aure ſubmurmurans ,
„juſſit Priorem ſurgere , & ad locum ſuum redire. Id factum
„fuit ter , quaterve hâc nocte : ſed ut poſtea cognovimus ,
„fuit hoc commentum eorum , aut ludus , ut experirentur
„quâ conſtantiâ mortem oppeteremus : pulcher profectò
„ludus , & talibus hiſtrionibus dignus. In hujuſmodi mor-

Ad mortem ſe præparant.

„tis expectatione detenti fuimus diebus quinque, nec cui-
„piam fratrum licebat quopiam ire: nisi duobus stipato mi-
„litibus. Interim variè tentati sunt fratrum animi: ut scili-
„cet sponte suum monasterium desererent, quod multi tæ-
„dio evicti, vel improbis amicorum precibus inducti pau-
„latim fecerunt, ita ut maxima pars fratrum cum illorum
„Hæresiarcharum licentia discesserit, nihil secum asportan-
„tes: quoniam omnia prius cesserant in prædam. Sicque
„dispersi fuimus ut grex columbarum, in quem involat ra-
„pax accipiter, nec vale postremum dicere potuimus, na-
„vantes omnes operam, ut quam occultissimus discessus no-
„ster esset, ne Catholici fortè plus æquo per hoc irritaren-
„tur. Fuerunt autem quidam seniores, qui usque ad ulti- Et tan-
„mùm permanserunt: sed die sequenti coacti sunt per vim dem ex-
„aliò se conferre. Fuimus, cum expelleremur, numero 52 pelluntur.
„& extorres mansimus circiter sex annis cum dimidio, amit-
„tentes interim ex hoc numero unum supra viginti. Vix
„quisquam effari posset calamitates, & ærumnas, quas ple-
„rique fratrum tempore sui exilii pertulerunt. Soli Deo hæc
„omnia cognita puto, qui perseverantibus promittit æter-
„na præmia, qui benedictus in æternum. Amen.

Quanto odio prædicti hæretici fratres nostros prose-
cuti sunt, videri potest in vitis P. Mag. Petri Bacherii,
P. Joannis Dumæi & F. Jacobi vander Cruyssen Conversi
hîc infra recensendis.

Conven-
tus & Ec-
clesia pro-
fanis usi-
bus depu-
tantur.

Postquam fratres nostri in exilium pulsi, omniaque in hæreticorum potestatem essent redacta, Conventum profanis, Ecclesiam verò sacrilegis ritibus suis deputarunt.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

HAbuit Conventus hic à suæ fundationis exordio viros plurimos dignitate, eruditione ac vitæ sanctitate egregios, quorum plurimorum licet acta injuriâ temporis, aut iconoclastarum rabie perierint, aliquorum tamen etiamnum

aliqualis memoria ſupereſt, illorumque præclara geſta, quæ ad notitiam meam pervenerunt, breviter ſubjungam.

Floruerunt in hoc Conventu:

P. Joannes Agni. B. M. venerabilis P. JOANNES AGNI (LAMMENS) tertius hujus Conventûs Prior anno 1273 de quo ita ſcribit P. Mag. Choquetius de SS. Belgis Ord. Præd. „Inter alios porro „ſanctitate conſpicuos, qui Gandavi floruerunt, fuit etiam „Fr. Joannes Agnus fortè Lammens (quæ dictio flandrica eſt, „& agnum ſignificat) qui vivens miraculis claruit; verum „quot, & quibus non annotavit antiquitas veneranda, cui „ſatis fuit Deo placere. Hoc tamen in ſcriptis reperimus, „& conteſtantur antiquæ pariter picturæ, ſi quæ rabido- „rum iconoclaſtarum manus evaſerunt, quod cum miſſus „eſſet ad prædicandum Dei verbum in pagum vulgò Elfdyck „Goeſæ vicinum (quod eſt Zuyt-Bevelandiæ Inſulæ Zelan- „diæ oppidum) ubi quotannis celebris fuit ſupplicatio in „honorem S. Crucis, quæ maximâ ibi incolarum, & vi- „cinarum urbium veneratione colitur, & ob graviſſimam „tempeſtatem nautarum nullus vellet, auderetque ſe fluctu- „bus committere: videns ſibi intercluſum iter, & nihil- „ominus deſiderio accenſus munus, ad quod miſſus erat, „exequendi, Deo, cui mare & venti obediunt, cum fi- „ducia invocato, extremam ſuam veſtem, quam Cappam „dicimus, ſuper aquas extendit, & ſigno crucis commu- „nitus, eximio Dei favore veluti ſuper ſolidam terram ſte- „tit, & cœptum iter, mare pedibus calcans, eſt proſecu- „tus, ſociumque ſimili prodigio per maris æſtum traduxit.

Siccis pedibus ſuper Cappam mare tranſit.

„Quod dum fieret, erant Parochiæ, ad quam properabat, „Paſtor, & Cuſtos templo ob feſtivitatem exornando occu- „pati, ad quos vox divinitus lapſa eſt: en Concionator ve- „ſter venit, vos eum honorificate, quem Deus ſic glorifi- „cat. Campano mox ære concrepante, evocatur populus, „& proceſſionatim itum fratribus obviam, atque ad ſanctam „Crucem (quam miraculoſam vocant) eos cum ſummo ho- „nore deducunt. Hæc ad parietem eccleſiæ uſque ad ulti- „mam deſolationem, quæ fuit ſub annum 1572 depicta „conſpiciebantur. Continuum præterea miraculum ad hæc

Auditur vox cæleſtis

„usque, quamvis deploratissima tempora (*impressus fuit li-*
„*ber P. Mag. Choquetii* 1618) permansit, ut conspicuè vi-
„deantur vestigia depressa humi, licet inter virentia gra-
„mina, brumæque nives, quo loco constiterunt pedes,
„dum verbum Dei sub illius supplicationis tempore prædi-
„cavit, quem vernaculâ linguâ incolæ *den Coninckx-ganck*
„vulgò dicunt, quod latinè Regis incessum seu *viam Re-*
„*gia*m significat. (Huic enarrationi consentit antiquum regi-
strum Conventûs Gandensis, inchoatum anno 1505, quod
tamen viam illam vocat, den *Cruys-ganck*, id est *Viam Cru-*
cis, quod verbum, etiam huic historiæ magis convenire
videtur) eum verò locum dum nefarius quidam contemne-
„rare tentat terram ligone fodiendo: mox lacerti brachio-
„rum ejus maximo cum cruciatu paralysi plagantur à Deo;
„dumque postea adhuc impia deblaterat, claudicatione pe-
„dum insuper percutitur, sed in his omnibus tam evidenti-
„bus signis (ut perversi difficilè corriguntur) mansit persi-
„dia hominis in suis sordibus contabescens. Contigêre hæc
„circa salutis annum 1590. obiit autem venerabilis hic Pater
„Joannes anno 1296.

Vestigia ejus depressa humi conspiciuntur.

Nefarius quidam divinitus punitur.

Hujus P. Joannis Agni effigies cernitur in vetustis tapetibus Conventuum Insulensis, & Brugensis. In choro quoque Conventûs Gandensis inter Sanctos & Beatos Ordinis nostri: sed sine radiis, cum hac inscriptione: *B. Joannes Agnus.*

Illius meminit P. Michaël Pio de viris illust. Raissius, aliique.

De illius sepulturæ loco sic scribit supracitatus P. Mag. Choquetius: „obiit autem Deo charus ille Pater Joannes
„Agnus multis ornatus virtutibus anno 1296 sepultusque est
„sub dio in cœmiterio nostro Conventûs Gandensis, sicut
„& multi alii pietate insignes viri terræ mandati sunt ibi-
„dem: ita ut locus ille olim summo in honore sit habitus,
„quo factum est, ut Illustrissima Domina Margarita Eduardi
„Quarti Anglorum Regis Soror, ac Caroli Burgundionum
„& Brabantiæ Ducis, Comitisque Flandriæ postrema uxor
„(*de illa vide folio* 29) ambierit ibi habere sepulturam, quod
„tamen illi (licet de hoc Conventu optimè merita fuerit,
„ac multa, maximaque contulerit, atque majora se colla-

Magna erga cœmiterium nostrum veneratio.

„turam promitteret) negatum eſt à Patribus ejus temporis, „indignum judicantibus, ut inter tot præclaros ſanctoſque „viros fœmina conderetur. Quæ loci reverentia ſervata eſt „ſummo conamine uſque ad annum 1578, quo profligatis „Fratribus, Calviniſtæ locum involarunt, & (quæ eorum „conſuetudo ſacra profanis miſcêre) hoc eodem in cœmi„terio ſuorum cadavera defoderunt: ita ut olim locus tam „venerandus ac ſanctus jam non immeritò propter tam im„pios cineres deſpicacior fieret.

Et deploranda illius violatio.

Scripſit P. Joannes, teſte Bundero, *Formulam vitæ cujuslibet Chriſtiani*, quod opus iconoclaſtiæ tempore periiſſe dolemus.

P. Balduinus de Axella.

„ B. M. venerabilis P. BALDUINUS DE AXELLA zelo bo„no Ordinem noſtrum amplexus, novitius exiſtens, propter „graves tentationes, quibus indeſinenter impetebatur, aſ„ſumptum Ordinem deſerere voluit, hac potiſſimum de „cauſa, quod aliquot antea annis paſtoris officio functus in „eccleſia, uberes fructus inde ei provenientes in pau„peres erogabat: nunc verò aliorum eleëmoſynas comede„bat, nec alicui ſubvenire valebat. Prius prædicare, infir„mos viſitare, confeſſiones audire, conſcientiis aliorum „mederi, Sacramenta cum multa diligentia atque pietate „miniſtrare ſolebat: è contra verò in Cœnobio ſub quiete „& ſilentio, & quaſi ſibi ſoli vivere cogebatur, quæ res „illum malè habuit, duxitque vitam monaſticam infrugi„feram, pro vita ſua tranſacta; nam & Decanus Chriſtia„nitatis (ut vocant) fuerat, & in hujuſmodi officiis obeun„dis ſtrenuè ſe geſſerat. Cum igitur fratribus eum ſedulò „cohortantibus, ut diceret, & tentationem diabolicam eſ„ſe dicentibus, ille conſolari non poſſet, firmiter ſtatuit „ad priſtinam vitam redire. Sic ergo animo conſtitutus, „prius acceſſit ad altare Beatæ Mariæ Virginis de Roſario „veluti ſupremum vale dicturus, proſternit ei preces, in „quibus dum perſeverat diutius, obrepſit precanti ſomnus, „& ſic obdormiſcenti Virgo Mater apparuit duabus puellis „ſociata, quæ ferebant ſingulæ Schyphum in manibus, „quorum alterum arreptum offerebat Regina fratri, dicens:

In noviciatu magnas patitur tentationes.

Ad ſæculum redire ſtatuit.

Apparet ei B. V. Maria.

„ut biberet, nomine eum compellans. Balduine, inquit, „satis laborasti, bibe modò. Cæterum ille ut potionem „gustaret, visa ei prorsus insuavis, & corrugabat faciem. „Unde rogat illum Virgo Beata: cur sic se habeat, quidve „hauserit. Ille respondit: potum insipidum, fæcibusque „permixtum esse. Tum alium illi Scyphum porrigens, ait: „& hunc degusta: quod ut fecit, rogat illum eadem: dic „jam quid biberis. Tum ille: vinum prorsus optimum, „dulcissimum, & defæcatum. Ad hæc Virgo Regina: sicut „inquit, maxima est distantia has inter potiones; sic major „est disparitas inter vitam bonam, quam ducebas in sæcu- „lo, & quam inchoasti modò: nequaquam igitur abjicias „animum, sed persta; tibi enim præbebo auxilium. Qui- „bus dictis, visio disparuit, & frater confirmatus in Or- „dine perseveravit, factusque est postmodum pius & fervi- „dus Prædicator, & magna cum sanctitatis opinione hoc „ex sæculo migravit anno 1273. Ex antiquo registro Con- ventûs folio 171. P. Mag. Choquetius de SS. Belgis Ord. Præd.

In sua vocatione confirmatur, & perseverat in Ordine nostro.

B. M. venerabilis P. Ægidius de S. Audomaro, de quo sic scribit Cantipratanus libro 2 de Apibus Cap. 1 parte 14 „Vidi & alium ejusdem Ordinis optimum virum in „Gandavo Ægidium nomine, qui Canonicus apud S. Au- „domarum, in Flandria sæculum dereliquit, & Prædica- „torum Ordinem intrans, tantùm deditus lachrymis, tan- „tum spirituali lætitiâ, & animarum zelo efferbuisse proba- „tur, ut verè sanctus crederetur, & esset; & hoc exitus „ejus monstravit: nam cum frater suus carnalis sepeliretur „in Claustro fratrum, marmorque superpositum malè jacens „deberet corrigi: finite, inquit, fratres, finite, diu non „jacebit immotum, manifestè prædicens: se cum fratre de- „functo sub eodem marmore sub proximo deponendum, „quod & factum est. Sed & fratre quodam narrante mihi, „qui ante ipsum resedit die proximâ moriturum, didici, „quod quærenti sibi: quomodo de se sentiret? respondit „dicens: benè frater charissimè, benè me sentio, quia tri- „bus diebus tantum in purgatorio hinc exiens expurgabor,

P. Ægidius de S. Audomaro. Canonicus exis- rens apud S. Audo- marum sæculum relinquit, & Ordi- nem nos- trum in- greditur. Mortem suam prædicit.

„& ſtatim poſtea per Dei miſericordiam ad gloriam evo-
„labo.

P. Odo. B. M. venerabilis P. Odo, de quo ita ſcribit Cantipratanus: „alium etiam vidi Fratrem Ordinis Prædicatorum „Odonem nomine, in jure Regentem, virum ſanctum & „bonum, qui rarò volebat comedere quod ſeminali fluxu „ab animali deſcenderat: ſed olere vel pisâ corpus ſobrium „reparabat. Huic in ingreſſu Ordinis vitæ ſuæ terminus re-
Diem obitûs ſui prædixit. „velatus eſt, & hunc Fratribus certo die ante obitum re-„velavit.

Hunc P. Mag. Choquetius de SS. Belgis Ord. Præd. Raiſſius in auctario ad natales SS. Belgii Gandenſibus annumerat: ſed nomen ejus in necrologio hujus Conventûs non reperitur. Potuit habitaſſe Gandavi, ſed fortè alterius Conventûs fuit filius.

R. P. Conrardus Janningus Societatis Jeſu Hagiologus valdè celebris tom. 6 act. SS. in appendice ad diem 18 Junii folio 209 ſcribit, Odonem noſtrum obiiſſe circa annum 1240. Integra maneat doctiſſimi, & antiquitatum ſtudioſiſſimi viri authoritas: cum alios fortè ſecutus ſit, ex profeſſo de Odone noſtro non ſcripſerit, & ego de loco, & die obitûs ven. P. Odonis nihil invenerim.

P. Mag. Gilbertus de Ovis S. T. Doctor Pariſienſis (quem Sampayo mendoſè vocat Albertum de Bovis) vir tum eruditione, tum vitæ integritate ac ſanctitate clarus. obiit anno 1283. Scripſit in Apocalypſim, Matthæum & Lucam M. SS. quæ opera iconoclaſtiæ tempeſtate perierunt.

P. Joannes van der Moere Confeſſarius Comitis Flandriæ. P. Mag. Petrus Goethals S. T. D. & ſui Conventûs Prior, vir eruditione & pietate inſignis, ac fervidus verbi Dei diſſeminator. Obiit anno 1343.

P. Joannes van der Moere Prædicator Generalis, Provincialis Franciæ, & Confeſſarius Ludovici Maleani Comitis Flandriæ. Obiit anno 1393.

P. Jacobus de La Epiſcopus Gilbedenſis. R^mus P. Jacobus de La quondam Epiſcopus Gilbedenſis (ut ex hujus Conventûs Necrologio patet) obiit 1422.

Nota.

Nota. P. Mag. Fontana in ſuo theatro dominicano ponit folio 196 quemdam P. F. Jacobum Blà, quem & P. Fernandez putat fuiſſe Dacum, Gandenſem Epiſcopum inſtitutum circa annum 1482 quod non poteſt eſſe: nam Epiſcopatus Gandenſis tantum erectus fuit anno 1559, & puto: prædictos authores indicare voluiſſe hunc P. Jacobum de La, & tam in titulo & anno, quam in nomine & narratione erraſſe.


P. Joannes Excuria primus Vicarius Generalis Congregationis Hollandiæ.

P. Mag. JOANNES EXCURIA (Utenhove) S. T. M. & Licentiatus Pariſienſis, Gandavi ex prænobili genere natus, familiæ ſuæ ſplendorem ſuâ eruditione, & vitâ exemplari plurimùm adauxit. Sui Conventûs Prior, laudabilem illius reformationem ſuâ procuratione factam ita ſtabilivit, ut ex illo in plures alios Conventus fuerit introducta. Provinciæ Franciæ Vicarius, Congregationis Hollandiæ primus Vicarius Generalis, qui ſibi commiſſam Congregationem tantâ dexteritate & prudentiâ rexit, ut eandem per Saxoniam, Poloniam, Livoniam, Daciam, Sabaudiam, Galliam, Britanniam minorem, & Sileſiam extenderit. Tandem poſt plurimos pro dilatatione prædictæ Congregationis exhantlatos labores in Domino quievit anno 1489. Plura de illo vide ſupra folio 4.

Scripſit *de Statu Religionis & obſervantia*. M. S. aſſervatur in bibliotheca Conventûs noſtri Inſulenſis in 8° latinè & gallicè. In fine habetur recapitulatio totius operis ſub titulo: *abbreviatio ſummaria prædictæ reſponſionis*, nempè quid ſit obſervantia. Excuſum fuit: ſed valdè mendoſè, & appoſitum operi P. Jacobi de Palude S. T. Profeſſoris, Inquiſitoris, ac Prioris Conventûs Toloſani, ad calcem libelli: *de reformatione Religioſorum* R^mi P. Raymundi de Capua Ordinis noſtri Magiſtri Generalis, ſub hoc titulo: *R. P. F. Joannis Excuria, Vicarii Conventuum reformatorum Congregationis Hollandiæ ejusdem Ordinis pro reformatione* ad Ducem Burgundiæ. Toloſæ typis Raymundi Colmerii anno 1605 in 12° ſed illud antea imprimi curaverat F. Paulinus Giricenſis, & inſcripſerat Eminentiſſimo D. Cardinali Bonello. Poſtea verò imprimi curavit Fr Bernardus Gauſlin.

Eidem aliqui malè adſcribunt opus in Threnos Jeremiæ,

quod idem eſt, ac *Planctus Religionis ſuper defectibus Religionis cujuſcumque Ordinis :* ſed opus illud eſt P. Joannis de Bomalia S. T. Profeſſoris Conventûs Leodienſis, aut Lovanienſis, qui illud inſcripſit huic P. Joanni Excuria, ex quo fortè error ille proceſſit.



DOMINUS MIHI ADJUTOR.

P. Nicolaus Brugman Epiſcopus Salubrienſis, Confeſſarius Maximiliani I. Imperatoris.

R^mus P. NICOLAUS BRUGMAN Epiſcopus Salubrienſis, ſui Conventûs per multos annos Prior, & P. Joannis Excuria, ac P. Joannis Carnificis in hujus Conventûs procuranda reformatione Collega, ob ſingularem facundiam Prædicator Generalis, ob gratiæ & naturæ dotes à Maximiliano Primo Cæſare in Confeſſarium & Conſiliarium aſſumptus, Infulis Salubrienſibus donatus, Pater Fratrum, & Patriæ. His, & illi multa beneficia procuravit.

Die 15 Septembris anno 1486 in Conventu noſtro Inſulenſi conſecravit Eccleſiam, & ſedecim altaria, ibidemque Capitulum & ambitum benedixit.

Anno 1491 in feſto Pentecoſtes Mechliniæ interfuit Ca-

pitulo Illuſtriſſimi Ordinis aurei Velleris in eccleſia S. Rumoldi, vbi veſperas & miſſam de S. Andrea Apoſtolo pontificalibus indutus, & quatuor Abbatibus vicinis aſſociatus ſolemniter decantavit.

Conventûs ſui eccleſiam pretioſis, quæ etiamnum aſſervantur, & iconoclaſtarum manus evaſerunt, ornamentis condecoravit, ac inæſtimabili theſauro donavit: nempè duabus Spinis Coronæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, quas ex theſauro Sereniſſimi Principis Ludovici Maleani Comitis Flandriæ, furto ablatas, & Maximiliano Cæſari, ut illiùs hæredi, reſtitutas precibus ſui Confeſſarii prædicti Rmi idem Imperator Conventui noſtro Gandenſi pro ingenti munere dedit in perpetuum poſſidendas. Obiit Bruxellis anno Domini 1492. Ibidem ſepultus eſt apud noſtros. Teſtamento ex privilegio Innocentii Octavi condito legavit Conventui Bruxellenſi pedum epiſcopale argenteum deauratum, & partem ſuæ bibliothecæ, tertiam quoque partem reſidui bonorum ſuorum, debitis, legatiſque fideliter perſolutis. Conventui ſuo Gandenſi reliquit alteram partem ſuæ bibliothecæ, & tertiam partem bonorum ſuorum, ut ſupra, & pontificalia quæ fuerant Rmi P. Guilielmi van Oſoris Epiſcopi Sareptani. In utroque Conventu anniverſarium cum vigiliis pro animæ ſuæ, parentumque ſuorum, ac eorum, quibus obligaretur, refrigerio celebrandum fundavit, cuilibet quinque libris groſſorum ſemel ultra ſupradicta relictis. Ex annulis, & lapidibus pretioſis ſuis duos calices fieri ordinavit dandos unum Conventui Gandenſi, alterum Antverpienſi. Multa quoque alia pia legata fecit Monaſteriis diverſorum Ordinum utriuſque ſexûs, & nepotibus ſuis, ac domeſticis. Tertiam denique aliam partem reſiduam bonorum ſuorum in pauperes diſtribui voluit.

Duas Spinas Coronæ Domini Conventui ſuo procuravit.

P. Mag. Jacobus Weyts S. T. D. de quo ita ſcribit P. Mag. Choquetius de SS. Belgis Ord. Præd. folio 52. „exi„miâ pollens ſcientiâ, & mirâ dicendi facilitate prædítus, „quondam Prior Conventûs Harlemienſis, multis donis à „Deo Optimo Maximo ornatus, ac in defendenda fide, „& veritate pugil fortiſſimus. Hujus operâ, & concionibus

P. Jacobus Weyts S. T. D.

„Rosarium Virginis Deiparæ (ut illi devotus admodum „erat) iterum in pretio haberi cœpit inter Cives Ganden„ses. Supradicti autem Patris Jacobi tempore tragicum quid „Gandavi contigit notatu dignum.

„ Erat hic Pater, ut dictum est, strenuus fidei propug„nator, ac Virginis Matris Rosarii fervidus commendator. „Huic semel ob quosdam articulos, sæpius in publica con„cione defensos, putamus accidisse hæc quæ dicemus: in„dulgentias Rosarii hic Pater populo proposuerat, quod „quidam ægrè ferebant, tamquam averteret populum ab „ecclesiis parochialibus; undè mense Julio recuperatæ sa„lutis anno 1481 retrahitur ex itinere, quo se domum con„ferebat, ac veluti captivus ad domum Pastoris S. Nico„lai perducitur, ubi novem diebus, & noctibus totidem, „sub custodia detinetur, quibus peractis, dictus Pater ad „domum Decani Christianitatis (ut vocant) perducitur, „ubi per sex hebdomadas integras detentus fuit; reliquis „Fratribus nequicquam privilegia sua prætendentibus, & „ad Sedem Apostolicam appellantibus. Hæc ita peracta sunt „per malignam conspirationem, itemque falsam informa„tionem cujusdam Domini Adriani Milot, qui vices Epis„copi Tornacensis tum temporis Gandavi gessit, & Do„mini Joannis Caruin, qui tum erat dicti Pontificis velut „Officialis: qui etiam suis suggestionibus eò Magistratum „civilem perpulerunt, ut edicto publico civibus omnibus „interdictum sit, ne Fratribus Prædicatoribus ullam con„ferrent eleëmosynam, aut eorum conciones adirent, vel „templum frequentarent, ullave colloquia cum illis misce„rent, ni velint perduelles, ac Reipublicæ ut hostes habe„ri, ita & puniri: quo scilicet modo Fratres cogerentur „per extremam inopiam suum relinquere Monasterium, vel „constantiam ponere, vel aliorsum prorsus commigrare. „Sed hæc eos fefellit opinio: nam ab omnibus mortalibus „relicti se converterunt ad Deum, continuis, ac ardenti„bus precibus efflagitantes, ut Numen ipsum jam destitu„tis, ac injustè talia passis, dignaretur subvenire. Cum „igitur jam Fratribus victui necessaria penè deessent, & lite

Ab æmulis capitur.

Edictum contra FF. Prædicatores.

„in Romana Curia pendente, res longiorem moram pro-
„mittere videretur, advectus est currus à duobus ad majo-
„rem Monasterii portam (quæ ultrò eis patuit) onustus
„omnibus ad sustentationem vitæ necessariis. Accurentibus
„Fratribus, ac multa, ut fit, scisscitantibus ab illis ignotis Notatu
„vectoribus, hoc solum pro responso tulerunt: *collaudate* dignum.
„*Deum vos, & honorate benedictam Matrem ejus, cujus in-*
„*terventû non derelinquit ille sperantes in se, nec deseret um-*
„*quam: sed magis dabit cum tentatione proventum.* His dictis,
„cunctis rebus humi depositis, statim cum suo curru
„de hominum conspectu sunt subducti, nec umquam cog-
„nitum, undè venerint: sed Angeli Dei procul dubio erant.
„Hoc munere sic à Dei misericordia recepto, Fratres ad
„ecclesiam se proripiunt, ac in divinas laudes prorumpunt,
„concinentes sonoris vocibus *Te Deum &c.* accidit autem,
„Prætorem summum Civitatis Gandensis equo præter-
„vectum transire, qui Fratres exaudiens lætis animis can-
„tantes (quos jam fame propemodum dejectos autumare
„non abs re poterat) quasi insanus ore sacrilego fanda pa-
„riter & nefanda deblaterans, minabatur: se omnes truci-
„daturum. Vix verba finierat, ut erat stipatus satellite, ad
„pontis (*qui prædicatorius dicitur, quia ecclesiæ nostræ proxi-*
„*mus est*) declivium, cespitante equo, ac caput inter an-
„teriores pedes reclinante, ephippio deturbatus, capite la-
„pidibus illiso, & cervice fractâ, semianimis illinc delatus,
„ac nullo deinceps prolato verbo, post paucas horas expi-
„ravit. Tam diro casu hominis, penes quem apud Gan-
„denses summa potestas est, perculsi non immeritò cæteri
„feroces animos dimittere cœperunt: vel eò maximè, quod
„criminatores, datis à Romana Curia litteris, jubebantur
„dictum Patrem Jacobum liberum dimittere; licet illi man- Liberari
„dato pro tempore parêre vix induci potuerint: postmo- restituitur.
„dum tamen, causæ suæ diffidentes, Patrem illum dimise-
„runt, qui obiit anno 1498. Moritur.

Ità P. Mag. Choquetius ex manuscriptis P. Janssii, P. Ægidius de Lalaing hujus Conventûs filius de excellentiis, & miraculis SS. Rosarii 1 parte cap. 7 folio 120. & antiqua Patrum nostrorum traditio.

De P. Joanne Janſſio.

Nota. Ille Pater Janſſius (de quo mentionem facit Choquetius) natione Aloſtanus, filius Nicolai, Ordinis noſtri habitum recepit à P. Franciſco Rufelaert hujus Conventûs Gandenſis Priore die 29 Aprilis anno 1568, & evoluto probationis anno, eodem die menſis ſolemnem profeſſionem emiſit ſub P. Joanne Canis Priore ejuſdem Conventûs. Poſtea factus eſt Procurator, Sacriſta, Supprior, Confeſſarius magni Begginaſii, & Prior ab anno 1608 uſque ad annum 1610. Obiit jubilarius die 12 Novembris 1618, In monumentis hujus Conventûs vocatur aliquando *Joannes Janſſ*, *Joan-Paulus Janſſ*, *Joannes Janſſius*, *Joannes Joannicius*, ut patet ex antiquo Regiſtro hujus Conventûs folio 48. Vixit igitur tempore iconoclaſtiæ, & miſerrimæ tragediæ (de qua ſupra folio 53) quo tempore multa monumenta, & inſtrumenta authentica hujus Conventûs perierunt.

P. Joannes Manis Confeſſarius Ducis Cliviæ.

P. Joannes Manis S. T. Lector, Prædicator Generalis, & Confeſſarius, ac Conſiliarius Adolphi Ducis Cliviæ, domini de Raveſtyn, &c. Obiit anno 1497.

P. Daniel Alaert Inquiſitor.

P. Daniel Alaert S. T. Lector, hæreticæ pravitatis Inquiſitor. Obiit anno 1515 die 6 Maïi.

P. Livinus Boudins ſeptimus Vicarius Generalis Congregationis Hollandiæ.

P. Livinus Boudins (Balduini) „de quo ſic habet Necrologium hujus Conventûs: „Religionis præcipuus zela„tor, ac verbi Dei gratioſiſſimus Prædicator, qui in prin„cipio reformationis hujus Conventûs indutus, 55 annis in „Ordine laudabiliſſimè vixit. Inſuper poſt Lectoratum, „Prior hujus Conventûs exiſtens, factus eſt totius Congre„gationis Hollandiæ (quæ tunc florebat) Vicarius Gene„ralis, quam etiam diligentiſſimè rexit, & ut fervidus Re„ligionis amator in regulari vita ſemper fovere, ac conſer„vare ſtuduit. Tandem poſt multa hîc & alibi glorioſè ab „eo geſta, poſt Prioratûs officium denuò in hoc Con„ventu ſuſceptum, ac per decem annos continuos exple„tum, atque innumeros fructus excellentiſſimâ ſuâ prædi„catione hîc & ubique laborioſiſſimè atque uberrimè ſuperlu„cratos, in ſenectute bona, in requie opulenta, & in opi„nione ſancta, laudabilia poſt ſe relinquens veſtigia, „devotiſſimè migravit ad Chriſtum die 11 Julii 1516

Mortuus cum opinione Sanctitatis.

„ætatis ſuæ 71 circiter Sacerdotii 47. Fuit hic primus Prædicator Generalis hujus Conventûs ſub nova Provincia Germaniæ inferioris.

Scripſit *Catechiſmum Fidei Catholicæ M. S.*

Annotationes in Evangelia quadrageſimæ. M. S.

P. Guilielmus Carnificis (Vleeschouwer) ſui Conventûs multoties Supprior, S. T. Lector, quondam Prior Conventûs Bergenſis, curioſus antiquitatum amator, ac ſcriptorum indagator. Ea de cauſa, non ſolum omnes ferè totius Belgii bibliothecas perluſtravit, verum etiam illuſtriores Galliæ, Angliæ, & Germaniæ ſuperioris diligentiſſimè viſitavit, & manu-ſcriptorum codicum authores exactiſſimè annotavit, & illorum catalogum contexuit, quem morte præventus mutilum reliquit. P. Joannes Bunderus hujus pariter Conventûs filius, &c. prædictum catalogum ad deſideratum finem perduxit ex ſcedis, & annotationibus ejus. Obiit P. Guilielmus Gandavi die 23 Novembris anno 1525. P. Guilielmus Carnificis.

Collegit ſupradictum *Indicem librorum manuſcriptorum*, qui in bibliothecis Belgii, Galliæ, Angliæ, & utriuſque Germaniæ ſuo tempore reperiebantur. Indicem illum à ſe viſum: ſed poſtea ex bibliotheca publica urbis Antverpienſis furto ablatum, teſtatur D. Aubertus Miræus.

P. Joannes Oudenschellinck aliàs de Endhovia ſui Conventûs Prior, Prædicator Generalis, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, iteratis vicibus Lector, maximus ſemper Communitatis amator, & benefactor, D. Abbatis Einamienſis Confeſſarius, prout etiam nigrarum Sororum Aldenardenſium, cujus curâ & induſtriâ Conventus noſter, & Eccleſia multa beneficia hab uerunt. Obiit die 10 Decembris anno 1537. P. Joannes de Endhovia Inquiſitor.

P. Paulus van Neeren S. T. Lector, Conventuum Bergenſis, Yprenſis, ac ſui Gandenſis Prior, Vicarius Provinciæ, & anno 1537 electus & confirmatus Provincialis. Rediens ex viſitatione Monaſterii Monialium noſtrarum Metenſium in Lotharingia (quæ tunc Proviciali Germaniæ inferioris adhuc ſuberant) Calcariæ in Conventu P. Paulus van Neeren Provincialis, & Inquiſitor.

noſtro obiit hæreticæ pravitatis Inquiſitor, & Provincialis die 9 Junii anno 1538. Sepultus fuit ibidem in loco Capitulari ejusdem Conventûs.

P. Nicolaus Mandè de quo Necrologium Conventûs: „ad omnia voluntarius, nemini oneroſus, qui Conventui „in diverſis obſequiis fideliter & libenter deſervivit: & præ„cipuè in fine vitæ ſuæ in eccleſia in domuncula indulgen„tiarum. Fuit etiam maximè ſtudioſus, nullum tempus in „vanum conſumens, ſed ſemper intentus ſtudio, & lectio„ni, & præcipuè in libris ſcribendis, & colligendis, & „ubicumque iret habens ſub axellis magnum cumulum li„brorum, & quidquid novi emanavit, vel accidit, cujus „potuit habere notitiam, ſcriptis mandavit: ſimilem enim „non habuit Conventus, qui talem haberet notitiam Chro„nicorum, & hiſtoriarum, qualis ipſe erat. Obiit die 1 „Julii anno 1541. Scripta, & annotata ejus in iconoclaſtia periiſſe poſteris dolendum eſt.

P. Joannes Bunderus Inquiſitor.

P. Joannes Bunderus (Bunderius, vel van den Bundere) Prædicator Generalis, S. T. Lector, hæreticæ pravitatis Inquiſitor Tornacenſis à SS. D. Paulo tertio inſtitutus, tertiò hujus Conventûs, & ſemel Brugenſis Prior, iteratâ vice Capituli Provincialis diffinitor, anno 1550 Vicarius Provincialis ſuper Conventus Bergenſem, & Audomarenſem, de quo ita loquitur hujus Conventûs necrologium: „ſtrenuum ſe præbuit Eccleſiæ Catholicæ fi„lium, tum prædicationibus, ut vir erat eximiæ doctrinæ, „tum ſcriptis, quibus tunc renaſcentes hæreſes confunde„bat: ſcripſit enim diverſos libros materias controverſas „tractantes, Lutheranorum veſaniam, tum Anabaptiſtarum „rabiem clariſſimè diſcutientes, ac exſibilantes.

Erectio Convocationis Ordinum Mendicantium Gandavi.

Tempore ipſius Prioratûs Gandavi erecta fuit Convocatio Ordinum Mendicantium (anno 1529) quæ etiamnum ſubſiſtit hîc, & in aliis Belgii civitatibus, ut dictorum Ordinum concordiâ, & collatis ſtudiis, in publicis Eccleſiæ neceſſitatibus adverſus hæreticos, immunitatis eccleſiaſticæ, ac privilegiorum Ordinum Mendicantium impugnatores citius, & efficacius procedatur.

Fuit

Fuit quoque P. Joannes Magni Begginasii Gandensis Confessarius sedulus, obiit die 8 Junii anno 1557 ætatis 76 ordinis, & Sacerdotii Jubilarius.

S. T. Doctorem, seu Magistrum eum vocant Desselius, Sweertius, Miræus, & noster P. Mag. Fontana: sed S. T. Lectorem tantùm fuisse; demonstrant hujus Conventûs monumenta, & Capitulorum Provincialium acta. Attamen vir fuit doctissimus, & doctorali laureâ non indignus.

Scripsit *Compendium diffidii quorumdam hæreticorum atque theologorum* in 8o Parisiis typis Joannis Foucherii annis 1539 1540 1543 1546 1549 1559. Item Parisiis typis Vivantii Gautherot 1543 Antverpiæ typis Joannis Steelsii anno 1555 mutavit tunc titulum hoc modo: *Compendium concertationum, in quo omnes hujus sæculi hæreses confunduntur.* Et in dialogo (totum enim opus in forma dialogi procedit, interloquentibus Catholico, & hæretico) hæretici nomen mutavit in *Rhetoris*: adjunxitque ultimum tractatum, qui est *de resurrectione mortuorum.* Ita ut 37 materias controversas disputet, & Catholicè propugnet. Post mortem ejus prodiit sub hoc titulo: *Compendium rerum theologicarum, quæ hodiè ab hæreticis in Controversiam vocantur:* Antverpiæ typis Joannis Steelsii 1562 in 8o Parisiis typis Alardi Juliani 1574 & 1577.

Collatio quatuor Ecclesiæ Doctorum Sanctorum videlicet Ambrosii, Gregorii, Augustini & Hieronymi super 30 articulos ab hæreticis modernis agitatos, quæ ultimis duabus impressionibus Compendii rerum theologicarum Parisiis adjecta fuit, non est opus Bunderi nostri: sed F. Natalis Taillepied Franciscani Pontizarensis, qui illam ex Bunderii operibus collegit; unde illa inter Bunderii opera non est numeranda.

Detectionem nugarum Lutheri cum declaratione veritatis Catholicæ, & confutatione dogmatum Lutheranorum. Lovanii typis Bartholomæi Gravii 1551 in 8o.

De vero Christi Baptismo contra Mennonem Anabaptistarum Principem. Succinctam quoque errorum ejusdem elisionem. In 8o Lovanii typis Martini Rotarii 1553 Parisiis 1574.

Scutum Fidei Orthodoxæ adverſus venenoſa tela Joannis Anaſtaſii Veluani fidem, Sacramenta, ritumque eccleſiaſticum explodere contendentis in 8° Gandavi typis Cornelii Manilii 1556 poſt mortem autem ejus prodiit ſub hoc titulo: *Scutum fidei orthodoxæ adverſus quaſcumque hujus ætatis controverſas hæreſes fidem, ſacramenta, ritumque eccleſiaſticum explodere contendentes.* Antverpiæ typis Joannis Viutagii 1569 & 1574. Hoc opus in flandricum vertit P. Mag. Petrus Bacherius hujus Conventûs filius, &c.

Codicem Codicum manuſcriptorum per Belgium, vicinaſque Provincias M. S. quem collegit Alphabeti ſerie ex ſchedis, & annotatis P. Guilielmi Carnificis (de quo ſupra folio 71) qui aſſervabatur olim Antverpiæ in bibliotheca urbis publica, ut Miræus teſtatur in codicum manuſcriptorum ibidem anno 1609 aſſervatorum catalogo. Sic ſcribit Valerius Andreas in ſua bibliotheca Belgica folio 462 „vidi indicem „illum M. S. apud Lucam Opmerum Delfium J. C. Sed „dolendum, theſaurum illum, neſcio quo fato, pe„riiſſe.

P. Joannes Denys Inquiſitor.

P. Joannes Dionisii (Denys) S. T. Lector, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, Prior, in dignitate Priorali Conventûs Yprenſis ibidem obiit die 20 Novembris anno 1557.

P. Livinus de Mil Inquiſitor.

P. Livinus de Mil quondam Supprior, hæreticæ pravitatis Inquiſitor deſignatus à SS. Domino Paulo tertio pro Epiſcopatu Morinenſi, Conventûs Yprenſis Prior, magni Begginaſii Gandenſis, Monialium noſtrarum Leydenſium, Monaſterii Cortenbergenſis, tandem Monialium in Aſſenede Confeſſarius. Obiit in Aſſenede die 24 Octobris anno 1563. corpus ejus ſepultum fuit in choro ejusdem Monaſterii, poſtea per iconoclaſtas deſtructi, & jam ab aliquot annis extincti.

P. Joan. de Croock Inquiſitor.

P. Joannes de Croock (Croocius) S. T. Lector, Conventuum Yprenſis, & Bergenſis Prior, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, qui dum anno 1512 Ordinem noſtrum ingrederetur, erat diaconus, Artium Magiſter, & Submonitor D. Bartholomæi Rectoris in domo Templi. Obiit nonagenarius die 13 Octobris 1569.

Summam D. Thomæ Aquinatis multo labore à se collectam, & ab amanuensium, aut typographorum erratis vindicatam Parisiis edi curavit anno 1520 typis Franciſci Regnaut. Habetur Insulis. Illius aliquoties meminit P. De Alva & Astorga Ordinis FF. Minorum: imò & præfationis à P. Croocio in Divi Thomæ commendationem concinnatæ.

P. JOANNES DUMÆUS (VANDER HAGHEN) natione Rothnacensis, quondam Prior Leowardiensis, Supprior Roterodamensis, de quo sic habet Necrologium hujus Conventûs: „eximius verbi Dei proclamator, græcè pariter ac „latinè doctus, qui post annum 1566 quasi alter Achilles se „hæresibus tum grassantibus invicto pectore velut murum „opposuit: nam post primam iconoclastiam in hoc nostro „Belgio factam anno supradicto, quo Catholicos vacillan„tes in statione contineret, & jam lapsos iterum erigeret, „per annum integrum quotidie concionatus est: deinde se„quentem annum addidit, quo conciones ad populum ha„buit alternis diebus contra hæreticos fortissimè dimicans. „Unde multi contestati sunt postmodum: quod vel vacillan„tes ita confirmaverit, vel lapsos erexerit suis sermonibus, „ut postea Catholicam Religionem tenacissimè retinerent. „Ob hanc rem frequentissimas, easque penè ineluctabiles „sustinuit persecutiones aliquando per vim apertam illatas, „aliquando clanculùm machinatas: nam interdum concio„nantem tentaverunt clopetis trajicere, mucronibus con„fodere, quod dum non succedit juxta suum desiderium, „per venenum rem moliuntur delicatissima fercula illi mit„tentes tincta veneno: sed in his omnibus Dominus pugi„lem suum conservavit. Post biennii prædicationem præ„dicto modo peractam, incurrit ingratam raucedinem, quâ „factum est, ut amplius prædicare non valeret, non absque „maleficii suspicione per hæreticos procreati. Præsentem pe„riodum clausit Rothnaci, ætate adhuc integrâ, anno salutis „1573. Illum Antonius noster Senensis, & ex illo alii errore typographi *Pumeum* vocant. *Scripsit Sermones quadragesimales*. M. S. *In Psalmos graduales* M. S. anno 1570. Opus

illud in bibliotheca Conventûs noſtri Bruxellenſis aſſervatum anno 1695 in conflagratione periit.

Compendium doctrinæ chriſtianæ, additis quibusdam Petri Zotii, cujus quondam fuerat diſcipulus, *de inſtructione Chriſtiana.*

P. Philippus Burggrave ſui Conventûs Prior digniſſimus, & Paſtor optimus, qui animam ſuam pro ovibus ſuis ponere paratus erat: tempore enim, quo fratres noſtri anno 1578 omnes illas (quas ſupra folio 53 enarravi) perſecutiones & anguſtias ab hæreticis patiebantur, cum religioſa ſua Communitate in Refectorio captivus, ſe pro illa victimam Deo offerre paratus fuit. Tandem cum fratribus ſuis in exilium pulſus, obiit Montibus Hanoniæ die 28 Auguſti anno 1580.

Fr Jacobus Vercruyssen Converſus, de quo Necrologium ſic ait: „qui poſt multas afflictiones, & injurias ab „hæreticis toleratas, Gandavi ſequenti manè mortuus in„ventus eſt die 12 Februarii anno 1581.

P. Antonius Rigerman Inquiſitor.

P. Antonius Rigerman natione Aloſtanus, Prædicator Generalis, ſui Conventûs iteratâ vice Prior, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, Conventuum Hagenſis, & Harlemienſis ſucceſſivè Prior, magni Begginaſii Gandenſis Confeſſarius; prout & Monialium noſtrarum vallis Angelorum, SS. Roſarii promotor valdè zeloſus, anno 1574 ex Commiſſione Rmi P. Seraphini Cavalli totius Ordinis noſtri Magiſtri Generalis in eccleſia ſui Conventûs inſtituit Confraternitatem SS. Nominis Jeſu contra blaſphemias, perjuria, &c. ab hæreticis cum fratribus ſuis in exilium pulſus, Ariæ in Arteſia zelo zelatus eſt pro eccleſia Dei. Tandem, pacatis tumultibus Belgicis, ad Conventum ſuum redux, die 12 Junii 1585 obdormivit in Domino anno ætatis ſuæ 76 profeſſionis ſuæ 55 R. P. Joannis Bunderi, à quo anno 1530 Religionis habitum ſuſceperat, veſtigia ſecutus ſcripſit *Enchiridion theologicum* M. S.

Inſtituit Gandavi Confraternitatem SS. Nominis Jeſu.

De præparatione ad S. Communionem.

Paradiſum animæ B. Alberti Magni in flandricum vertit, & edidit Gandavi typis Gerardi van Salenſon anno 1555 & iterum correctius anno 1556.

Miſcellanea diverſorum tractatuum per F. Judocum Caulier Ord. FF. Præd. Conventûs Gandenſis olim collectorum, & nunc per F. Antonium Rigermannum in hunc Ordinem redactorum anno 1580 in 8o M. S. aſſervatur Gandavi.

P. Nicolaus Neelsius S. T. D. & hæreticæ pravitatis Inquiſitor, de quo hujus Conventûs Necrologium: „multis annis, etiamnum tantùm Licentiatus in ſtudio Lo- „vanienſi Regens primarius, qui contra venenoſa dogma- „ta hæreticorum ſub annum 1577 domum ſuæ profeſſionis „revocatus, multo tempore diebus alternis in eccleſia no- „ſtri Cœnobii concionatus eſt, graviſſimas interim ſuſtinens „perſecutiones, & tandem cum cæteris fratribus captus, „ac è propriis ſedibus ejectus, in Comitiis Provinciæ fit „Prior Provincialis 1584 ſacræ theologiæ mox Doctor „Duaci, huic Provinciæ, quantumvis deſolatæ, pluſquam „ſedecim annis magna cum laude præfuit. Tandem præma- „turâ morte ſubtractus anno 1601 die 29 Januarii magnum „ſui deſiderium apud multos relinquens. Scripſit multa ſuæ „doctrinæ quæ referunt teſtimonia, quæ tamen nec um- „quam perfecta, nec prælo committi curavit. Corpus ejus, „ut inſtanter petierat, ſepultum eſt ſub dio in cœmiterio „fratrum.

P. Nicolaus Neelſius S. T. D. Inquiſitor, & Provincialis.

Scripſit *in Cantica Canticorum, & Apocalypſim.* M. S.

Conciones de Fide & Symbolo. M. S.

Exhortationes ad Religioſos, quas habuit tempore ſui Provincialatûs. M. S.

Prælectiones in quartum Sententiarum, quas habuit, dum eſſet Regens Lovanii anno 1580. M. S. in folio. Gandavi.

P. Franciscus Ruffelaert ex perilluſtri familia Gandavi natus, & die 6 Februarii anno 1537 profeſſus, quartò ſui Conventûs Prior, primâ quidem vice præerat anno 1566 tempore quo iconoclaſtæ Conventum, & templum devaſtarunt. Poſtea ab anno 1578 ſexennale cum fratribus ſuis exilium pertulit, fuitque ſedulus Monialium noſtrarum vallis Angelorum, tunc extra, nunc verò intra muros Brugenſes Confeſſarius, & Monaſterii in Aſſenede Viſitator, Capituli Provincialis Diffinitor, & Conventûs ſui poſt de-

ſolationem in multis reſtaurator. Ab exilio redux obiit anno 1596 die 28 Octobris.

Scripſit flandricè *Explicationem Orationis Dominicæ* catecheſi, & puerorum captui accommodam. Gandavi typis Cornelii Manilii anno 1592 in 16°.

P. Petrus Bacherius S. T. D. Inquiſitor.

P. Mag. PETRUS BACHERIUS S. T. D. Conventuum Gandenſis, Hagenſis, Lovanienſis, & Calcarienſis quondam Prior, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, Vicarius Hollandiæ, Friſiæ, & Geldriæ, iteratò Capitulorum Generalium Diffinitor. In Capitulo Generali Romæ anno 1580 coram totius orbis Patribus orationem luculentam habuit, quæ poſtea typis Romanis edita fuit. Tempore exilii ſui anno 1583 in alio Capitulo Generali Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris, tunc deſolatæ, rebus ſedulò intendit. Hujus laudatiſſimi viri encomia plurimi non infimæ notæ Scriptores in libris ſuis ſcriptis, & impreſſis celebrarunt. Inter hos D. Aubertus Miræus: „ad ſolidam doctrinam, quâ „in Principibus ſuæ ætatis Theologis numerabatur, miram „verſatils ingenii facilitatem adjecit: ut nemo ingenuis ar„tibus, ac poëticâ præſertim, illo illuſtrior haberetur. Ac„cedebat uberrima quædam excogitandi, atque efferendi „quæcumque vellet, facultas, ut Belgicis nemo majore, „& firmiore argumentorum copiâ hæreticorum commenta „variis in locis, annis ferè ſexaginta de ſuperiore loco retu„derit, in quibus perpetuò inſectandis, atque exagitandis „vehementiſſimus fuit & acerrimus. Cum eâ eſſet in animis „hominum permovendis facultate, nemo (ut temporibus „illis, cùm de rebus omnibus, quæ ad populum ab Ora„toribus dicebantur, peracria & exquiſita fiebant) qui „majorem audientium coronam cogeret, neque voce tan„tum: ſed & ſcriptis, quæ varia reliquit, Religionis cau„ſam gnaviter egit.

Item Valerius Andreas „Petrus Bacherius Gandavenſis, „Ordinis S. Dominici Doctor Theologiæ & Profeſſor Lo„vanienſis, Poëta elegans, Orator vehemens, & bacchico „hæreticorum furori retundendo natus. Certè accepimus: „numquam ſuggeſtum aſcendere ſolitum de fidei Controver-

„ſiis verba facturum, quin innumerabilem turbam cogeret, „& quâ erat dicendi facilitate, & facultate in admirationem „raperet.

De illo ſic habet Necrologium hujus Conventûs folio 170 „fuit etiam P. Petrus Bacherius S. T. Profeſſor, hæreticæ „pravitatis Inquiſitor, poëta elegans, in hiſtoriis verſatiſ- „ſimus, græcè & latinè pariter eruditus, concionator ut „fervidus, ita & facundiſſimus: ut in inferiori Germania „vix parem habuerit, ſtrenuus fidei Catholicæ defenſor. „Hic quadraginta duobus annis per totam quadrageſimam „ad populum quotidiè conciones habuit in diverſis flandriæ „locis. In multis Conventibus hujus Provinciæ Prior, & „ut brevis ſim, omnibus bonus & charus, & notiſſimus. „Ab iis, qui lucem veritatis ſuppreſſam volebant, vel in- „fenſius oderant, per imaginem exuſtus in publico theatro „Gandavi circa locum, qui vocatur *Het Sluyſeken*: ſed tan- „ta mox aëris intemperies ſubſecuta eſt, ut poſſet numen „iratum ſuper hanc indignitatem rei dignoſci, multique pu- „tarint ſupremum adeſſe diem. Certè prorſus qui convene- „rant, diffugerunt ſalutis præſidium quærentes. Obiit tan- „dem grandævus annum agens 85 in Congregatione Capi- „tuli Provincialis Gandavi celebrati ſalutis anno 1601. Re- „liquit multos, tum flandricè, tum latinè partim carmine, „partim prosâ conſcriptos ingenii, ac doctrinæ ſuæ teſtes. „Paſſus eſt is in vita ſua multas contumelias ab hæreticis, „qui præſentem & abſentem perſequebantur graviſſimè.

Scripſit: *in Miſoliturgos, ſeu Miſſæ oſores* libellos duos, quorum prior agit de Judæorum, Paganorumque ſacrificiis generatim: poſterior verò, de unico Catholicorum ſacrificio latè tractat. Gandavi typis Cornelii Manilii anno 1556 in 8o, & poſtea Lovanii.

De Chriſtianæ militiæ diſciplina. Lovanii typis Petri Sangrii anno 1562 in 8o quod opus triplò auctum, & quaſi ex integro novum triginta poſt annos, dum Calcariæ Priorem jam ſenex ageret, denuò evulgavit ſub hoc titulo: *Speculum militiæ Chriſtianæ.* Coloniæ typis Gervini Calenii anno 1592 in 8o

Tumultum Panicum 1600 verſibus hexametris. Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini anno 1568 in 8o

Homilias in omnes Epiſtolas quadrageſimales. Lovanii typis Joannis Bogardi anno 1572 in 8o Duaci typis Balthazaris Belleri anno 1599. Quod opus poſt mortem Authoris iterum prodiit: ſed valdè mutatum, imò ut ita dicam, ferè aliud ſub hoc titulo: *Clangor tubæ prædicatoriæ, ſive concionum ſuper Epiſtolas quadrageſimales ſpecioſus theſaurus.* Duaci typis ejusdem Balthazaris Belleri anno 1604 in 8o

Homilias in Evangelia dominicalia per totum annum. Tomos duos Lovanii typis Rutgeri Velpii. Tomus primus anno 1576. Secundus anno 1578 in 8o

Tabulam Sacrorum carminum, piarum precum enchiridion ex centum viginti poëtis collectum. Duaci typis Joannis Bogardi anno 1579 in 8o

Dialogorum libros duos. Quorum unum inſcripſit: *jurgium conjugale* inter Jheroſylum, & Euſebiam ejus conjugem, interloquentibus Eubulâ nutrice, & Hieronymo filio-familias. Alterum: *Dialogum novum* inter Cenophilum, & conjugem Eulaliam contra Calviniſtas. Hos Dialogos Senatui Gandenſi dicavit. Gandavi typis Joannis Paludani anno 1585. Senatus in gratitudinis teſſeram ei Scyphum argenteum, & vinum honorarium præſentavit: at ipſe donum reſpuens, Senatui lepidè, pro more ſuo reſpondit: *Backer en is gheenen dronckaert. Bacherius non eſt ebrioſus.* Indè Senatus, eo conſulente, honorarium mutavit, & calicem argenteum deauratum, & Senatûs inſigniis exornatum 32 unciarum ponderis Conventui dedit, hâc in memoriam adjectâ in pede calicis, ab intra, inſcriptione: *dedit D. Doctori Bacherio Senatus Gandenſis Ao* 1585.

Tractatum de tribus partibus Pœnitentiæ, Contritione, & Satisfactione imprſlum anno 1573.

Apologeticum pro defunctis. Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini anno 1587.

Spongiam obnioſorum ſeria ad eos, qui liberalioribus ſunt addicti poculis, Bacchoque ſæpius litare gaudent, duobus dialogis comprehenſam.

Embricæ Clivorum typis Reinerii Wilichii daventrienſis anno 1592 in 8o quod opus anteà belgicè evulgaverat, & nonnihil compendioſius Bruxellis typis Joannis Mommaert anno 1589 in 8o

Commentaria in epiſtolas dominicales per anni circulum legi ſolitas M. S. Gandavi in folio.

De Chriſtiani Principis moribus, vita, & officio. M.S. ibid.

De tribus votis vitæ monaſticæ. M. S. ibidem.

Curavit autem Bacherius prælo mandari *S. Joannis Damaſceni hiſtoriam de vitis, & rebus geſtis SS. Barlaam & Joſaphat* Regis Judæorum, Georgio Trapezuntio interprete, unà cum ſcholiis Iloyſii Lipomani, ac Divi Joannis Chriſoſtomi opuſculo *de comparatione Regis & Monachi*, Germano Brixio interprete, quibus amplam præmiſit epiſtolam ad Baqueum Abbatem Einamenſem Ordinis S. Benedicti propè Aldenardam. Antverpiæ typis Joannis Belleri. Præter hæc latinè, varia etiam belgicè ſcripſit. Nempè:

Colloquium familiare inter animam Chriſtianam, & veritatem magiſtram ſuam. Gandavi typis Gerardi van Salenſon anno 1566 in 8o, & anno 1576 ac iterum Bruxellis nonnihil auctius 1586.

Hortulum precum ex ſacra Scriptura, & ſanctis Patribus collectum in piorum fidelium uſum. Lovanii typis Joannis Bogaert anno 1566 in 4o quod opus in latinum vertit F. Henricus Bogardus ſui Coventûs Lovanienſis Prædicator Generalis. Et in gallicum vertit F. Antonius Gambier ejusdem Conventûs, & dignitatis. Prodiit ex hoc *Hortulo* aliud excerptum opuſculum intitulatum gallicè: *Manuale devotionis.* Inſulis anno 1640 apud Simonem Le Franc, & ibidem eodem anno typis Toſſani Le Clercq, & Antverpiæ typis Hieronymi Verduſſen anno 1644.

De Symbolo fidei & Euchariſtia. M. S. aſſervatum in bibliotheca Conventûs noſtri Bruxellenſis anno 1695 in conflagratione periit.

Tractatum brevem in orationem dominicam, & concionem de oratione. Gandavi typis Manilianis anno 1599.

E latino in belgicum vertit *Orationem* ſeu *precationem à*

Joanne Heſſelio S. T. D. compoſitam, quâ à Deo Patre firma, & conſtans circa SS. Euchariſtiæ Sacramentum fides poſtulatur. Lovanii typis Joannis Bogardi anno 1567 in 8°.

Vertit ex latino in flandricum *Scutum Fidei orthodoxæ* P. Joannis Bunderii (de quo ſupra folio 74) Gandavi typis viduæ Gerardi van Salenſon anno 1567 in 8.

P. Antonius Ruyſkenſvelt S. T. D. Inquiſitor & Provincialis.

P. Mag. ANTONIUS RUYSKENSVELT S. T. D. hæreticæ pravitatis Inquiſitor, Provincialis, Capituli Generalis diffinitor, de quo antiquum hujus Conventûs regiſtrum folio 171 „Prædicator facundus & ſtrenuus, qui ſuis concioni„bus ſanctam eccleſiam Catholicam multum juvit, ac plu„rimos vacillantes in fide confirmavit. Undè etiam tam Gan„davi, quam Bruxellis, ac aliis in locis, multas ac gra„viſſimas perſecutiones Dei gratiâ ſuperavit. Tandem poſt „multos labores ac longum exilium, iteratò Prior ſui Con„ventûs Gandavenſis, defuncto P. Nicolao Neelſio (de „quo ſupra folio 77) ſucceſſit in officio Prioris Provincialis, „quo munere vix menſibus decem perfunctus, longâ tabe „conſumptus, vitam cum morte commutavit anno 1601 „Novembris 19 die.

Bruxellis contra hæreſes concionatur.

Ingens tumultus Bruxellis.

Hujus digniſſimi viri commemorat Haræus ad annum 1581 „vigeſimo Aprilis captus eſt Bruxellis molitor, qui litteras „ad Catholicos intra, extraque urbem portarat, & 22 „ejusdem menſis, hoc eſt biduò poſt, excitatus eſt ibi„dem ingens tumultus. Erat in urbe Religioſus Ordinis „Prædicatorum, natione Flander, nomine Antonius Ruyſ„kenſvelt, qui frequenti auditorio catholicè concionatus „ſummo à Calvinianis odio habebatur, ſæpiuſque à Tem„plio urbis Præfecto petierant, urbe pelleretur, latran„tem eum appellantes moloſſum. Cumque importunè non „deſiſterent, veriti Catholici, ne tandem quod petebant „obtinerent: hoc die mox poſt meridiem magno numero „ad Præfecti ædes conveniunt, ut Ruyskenſveldio tutò ibi „manere liceat, petituri. Quo Calviniani conſpecto, ar„reptis armis, in publicum provolant, & Catholicos illos „urbe meritò pellendos clamitant. Catholici è contrà ma„jori numero convenientes, ſe ab iis communi patriâ pel-

„li nolle reſponderunt: ita ut per univerſam urbem armati, „ac in duas partes diviſi, cives ſine dubio pugnam com„miſiſſent, niſi quietiorum ac in authoritate conſtitutorum „virorum interceſſione fuiſſet impeditum, qui utrâque par„te utcumque pacatâ, ut: poſitis armis, ad ſua quiſque „rediret, effecêre. Terruerant enim Catholicos, quod „Templius Præfectus cum præſidiariis ſe Calviniapis jun„gere pararet. Sole ad occaſum tendente, pœnale propo„nitur edictum: ut homines Sacri cujuſcumque conditio„nis poſtero die urbe decederent, quique aliquem celaſſet, „arbitrariam ſubiret pœnam.

Religioſi Bruxellis expelluntur.

„ Ita exiit Antonius Ruyskenſveldius cum omnibus Domi„nicanis, ſeu Prædicatoribus, & Carmelitis, multiſque aliis.

Copiam ſententiæ contra hunc P. Mag. Antonium Ruyſkenſvelt datæ reliquit piæ memoriæ ven. P. Franciſcus Boſchman Conventûs mei Gandenſis Jubilarius, antiquitatum ſtudioſiſſimus indagator, ex qua ſlandricè conſcripta, excerpſi hæc ſequentia:

„ Quoniam converſatio Domini Antonii Ruyskenſvelt „jam in tantùm ſit detecta, ut quies & bonum (*hoc ſpecio„ſo titulo palliabant hæretici rebellionem ſuam*) hujus civitatis „non patiatur eum diutius in eadem civitate tolerari pro„pter rationes ſupra relatas, & alias, quas hoc tempore „non decet detegere. Prædicti Domini mandarunt, & „commiſerunt Dominis Amptmanno, & ejus locum-tenen„ti, Scabinis Bloeyere, Maliſant, cum Guilielmo Spex, „& Colonello Diertins, & cuicumque illorum, ut prædi„ctum Ruyskenſveldium ſtatim ex hac urbe decedere ju„beant ad illum locum, quem ſecuritati ejus convenientiorem „invenerint, & ut ei dent tales pecunias, quales eidem „Ruyskenſveldio ad hoc invenerint eſſe neceſſarias..... „..... actum 21 Aprilis anno 1581. De mandato præ„dictorum Dominorum. Signatum J. De Smets.

Quam Sententiam non ignominioſam: ſed prædicto P. Mag. Antonio glorioſam fuiſſe, conſtat ex eo, quod Magiſtratus, quamvis hæreticus, de ſecuritate illius, & de congruo viatico adeò fuerit ſollicitus.

Similem ferè Sententiam datam contra Patres Conventûs noſtri Ultrajectini vide in deſolata Batavia Dominicana folio 10.

Poſt biennium, nempè anno 1483 indicto Capitulo Generali, quidam in exilium pulſi, & per varia loca diſperſi Priores, Inſulas convenerunt ad eligendum aliquem diffinitorem, & ſocium, qui nomine totius Provinciæ dicto Capitulo intereſſent, elegeruntque in Diffinitorem P. Mag. Dominicum Segers Conventûs Bruxellenſis, & in ſocium ejus P. Mag. Antonium Ruyskenſvelt, qui totius Ordinis noſtri Patribus capitulariter congregatis deplorandum Provinciæ noſtræ deſolatæ ſtatum aperuerunt.

Ad ſuos redux in Priorem eligitur.

Poſt reductionem Civitatis Gandavenſis ad obedientiam Eccleſiæ, & Hiſpaniarum Regis Catholici à confratribus ſuis ex ſexennali exilio reverſis in ſui Conventûs Priorem fuit electus, & Conventui ſuo reſtaurando plurima procuravit beneficia, & inter alia: 44 formas, ſeu ſedilia pro choro, pretioſum thuribulum argenteum cum ſua navicula ejusdem materiæ pro ſacriſtia, altare valdè artificioſum in honorem S. Thomæ Aquinatis, & alia plura.

P. Mag. LIVINUS NEYT S. T. D. Prædicator valdè gratioſus, quondam Regens primarius in ſtudio Generali Lovanienſi, magni Begginaſii Gandenſis Confeſſarius, vir magnæ expectationis: ſed præmaturâ morte in florente ætate è vivis raptus eſt Bruxellis anno 1604.

P. Mag. GUILIELMUS OONSELIUS S. T. M. Antverpiæ natus die 9 Auguſti anno 1571 in hoc Conventu Gandenſi ſe Deo devovit die 19 Martii 1593 curſum Philoſophicum partim adhuc ſæcularis in Hiſpania, partim in Ordine audivit. Lovanii Theologiæ ſtuduit, & in alma univerſitate Licentiæ, ac in Ordine Magiſterii laureas prometitus eſt. Trajecti ad Moſam Supprioris, Gandavi, & Brugis Prioris officiis perfunctus, Capituli Provincialis Diffinitor, Eccleſiaſtes celeberrimus, & maximâ laude dignus, morte inopinatâ, Teneramundâ rediens, & à Priore benedictionem petens, ante pedes ejus expiravit Gandavi die 3 Septembris anno 1630.

Scripsit: *Consolationem animæ hinc migrantis. Id est brevem, ac succinctam methodum visitandi, ac consolandi ægrotos, maximè circa horam mortis, quâ agonizantes disponuntur ad piè feliciterque moriendum.* Gandavi typis Cornelii Marii anno 1618 in 12.

Enchiridion concionatorum. Ex roseto aureo Sylvestri Prieratis S. T. D. celeberrimi, Ordinis fratrum Prædicatorum S. Palatii Apostolici Magistri. Antverpiæ typis Gerardi Wolschatii anno 1619 in 8.

Syntaxim instructissimam ad expeditam divini verbi tractationem ex variis conceptibus sacræ Scripturæ ordine alphabetico concinnatam. Antverpiæ typis Guilielmi à Tongris anno 1623 in 8. Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1624 illam Petrus Gussamvillæus presbyter Carnotensis in Gallia, ut reperit concionatoribus utilissimam, denuò prælo subjecit, additis SS. Patrum, & veterum Orthodoxorum authoritatibus suo studio collectis, cum quatuor indicibus. Parisiis anno 1682 typis Joannis de Launay in duobus tomis in 12.

Officinam Sacram biblicam locupletissimam in duas partes divisam, quarum unaquæque quatuor alphabeta complectitur. Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1624 in 8.

Libellum precum ex intimis ad Deum Soliloquiis Sacræ Scripturæ. Flandricè. Gandavi typis Joannis Kerchoven anno 1626 in 12.

Victoriam ac triumphum Sponsæ Christi Apostolicæ, Catholicæ, ac Romanæ Ecclesiæ, & de casu ac ruina pseudo-evangelicæ, Calvinisticæ, hæreticæ Synagogæ, vel congregationis. Flandricè. Gandavi typis Joannis Kerchoven anno 1625 in 8.

Perspectivam Christianæ nobilitatis, quâ vera imago virtutis, ac probitatis, & umbella vanitatis gloriæ mundanæ in propria forma, & ad vivum perspicitur. Quadruplici idiomate, latino, hispanico, gallico, & belgico, in quibus Author erat versatissimus. Antverpiæ typis Hieronymi Verdussen anno 1626 in 8.

Hieroglyphica Sacra, id est, rerum Sacrarum, & divinæ Sapientiæ arcanorum Sacras notas ex Sacris litteris, & Eccle-

ſiæ Doctorum ſcriptis ſtudiosè collectas, ac in ordinem redactas, & breviter explicatas. Antverpiæ typis Guilielmi à Tongris anno 1627 in 12°.

Tubam Dei, ſive ſummæ veritatis vocem monitoriam pro reſtituenda pietate, Religione, Juſtitia collapſa, corrigendiſque præſentis ſæculi abuſibus. Gandavi typis Judoci Doomſii anno 1629 in 8°

Concionum moralium breve & ſuccinctum compendium, in quo ſenſus moralis, & litteralis Evangeliorum dominicarum totius anni, & feriarum quadrageſimæ explicantur. Duaci typis Baltazaris Belleri 1630 in 8°.

Sequentia nonnullorum Scripta recognovit, & edi curavit.

Clavim cellarii divinæ, & humanæ Sapientiæ à R^mo P. Michaële Franciſci ab Inſulis Epiſcopo Salubrienſi, ex Conventu noſtro Inſulenſi aſſumpto, elaboratam. Duaci typis Gaſparis Belleri anno 1613 in 8°, & iterum Gandavi typis Joannis Kerchoven anno 1626, & anno 1627 ſub titulo: *aureum mortis cellarium, ſeu de arte moriendi* adventuale, & quadrageſimale in 8.

Paradiſum concionum, olim Sermones Senſati, dictum, complectentem omnem doctrinam prædicabilem ſuper Epiſtolas, & Evangelia totius anni triplici indice illuſtratum. Antverpiæ typis Hieronymi Verduſſen anno 1613 in 8.

Pratum floridum, ſeu conciones omnes tam de tempore, quàm de Sanctis. P. Hugonis de Prato florido Ordinis noſtri, quas recognovit, & ſummariis exornavit, in quatuor tomos diſtinctas. Antverpiæ typis Petri, & Joannis Bellerorum anno 1617. Parabat etiam *Conſolatorium Theologicum* M. Joannis de Tambaco Ordinis noſtri, Magiſtri Sacri Palatii.

P. PHILIPPUS WANNEMAECKER Gandenſis anno 1598 habitum Ordinis noſtri ſuſcepit à P. Mag. Antonio Ruyſkenſvelt, & anno ætatis ſuæ 16 completo (ut patet ex libro profeſſionum) die 7 Maii 1602 ſolemnem profeſſionem emiſit ſub P. Thoma Zadelaere Priore Gandenſi. Bononiam ſtudiorum causâ miſſus, ibidem, abſolutis ſtudiis, Philoſophiam prælegit. In Belgium redux, Lovanii Lectorem, & Oratorem egit per aliquot annos: deinde Ypris

S. Theologiam explicavit. Tandem cum se adjunxisset Patribus nostris Hybernis recenter Lovanii admissis, ac è Patria pro fide exulibus, ut eorum inopiæ pro sua sedulitate succurreret, in hoc fraternæ charitatis munere diem clausit extremum anno 1630 ætatis 44.

Scripsit *Triumphum litteratorum*, in quo Boromæanæ virtutis imaginem refert. Mediolani typis hæredum Pacifici Ponti anno 1611.

Funus lectissimæ matronæ Justæ Vrientiæ Cl. V. Maximiliani è Justa Wytia f. uxoris N. V. Joannis de Fourneau, domini de Cruycquenburch. Lovanii typis Christophori Flavii anno 1614 in 8o

Orationem Panegyricam de Sanctitate D. Thomæ Aquinatis. Ypris typis Franciſci Belleti anno 1620, & iterum anno 1622 in 8.

Orationem de optimo Reipublicæ Rectore eligendo. Hanc in Capitulo Provinciali habuerat Valencenis anno 1623 cui ad calcem adjecit *arcem virtutis*, sive *de vera animi tranquillitate* à D. Joanne Haurea Vallæi Toparcha compositam. Ypris typis Franciſci Belleti anno 1623 in 8o

Admiranda Deiparæ Rosarii., & *Apologiam Hieronymi Savanorolæ* contra adversarios. Quæ duo opuscula morte præventus non complevit.

P. Ludovicus Hoorenbecke de quo ita habet Necrologium „triginta ferè annis Procuratoris ac Syndici officio „fidelissimè functus est. Singulare exemplum præbuit in „oratione ac devotione, surgebatque singulis noctibus hora tertiâ, & manebat in templo usque ad horam sextam, „vel septimam infallibiliter. Obiit die 3 Maii 1633 ætatis 76.

P. Judocus Cabilliau Aldenardensis cum P. Mag. Petro Woestinio etiam Aldenardensi, indutus, & professus, Prædicator Generalis, Conventuum Calcarienſis, & Brugensis semel, Bruxellensis, & sui Gandensis iteratâ vice Prior, Sanctimonialium nostrarum Brugis, & Auderghemii Confessarius sedulus, speciali gratiâ in regendo præditus, obiit Aldenardæ die 30 Aprilis anno 1631.

P. Petrus Woestinius S. T. D. Provincialis.

P. Mag. PETRUS WOESTINIUS (VAN DE WOESTYNE) Aldenardensis, in festo S. P. Augustini anno 1585 sacrum Religionis habitum susscepit ab eximio P. Mag. Antonio Ruyskensvelt Priore, & anno sequenti die 12 Octobris sub eodem Priore solemnem professionem emisit. Anno 1605 S. T. Baccalaureus formatus. Anno 1606 Prior existens Conventûs Mosætrajectensis in Capitulo Provinciali Lovanii habito, pro prima vice electus fuit in Priorem Provincialem, eodemque anno factus est S. T. Licentiatus, & anno sequenti S. T. Magister. Anno 1610, absoluto Provincialatu, electus fuit in Priorem Conventûs sui, qua in dignitate constitutus interfuit Capitulo Provinciali Buscoducensi anno 1612 primus diffinitor. Anno 1615 in Capitulo Provinciali Bergis pro secunda vice assumptus fuit in Priorem Provincialem. Quantùm tempore hujus sui Provincialatûs allaboraverit pro erectione novi Collegii S. Thomæ Aquinatis in Civitate ac Universitate Duacena, testantur acta Capituli Provincialis Mosætrajectensis anno 1619. Quo in statu dictum Collegium fuerit anno 1627 sub tertio illius Provincialatu, colligitur ex eo, quod studentes Theologi illo anno ex magno Conventu S. Crucis ad hoc Collegium transmigraverint, tuncque studium, & Collegium pervenerint ad desideratam suam perfectionem. Anno 1621 in Capitulo Provinciali Audomarensi pro secunda vice fuit primus diffinitor. Anno 1625 pro tertia vice factus est primus diffinitor in Capitulo Provinciali Gandensi. Anno 1627 pro secunda vice Prior existens sui Conventûs Gandensis, Atrebati in Capitulo Provinciali pro tertia vice electus fuit in Provincialem, quo in munere pro Ordinis incremento adeò sedulam navavit operam: ut illo adhuc anno Collegium S. Thomæ Duaci (ut diximus) fuerit perfectum, & vicariatus Tornacensis sequenti anno die 13 Octobris in Conventum fuerit erectus. Illius etiam curâ, & directione Monasterium Gandense anno 1627 sumpsit exordium, & anno 1628 in festo S. Thomæ Apostoli novum Monasterium inchoatum fuit Tornaci. Anno 1633 pro tertia vice electus fuit in Priorem Conventûs sui.

Erectio Collegii S. Thomæ Aquinatis Duaci.

Vicariatus Tornacensis in Conventum erectus.

Erectio Monasterii Tornacensis.

Erectio Monasterii Gandensis.

Tan-

Tandem obiit die 28 Maii anno 1636 ætatis ſuæ annō 70. Fuit ſpeculum humilitatis, & patientiæ, ut teſtatur Necrologium Conventûs ſui. *Rara virtus humilitas honorata.*

Sacellum S. Catharinæ Senenſis ab iconoclaſtis devaſtatum, anno 1607 Provincialis exiſtens expenſis ſuis reſtauravit, & nonnulla alia Conventui ſuo procuravit.

P. Mag. JOANNES CABILLIAU Aldenardenſis, S. T. D. quondam ſtudii Generalis Duacenſis Regens primarius, Conventuum Yprenſis, & Gandenſis Prior. Obiit die 27 Januarii anno 1637.

P. PHILIPPUS AERTS Gandenſis, profeſſus die 15 Julii anno 1604 per duodecim annos in Anglia commoratus eſt cum D. De Male Sereniſſimi Archiducis Alberti Auſtriaci apud Regem Angliæ Oratore, ubi, ſæviente quantumvis perſecutione in Catholicos, in habitu Ordinis anglicè concionatus eſt, & alia orthodoxæ fidei munia ſedulò adminiſtravit. In Belgium redux Conventûs ſui Suppriorem egit, & poſtea Ypris Priorem. Obiit in pago Moerbeke die 24 Julii anno 1637. Corpus ejus Gandavum delatum in Conventu ſuo ſepultum fuit.

Scripſit flandricè *Theſaurum Spiritualem tertiæ regulæ S. P. N. Dominici* tam pro iis, qui clauſtraliter, quam qui in ſuis ædibus illam obſervant: unà cum ſuis privilegiis, indulgentiis, &c. Regulam illam ſervantibus conceſſis. Gandavi typis Joannis Kerchove anno 1635 in 8.

P. Hieronymus Fabri S. T. D. & Provincialis.

P. Mag. HIERONYMUS FABRI S. T. D. Conventuum Gandenſis, & Brugenſis Prior, Confeſſarius Monialium noſtrarum Brugis, & magni Begginaſii Gandavi, Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris Prior Provincialis. Obiit die 11 Februarii anno 1641.

P. Franciſcus Capronius S. T. D.

P. Mag. FRANCISCUS CAPRONIUS S. T. D. de quo ita ſcribit Nicolaus Vernulæus: *hodie Generale hujus ſcholæ* (Lovanienſis) *ſtudium ſuâ doctrinâ dirigit eximius vir Fr Franciſcus Capronius S. T. Doctor, præclarum ſui Ordinis, & Academiæ decus, in quo nec facundiam deſiderare quiſquam poteſt, nec ullam eruditionem, ingenio & ore magnus eſt.*

Et Valerius Andreas in faſtis academicis Lovanienſibus: *Franciſcus Capronius Gandenſis Ord. Præd. Philoſophus, & Theologus utrimque ſummus.*

Hic anno ætatis ſuæ duodecimo in Conventu noſtro Gandenſi raro exemplo habitum ſuſcepit in feſto S. Bavonis 1598 à P. Mag. Antonio Ruyskenſvelt, & uſque ad annum decimum ſextum completum in novitiatu perſeveravit, tuncque ſolemnem profeſſionem emiſit die 15 Julii anno 1603 ſub P. Thoma Zadelaere. Deinde Philoſophiæ Lovanii, Theologiæ in Hiſpania ita gnaviter incubuit, ut in Comitiis Provincialibus Bruxellis anno 1610 aſſertiones theologicas ex prima, ac tertia parte Divi Thomæ cum omnium applauſu gloriosè ſuſtinuerit. Necdum Sacerdotio initiatus licentiæ laureâ in alma Univerſitate, & poſtea in Ordine Magiſterii gradum aſcendit, deinde ad ſtrictæ facultatis Regentiam in prædicta Academia anno 1625 aſſumptus fuit. Defunctâ Iſabellâ Clarâ Eugeniâ Gubernatrice Belgii, ob ſingularem facundiam, & eruditionem delectus fuit, ut in ſolemnibus illius exequiis orationem funebrem peroraret, quod applaudentibus cunctis, qui aderant, executus eſt. Tandem ſtudii noſtri Generalis Lovanienſis tertiò Regens primarius obiit Lovanii in feſto S. Thomæ Aquinatis anno 1642. Ibidem ſepultus fuit in loco capitulari. Epitaphium illius inveniet Lector benevolus poſt vitam P. Mag. Joannis Antonii Daubermont S. T. D. hujus Conventûs Gandenſis filii Lovanii etiam defuncti, & in eodem loco ſepulti.

P. Mag. Franciscus de Pratere S. T. D. de quo ita habet Conventûs Necrologium: „Vir eminens prudentiâ, „zelo Religionis, regendi dexteritate, & ſuavitate. Sum„mâ ſuâ eruditione ad ſingulos doctrinales titulos, tam in „Ordine, quam in celeberrima Univerſitate Lovanienſi af„cendit. Studii noſtri Generalis Lovanienſis Regens primarius, Conventuum Moſætrajectenſis, Lovanienſis, ac tandem ſui Gandenſis Prior. Obiit die Paraſceves, circa idem tempus, quo Salvator mundi animam ſuam Deo Patri commendavit, anno 1651 ætatis ſuæ 47.

P. Hyacinthus Hermani S. T. Licentiatus, & per viginti annos Alcmariæ in Hollandia Miſſionarius Apoſtolicus. Obiit die 2 Aprilis anno 1651 ætatis ſuæ 51.

P. Victor Blomme Miſſionarius Apoſtolicus Am-

ſtelodami in Hollandia, ubi obiit anno 1652.

P. Henricus Sonius quondam Supprior Conventûs Yprenſis, Leowardiæ in Friſia Miſſionarius Apoſtolicus, ab acatholicis duriſſima perpeſſus eſt, & iteratâ vice incarceratus fuit. Obiit anno 1656.

P. Ægidius Abeel Miſſionarius Apoſtolicus Alcmariæ in Hollandia, ubi obiit 31 Julii anno 1658 ætatis ſuæ 45.

P. Petrus van der Goes de quo ſic habet Necrologium „morum probitate, religiosâ modeſtiâ, animi man„ſuetudine, cordis humilitate, prædicatione verbi Dei, & „promptâ obedientiâ cæteris præluxit. Obiit 6 Auguſti 1658.

P. Conrardus de Jonghe Miſſionarius Apoſtolicus Alcmariæ in Hollandia, ubi obiit anno 1659 ætatis ſuæ 35.

P. Vincentius Clerici Prædicator Generalis, ſui Conventûs Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, de quo ita Necrologium „ab adoleſcentia ſua jugo Domini portando „aſſuetus, plurima Ordinis munia religiosè, & vigilan„ter explevit, pietatis operibus, ac devotioni B. Mariæ „virginis in Roſario apprimè addictus: quippe qui plures „per annos continuos in eccleſia noctes viſus eſt inſomnis „ducere, & in oratione pernoctare. Plurima, & pretio„ſiſſima pro decore domûs Dei procuravit, & viginti „quinque quadrageſimas laudabiliter prædicavit. Obiit die „9 Junii anno 1662 Ordinis & ſacerdotii jubilarius, æta„tis ſuæ anno 86.

P. Jacobus van denHeede S. T. D. & Provincialis.

P. Mag. Jacobus van den Heede S. T. D. ſtudii Generalis Duacenſis Regens, Conventuum Lovanienſis, & Yprenſis ſemel, & ſui Conventûs quartò Prior, Capituli Generaliſſimi anno 1644 Diffinitor, iteratò Provincialis. Hic pro incremento Ordinis plurimùm laboravit. Curâ, & aſſiduis ſollicitationibus ſuis à Concilio Regio anno 1652 erectionem Conventûs Ordini noſtro in Mechlinia obtinuit, Conventûs etiam Bornhemienſis Patrum noſtrorum Anglorum inchoationem conſilio, & auxilio ſuo egregiè promovit, & anno 1654 Monaſterium Monialium noſtrarum Lovanienſium inchoavit. Obiit die 9 Maii anno 1664 ætatis ſuæ 75 in Ordine Jubilarius.

Erectiones Conventuum Buſcoducenſis in Mechlinia, Bornhemienſis, & Monaſterii Lovanienſis.

P. Ambrosius Druwé Prædicator Generalis.

B. M. Ven. P. Ambrosius Druwe' Prædicator Generalis, de quo sic habet Regiſtrum archivi Conventûs noſtri Bruxellenſis, in quo obiit: „hîc non erit capax calamus „ad deſcribendas virtutes, meritaque R. Adm. P. F. Am„broſii Druwé filii Conventûs Gandenſis, ... in „hoc Conventu ſanctè, piè, ac zelosè vixit ..... ejus „nomen celebre erat per totum Chriſtianiſmum.

Ordinem ingreditur.

Gerardimontibus in Flandria natus, in baptiſmo Adrianus vocatus, die 7 Septembris anno 1622 ætatis ſuæ anno circiter decimo ſeptimo in Conventu Gandenſi è manibus P. Judoci Cabilliau Prioris religioſum habitum ſuſcepit, & anno ſequenti ſub eodem Priore ſolemnem profeſſionem, aſſumpto nomine Ambroſii, emiſit die 12 Septembris. Deinde laudabiliter peracto curſu philoſophico, à Capitulo Provinciali habito Atrebati anno 1627 Lovanium miſſus ad ſtudium theologicum, eidem adeo gnaviter operam dedit, ut docebit eventus. Sed quia ſtudium ſine pietate Deo non placere, optimè noverat, nihil aliud deſiderabat, quam occaſionem fovendi religionis ſpiritum, quem in novitiatu hauſerat; quapropter Novitiatum Generalem Pariſiis noviter erectum cæteris Ordinis Conventibus prælegit, in eoque anno 1634. exemplaris vitæ ſuæ odore Confratres ſuos ad obſervantiam regularem ſuaviter allexit.

Pariſiis in Noviciatu Generali commoratur.

Ibidem peccatorum, hæreticorumque converſioni ita ſtrenuè allaboravit, ut mirarentur omnes.

Eleëmoſynas pauperibus diſtribuit.

A Superioribus licentiam petebat diſtribuendi eleëmoſynas ad portam hujus Novitiatûs diſtribui ſolitas. Ante illarum diſtributionem, communem cum pauperibus orationem, & myſteriorum fidei explicationem præmittebat; ut non ſolùm corpora, verùm etiam illorum animæ ſaturarentur.

Concionatur coram Regina Franciæ.

Sereniſſima Francorum Regina Anna Auſtriaca, percepta hujus venerabilis Patris famâ, eum ſæpius in præſentia ſua conciones habere voluit, quas ſummâ veneratione, & attentione audiebat. Et quamvis per hoc Regiæ ſuæ Majeſtatis Eccleſiaſtes dici mereretur, titulum tamen illum præ humilitate numquam aſſumere voluit.

Ejus vitæ ſanctimoniâ motus R^mus P. Nicolaus Rudolphius totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis, qui illo tempore Novitiatum inſtituebat in Conventu noſtro Bruxellenſi, deſideravit P. Ambroſium novellæ plantationi præficere: ſed prævaluêre Pariſienſium preces eum ſecum detinere flagitantium. Cum autem de reformatione Conventûs Bruxellenſis ſeriò ageretur, non permiſit hujus fervidi viri zelus eum Pariſiis diutius commorari. Bruxellas advolans, cum P. Mag. Thoma Leonardi Conventûs Bruxellenſis Priore, aliiſque ejusdem zeli viris dictam reformationem aggreſſus eſt, piſcibus primo die Paſchatis anno 1637 in Refectorium introductis. (Errat Author libri: *l'Année Dominicaine* ad diem 15 Maii, qui P. Ambroſium Novitiatûs Bruxellenſis fundatorem vocat: nam Novitiatus Bruxellenſis erectus fuit die 25 Martii anno 1634, & primi illius directores fuerunt P. Mag. Henricus Scelliers, & P. Franciſcus Antonii, Conventûs Antverpienſis filii)

Reformatio Conventûs Bruxellenſis.

Nec intra parietes domeſticos contineri potuit hujus venerabilis viri ſalutis animarum ferventiſſimus zælus: ſed per urbes, & pagos longè, latèque diſcurrebat, ubique diſſeminans verbum Dei. Sæpè ſæpius quintò, vel ſextò diebus dominicis, & feſtis ad populum conciones habuit: & quamvis laboribus, & pœnitentiæ operibus valdè debilis foret, vocem tamen habebat adeò ſonoram, ut undequaque à circumſtantibus diſtinctè audiretur. Non rarò contigit illum tot laboribus fatigatum, & ad Conventum reducem in templo, gradibus, aliiſque Conventûs locis ſomno oppreſſum, obdormientemque inveniri à confratribus ſuis. Hujus pii viri zelus, animi candor, & vitæ ſanctimonia paulatim, non ruſticis, & plebeis tantum; verum etiam Aulæ Bruxellenſis Magnatibus innotuit, & undequaque, tamquam ad oraculum, conſiliorum & conſcientiarum causâ, ad eum confluebant, & ſecretiorum negotiorum, ac cordium ſuorum arcana mirâ confidentiâ depromebant, quos conſilio, & ſolatio adeò recreabat, ut nemo non contentus ab eo diſcederet.

Quintò vel ſextò unâ die prædicat.

Ob tot gratiæ, & naturæ dotes, non ſolum extraneïis,

verum etiam domeſticis gratiſſimum, & in agendis dexterrimum venerabiles Provinciæ noſtræ Patres anno 1641 Gandavi capitulariter congregati, publicis, graviſſimiſque Provinciæ negotiis in Aula Bruxellenſi pertractandis præfecerunt, & Procuratorem Provinciæ creaverunt. Quantùm, quamque efficaciter pro erectionibus Conventuum Revinienſis, Namurcenſis, Buſcoducenſis in Mechlinia, & Bornhemienſis allaboraverit, in illorum Conventuum hiſtoriis legi poteſt.

Inſtituitur in Procuratorem Provinciæ, & allaborat erectionibus novorum Conventuum.

Defunctâ Coloniæ Mariâ Medicæâ Ludovici XIII Francorum Regis matre, à Sereniſſimo Principe Ferdinando Bavaro Archiepiſcopo & Electore Colonienſi miſſus fuit ad Regem filium, ut ei nomine Sereniſſimæ Celſitudinis condolentiæ ſigna exhiberet. Ad Conventum Bruxellenſem ab illa legatione redux, charitatis opera, renovato zelo reſumpſit, & quâ erat peccatores ad pœnitentiam allicendi gratiâ præditus, maximum ad cor revertentium aggregavit cumulum. Manè horâ quintâ primum celebrabat Sacrum, quo finito, ad confeſſionale properabat, ad quod omnis generis, & conditionis homines, tamquam ad medicum confluebant. Ob continuas occupationes quotidiè prandebat in ſecunda menſa, & valdè modicum temporis ſumendo cibum impendebat. Eodem tempore unâ manu cibum ſumebat, alterâ pium aliquem librum tenebat, ex quo colligebat ea, quibus in ſuis concionibus opus habebat: vix enim aliud ſtudendi tempus ei ſupererat: nam finito prandio, locutorium inveniebat plenum cujuſcumque conditionis hominibus, qui illum ob negotia expectabant.

Ab Electore Colonienſi ad Regem Franciæ delegatur.

Abſtinentiæ, & operibus miſericordiæ ſe totum impendit.

Indè ad ægrotos in domibus, xenodochiis, & hoſpitalibus decumbentes, & ad captivos in carceribus detentos properabat, eos pro poſſe conſolabatur, & quas pro illis emendicaverat, eleëmoſynas charitativè, & juſtè diſtribuebat.

Quamvis tot impedimentis detineri videretur, ab illis tamen ſe tantâ dexteritate expediebat, ut cum Confratribus ſuis divinis officiis intereſſet.

Illuſtriſſimus Princeps Philippus de Croy Princeps Chi-

miacus, Comes Bellomontanus, & Frezinius, Baro de Comines, &c. aurei velleris Eques cum conjuge sua Theodora de Gavere Comitissa proprietaria de Frezin, &c. octennio in sterilitate transacto, maximâ tristitiâ afficiebatur, eò quod improles essent: quod cum innotuit P. Ambrosio, eum pro posse consolatus est, promisitque si cum conjuge sua votum emitteret S. P. N. Dominico, & S. Hyacintho, Deum eis intra anni decursum prolem concessurum. Voto emisso, pia Princeps post novem menses masculum peperit, & in voti solutionem, utrique Sancto figuram pueri argenteam ejusdem cum eo magnitudinis obtulit.

Sterilitas Principissæ Chimiacæ fæcundatur.

Prima proles mascula nascitur.

Postmodum idem Princeps desiderio secundæ prolis à Deo obtinendæ prædictorum Sanctorum intercessione, aliud votum emisit. Nempè ædificandi Conventum Ordini nostro pro duodecim Religiosis, quod & pro voto successit: nam uxor ejus secundum filium enixa est. Cum autem præfatus Princeps nimiùm differret reddere Deo votum suum: P. Ambrosius illum increpavit, dicens: *Deus qui tibi filios dedit, illos auferre potest, si votum tuum non adimpleas.* Mira res. Cum idem Princeps, quamvis admonitus, dictam fundationem ulterius differret, junior filius ejus è vivis ereptus est. Hinc pater ejus dolere cœpit, & timere, ne, si votum suum non impleret, alius quoque filius suus moreretur. Votum igitur renovavit, & reipsâ duos è Patribus nostris Chimiacum misit anno 1648 ut hospitale quoddam ibidem in Conventum mutarent: sed devoti Principis mandatum insidiis quorumdam adversariorum effectu caruit.

Secunda proles mascula nascitur, & paulò post moritur.

Princeps Chimiacus Ordini nostro Conventum erigere molitur: sed frustra.

Anno 1649 conatus est P. Ambrosius à Sereniſſimo Principe Carolo Lotharingiæ Duce, Bruxellis degente impetrare Ordini nostro Conventum in dominio illius Brani-Allodiensi, quem idem Dux libentissimè concessisset, nisi importunis minis eorumdem adversariorum nostrorum conturbatus fuisset.

Item. Carolus Dux Lotharingiæ.

Supradicti Principes videntes, rem pro votis in prænominatis locis non posse succedere, aliò scopum suum direxerunt: nempe in Civitatem Namurcensem, cujus civitatis Princeps Chimiacus jam factus erat Gubernator. Quo

in oppido, ſuperatis novis eorumdem adverſariorum noſtrorum machinationibus, anno 1649 erectus fuit Vicariatus Ordini noſtro, ad inſtantiam P. Ambroſii, qui anno ſequenti in Capitulo Generali Romæ in Conventum fuit erectus. Huic novo Conventui P. Ambroſius aſſignavit Patronos S. Carolum Borromæum, Sereniſſimi Ducis Caroli Lotharingi tutelarem, & S. Hyacinthum Confeſſorem Ordinis noſtri, Principis Chimiaci apud Deum Advocatum. Pari quoque ſollicitudine cum P. Mag. Jacobo van den Heede Conventuali, ac Provinciali ſuo, P. Mag. Joanne Rydero, & Patribus Buſcoducenſibus ab acatholicis pro fide in exilium pulſis ſedulò allaboravit in Aula Bruxellenſi, ut illis liceret Bornhemii, & Mechliniæ Conventum habere, quam piam cauſam in tantùm promovit, ut Patres noſtri Buſcoducenſes Mechliniæ anno 1652, & Patres noſtri Provinciæ Anglicanæ pro fide catholicâ pariter exules Bornhemii anno 1657 Conventus ſuos reſpectivè inchoaverint.

Erectio Vicariatûs & Conventûs Namurcenſis.

Inchoationes Conventuum Buſcoducenſis in Mechlinia, Bornhemienſis, & Revinienſis.

Quantam etiam curam, & operam adhibuerit P. Ambroſius pro inchoatione Conventûs noſtri Revinienſis, patet ex contractu inito cum Sorore Maria Clara de Tartere (Superiore Sororum, quæ monaſterium Revinii tunc poſſidebant, quod poſtea in Conventum Fratrum noſtrorum mutatum fuit) die 24 Julii anno 1652.

Eligitur in Priorem Conventûs Bruxellenſis.

Anno 1657 Patres Conventûs noſtri Bruxellenſis P. Ambroſium, multis titulis digniſſimum, ſibi in Priorem elegerunt. In dignitate Priorali conſtitutus paternam ſuam ſollicitudinem pro communi bono Ordinis, & Patriæ non minuit, ſed adauxit: nam non ſine dolore perſpiciens multa peccata, & præcipuè carnis, Bruxellis graſſari, quæ vix, aut nullatenus impediri poterant, niſi præcisâ peccandi occaſione, undequaque apud Magnates, & plebeios tantam eleëmoſynarum copiam emendicavit, ut magnam indè domum emerit, quam in ergaſtulum commutavit, quæ ex tunc Domus pœnitentium, ſeu Sacellum S. Crucis appellata fuit. Eo in loco recludebat quaſcumque inveniebat mulieres de inhoneſta converſatione convictas, quibus partim

Erectio Domûs Pœnitentium Bruxellis.

partim ex eleëmosynis, partim ex labore manuum illarum de victu & amictu providebat. Si quas verè conversas speraret, illas honestâ dote emendicatâ matrimonio jungi, aut alium statum ipsis congruum amplecti curabat. Illo in loco similes Peccatrices etiamnum detinentur, quæ Patrum nostrorum prædicationibus, & exhortationibus ad pœnitentiam disponuntur.

Conversioni mulierum impudicarum sedulò incumbit.

Mirâ fortitudine (quæ circa ardua versatur) semel mulierem aliquam, à non infimæ notæ viro ad libidinem asservatam, sustulit, & in prædictum ergastulum detrusit, sepositò timore, quem tanti viri authoritas ei incutere potuisset. De simili vitio suspectas charitativè corripiebat, & sine vi suis exhortationibus ad pœnitentiam perducere conabatur.

Quomodo in suo Prioratu vixerit.

Subditos suos ad divinas laudes in choro decantandas exemplo suo præibat, & ad cætera observantiæ regularis exercitia alliciebat. Mediâ nocte ad matutinas primus intrabat. Illis peractis, Confessario suo conscientiæ suæ arcana pandebat, & coram venerabili Sacramento cum summa reverentia orationi inhærebat. Sæpè sæpius disciplinâ in corpus suum adeò acriter sæviebat, acsi insensibile fuisset.

Circa horam noctis tertiam altaria visitabat, & inde ad cellam redux dormiebat usque ad quadrantem ante quintam, quâ horâ, vix gustato somno, se ad celebrandum primum Sacrum præparabat. In altari tantâ cum devotione sacrificabat, ut adstantes ad pietatem raperet. Post gratiarum actionem ad confessionale se recipiebat, quod (ut supra diximus) maximo pœnitentium numero circumcinctum erat. Pauperes, & afflicti ad eum libentius accedebant, quia majorem ab illo, quam ab aliis consolationem accipiebant. Ille pariter pauperes, quam divites libentius audiebat. Summopere oderat mundanam in vestibus pompam, suisque pœnitentibus, quamvis divitibus, contemptum vani ornatûs imprimere satagebat.

Ad infirmum quemdam peste infectum evocatus, eâdem alacritate properabat, ac si communi quodam morbo laborasset. Superveniens medicus, languentisque vultum eminus

Intrepidè permanet apud peſte infectum.

conſiderans, P. Ambroſium de periculo admonuit, dicens: fugiat qui vult eſſe ſanus. Quibus dictis, ſtatim receſſit. Nec his perterritus pius Pater, ſed Socio plus quam ſibi metuens, eum domo exire permiſit, videnſque ægrum à medico derelictum, ei medicinam ſpiritualem charitativè exhibuit, quâ confortatus, & à peccatorum peſte ſanatus, poſt duas horas æternitatis januam ingreſſus eſt.

Pœnitentiæ, & mortificationis exercitiis totaliter extenuatur.

Per plateas incedebat P. Ambroſius onuſtus roſariis, libellis piis, imaginibus, aliiſque ad devotionem excitantibus inſtrumentis, quæ quibuſvis obviis diſtribuebat, eos exhortans ad pietatem, pœnitentiam, & vitæ emendationem. Tibiam habebat nimio tumore repletam, in qua maximos dolores patiebatur, nec aliis carebat infirmitatibus. Laboribus, mortificationis, & pœnitentiæ exercitiis exeſus; non niſi pelle & oſſibus corpus ejus conſtare videbatur, & plus mortui, quam vivi figuram præ ſe ferebat. His non obſtantibus, præ nimio zelo ſemper in plateis adeò infatigabilis erat, ut Socios ſuos, quamvis nonnumquam robuſtos, incedendo fatigaret. Licet ſæpius ad leucam integram à Civitate ægros viſitaret, aut aliis charitatis operibus intenderet, tempus tamen ſuum ita dividebat, ut ſtatuto tempore cum aliis Choro intereſſet. Ante matutinas non dormiebat: ſæpè enim uſque ad mediam noctem per civitatem circuibat ad peccata, quæ de nocte fræquentius committuntur, impedienda. Circa undecimam ad Conventum redire ſolebat, ut cum aliis intereſſet matutinis, quibus finitis, ordinaria ſua (ut dixi ſupra) exercitia peragebat. Cilicium & catenam ferream ordinariè geſtabat, & veſperi nonniſi ſicco pane laſſa membra ſua reficiebat.

Secreta cordium penetraſſe putatur.

Secreta cordium, Deo inſpirante, penetraſſe creditur: nam Novitius quidam faſſus eſt, P. Ambroſium ſibi, adhuc ſæculari, dixiſſe quædam, quæ commiſerat, & quorum nemo, niſi Deus, & cui Deus illa revelaret, notitiam habere poterat. Alteri quoque adoleſcenti conſcientiæ ſecreta indicavit. Contigit etiam P. Ambroſium coram altari orantem in Spiritu cognoviſſe; duos ex ſequela Principis Con-

dæi viros nobiles ad duellum invicem provocasse, conflictûsque locum jam jam statutum. Cum autem dies ille multùm solemnis esset, quo ei, ut Priori, officium divinum peragendum erat, Sacræ theologiæ Regentem misit ad Condæum, ut eum de periculo præmoneret. Prædictus Princeps, hoc audito nuntio, ambos commilitones ad se vocavit, & severius increpavit: sed illi attoniti totum pernegarunt. Tum Princeps ad eos: P. Ambrosius me de hoc præmoneri fecit. Hoc audito, magis obstupuerunt, & candidè fassi sunt, nemini id fuisse notum, nisi sibi, & soli Deo. Idem Princeps in recognitionem tanti beneficii à Deo recepti, ad instantiam P. Ambrosii Patribus nostris Vicariatum procuravit in civitate Cameracensi anno 1658 (qui ejusdem, aliorumque Principum & Magnatum commendatione à Senatu, Populoque Cameracensi in Conventum fuit admissus anno 1660, cujus admissionis litteras ego anno 1712 ibidem Vicarius existens, vidi & legi; sed non consentiente Capitulo Metropolitano, admissio illa successu caruit) & in signum specialis erga P. Ambrosium, Ordinemque nostrum affectûs in refectorio ejusdem Vicariatûs manducare voluit cum Illustrissimis Dominis Duce Arschotano, Marchione de Caracena, aliisque Magnatibus, qui ex summa erga P. Ambrosium veneratione, sub silentio prandium sumpserunt.

Instans duellum absens cognoscit, & impedit.

Inchoatio Vicariatûs Cameracensis.

Carolus Stuart Anglorum Rex à Regno exul, Sacellum regium in ecclesia Conventûs nostri Bruxellensis ingressus cum Principe Condæo, Duce Arschotano, aliisque Proceribus, ibidem confabulari cœpit in præsentia Sanctissimi Sacramenti fidelium adorationi publicè expositi. P. Ambrosius id videns, modestè eos accessit, & de reverentia tanto Sacramento debita blandè admonuit, quam admonitionem, non solum prædicti Principes, verum etiam ipse Rex, quamvis acatholicus, humanissimè acceptarunt, videntes illam nonnisi ex bono zelo honoris Dei procedere.

Carolum Regem Angliæ in Ecclesia confabulantem admonet.

Quidam Belgii Magnates, & ex sequela Principis Condæi non infimæ notæ Nobiles, inter se discrepantes, invicem ad horribilem conflictum provocaverant. Quod ne-

Instantem quorumdam conflictum detestandum impedit.

fandum instans certamen mox ut, Deo revelante, P. Ambrosio innotuit, eò accurrit, & acerbos animos, Deo juvante, placavit, ac tot Illustrium virorum interitum feliciter impedivit.

Fit Prædicator Generalis.

Anno 1663 Provinciæ nostræ Patres in Capitulo Provinciali Gandavi, in aliqualem laborum mercedem, P. Ambrosium Prædicaturæ Generalis titulo, & privilegiis honorarunt loco defuncti P. La Motte Prædicatoris Generalis Conventûs Bruxellensis, quem titulum P. Ambrosius, nonnisi reluctans, tandem acceptavit.

Constantissima ejus patientia in ultima ægritudine quammaximè eluxit: nam licet laboribus, mortificationis, & pœnitentiæ exercitiis totaliter esset extenuatus, & minimis doloribus tolerandis incapax videretur: de medicorum tamen consilio necessarium esse judicatum fuit, quod quædam frusta carnis è corpore ejus exscinderentur, ne cancer per ulcera repens totum corpus inficeret.

Durissimam hanc Chirurgiæ operationem tantâ fortitudine, & patientiâ toleravit, acsi sensus nullus suo corpori inesset.

Moritur cum opinione Sanctitatis.

Tandem cœlo maturus, Sacro Viatico, & extremâ Unctione susceptis, piè & placidè in Domino obdormivit in Conventû Bruxellensi die 9 Maii anno 1665.

Mox dolor ingens per universam illam urbem populosissimam visus est, & inexplicabilis cujusvis generis, & conditionis hominum numerus ad Conventum confluxit, ut viri quem Sanctum dicebant, cadaver intuerentur.

De eo sic testantur acta Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1670

§. *Fratres, & Sorores, qui pretiosâ in conspectu Dominæ morte obierunt.*

Præclarum de illius Sanctitate testimonium.

„ §. *In Provincia Germaniæ inferioris.* In Conventu Bru-
„xellensi venerabilis vir Dei P. F. Ambrosius Druwé filius
„Conventûs Gandensis celeberrimam apud omnis generis
„homines Sanctitatis opinionem de se reliquit..... à
„defuncti vestibus piâ veneratione discerpendis, insolito
„planè per Belgarum climata populorum fervore, vix po-

„tuerunt obicibus, & cuſtodibus opportunè appoſitis amo-
„veri : à Roſariis verò, & aliis, quà licuit, admovendis,
„floribuſque corpori inſperſis expetendis, ne vix quidem
„amoveri potuerunt fideles, uno velut ore Sanctum accla-
„mantes. Et plurimi, tum intra, tum extra Bruxellas,
„pietate inſignes, pro inſigni munere quidquid à P. Am-
„broſio eſſet, expetiêre.

„ Etiam cæleſtis ejus gloria revelata prædicatur, & im-
„preſſa de eo hominum mentibus opinio Sanctitatis cum
„tempore creſcit.

Ut hominum devotioni fieret ſatis, veriſſimam venerandi illius cadaveris effigiem æri incidi oportuit, cujus impreſſæ imagines maximo numero fuerunt diſtributæ, & à fidelibus ſummâ veneratione aſſervatæ.

Laminam hanc æneam ego Bruxellis exiſtens anno 1715 à digniſſimo P. Jacobo de Bode Exprovinciali, Jubilario, &c. P. Ambroſii, dum viveret, fideli Socio accepi, & nunc renovari curavi. Eadem hæc eſt, quæ hîc habetur in ~~initio~~ vitæ ejus.

Scripſit gallicè : ſed præ humilitate ſuppreſſo nomine, *Exercitia Spiritualia Fratrum Converſorum, tam primi, quam tertii Ordinis S. Dominici, & omnium aliorum devotè vivere volentium.* Bruxellis anno 1638 in 8° authore F. A. D.

Compendium vitæ S. Hyacinthi nobilis Poloni. Authore F. A. D. Bruxellis anno 1638 typis Martini de Boſſuyt in 12° etiam gallicè.

Ex latino in gallicum vertit librum cui titulus : *Trophæa Illuſtris Ambroſii Spinola Generalis exercitûs ſuæ Catholicæ Majeſtatis* à Vernulæo latinè exaratum. Interprete, ut habetur in fronte libri, Religioſo quodam Ord. FF. Præd. Collegii Patrum Hybernorum Lovanii, in quo tunc habitabat.

P. Gregorius Lovel ex nobilibus parentibus in Anglia natus, ut fidem Catholicam illibatam conſervaret, in Belgium venit. Deinde in Conventu Gandenſi ſe triplici votorum vinculo Deo devovit, & regularis vitæ ſpiritum, quem in Novitiatu hauſerat, toto vitæ ſuæ de-

curſu retinuit. Obſervantiæ cuſtos erat adeò fervidus, ut Regulæ & Conſtitutionum, ne apicem quidem præteriret: ſolitudinis, & orationis amator ſingularis, & quia, ob belgici idiomatis imperitiam, ad populum Sacra verba habere non poterat, vitâ & moribus prædicare non deſtitit. Silentium ne frangeret; dum tamen rationabilis causâ aderat, nutibus, & ſignis, vultu ſemper placido, reſpondebat. Alio verò tempore, quo loqui fas erat, cum P. Mag. Petro Dierckens viro planè aſcetico ac ſpirituali directore ſuo, nonniſi de Deo, rebuſque divinis ei ſermo erat, ſeque invicem ad obſervantiam regularem fraternè animabant.

In officio divino, diurno pariter ac nocturno, niſi gravi detentus infirmitate, primus erat & ultimus, & id, quod præter hoc ſupererat temporis, orationi impendebat: hinc nonniſi in templo, aut in cella ſua quærendus erat. Pro ſua erga Deiparam devotione quotidie Roſarium perſolvebat, & imaginem ac altare ejus in loco Capitulari piâ ſollicitudine adornabat.

Paupertatis adeò tenax erat, ut nonniſi tritis, quas alii depoſuerant, veſtibus uteretur. Imago Crucifixi, Thomæ à Kempis opera, exercitia ſpiritualia, lectulus & menſula, tota illius cellæ ſupellex erat.

Adeò profunda erat ejus humilitas, ut natalium ſuorum nobilitatem abſconderet, & à nullo hominum ſciri deſideraret, & ut erat rerum humanarum contemptor generoſiſſimus; ita cæleſtium ſectator avidiſſimus erat. In illarum meditatione, præ gaudio, genæ ejus lachrymis madebant, & iterata ſuſpiria prodebant internum animi fervorem.

Confratres ſuos, maximè juniores, ad regularis diſciplinæ obſervantiam exhortans, mellifluis alloquiis dicere ſolebat: ô ſi ſciretis, fratres chariſſimi, quam tenera, & delicata ſit divina gratia, etiam à minimis Regulæ, & Conſtitutionum tranſgreſſionibus, ab una fractione ſilentii, vobis ſollicitè caveretis. Mortificationi totus addictus: corpus jejuniis, ciliciis, flagellis, aliiſque auſteritatibus affligebat; ut Deo, non ſibi viveret. Verus Iſraëlita, in quo dolus non erat, à Superiorum, & ſpiritualis directoris ſui

nutu pendebat. His aliisque virtutibus ornatus, post vitam quasi angelicam, è terrenis, quæ spreverat, ad cælestia, quæ semper amaverat (ut confidimus) evolavit die 30 Novembris anno 1673 ætatis suæ 58 professionis 37.

P. Ægidius de Lalaing ex nobilissima stirpe natus Gandavi, ibidem Ordinem nostrum amplexus, Philosophiæ Lovanii, Theologiæ verò Segoviæ in Hispania studuit, quam postea Osnaburgi in Germania, & Gandavi per plures annos docuit. Leowardiæ in Frisia Missionarium Apostolicum egit ab anno 1625 usque ad annum 1643 quo Groeningam ad idem munus obeundum missus fuit successurus P. Arnoldo Steur Conventûs Antverpiensis ob multorum acatholicorum, & nonnullorum Ministrorum, seu pseudo-Prædicantium ad fidem catholicam conversionem incarcerato, & in exilium pulso: verum cum nec ipse Groeningæ subsistere posset, coactus fuit in circumjacentibus villulis morari, quò Catholicos Groeninguæ degentes sæpissimè clanculò visitabat, eisque omnem viro Apostolico condignam operam impendebat. Inde Osnaburgum secessit, ubi in Priorem fuit electus. Ad suos deinde redux obiit Gandavi in senectute bona die 12 Maii anno 1674 ætatis suæ 83 religiosæ professionis 67.

Scripsit flandricè *Historiam de ortu, progressu, & excellentiis, gratiis, indulgentiis & miraculis celeberrimæ Confraternitatis SS. Rosarii* duobus tomis in 8 comprehensam. Antverpiæ typis Joannis Cnobbaert anno 1630, cui operi tertiam partem addidit in editione Gandensi typis Maximiliani Graet anno 1655.

Consolationem Scrupulosorum flandricè. Bruxellis typis Guilielmi Scheybels anno 1647 in 12.

Ex latino in flandricum vertit *Exercitia Spiritualia decem dierum.* Item devotissimum exercitium *de Passione Domini.* Utrumque latinè compositum, & editum à P. Mag. Petro Dierckens S. T. M. hujus Conventûs filio. Gandavi typis Maximiliani Graet 1660 in 8.

Manipulum historiarum in honorem SS. Nominis Jesu, & detestationem blasphemiarum, &c. Antverpiæ typis Jacobi Mesens 1663 in 8.

Clavim incomparabilis thesauri Ecclesiæ in qua probat valorem indulgentiarum, tam pro vivis, quam pro mortuis, contra sui temporis hæreticos M. S. in 4 approbatum anno 1637 etiam flandricè.

Ex gallico in flandricum vertit *Vitas Sanctarum, & Beatarum Ordinis nostri* à P. Joanne à S. Maria, alias Rechac gallicè editas M. S. 2. vol. in folio, quibus vertendis quinque annos impendit. Asservatur Gandavi apud moniales nostras, in quarum usum illas in flandricum vertit.

Triumphum animæ rationalis Deum amantis, flandricè M. S. in 4 quod opus, absoluto Capite 34 morte præventus imperfectum reliquit.

Scripsit latinè

Motiva conversionis cujusdam hæretici à se ad fidem Catholicam allecti, dum Osnaburgi moraretur M. S. in 4.

Tractatum contra illos, qui Confraternitatem SS. Nominis Jesu sibi vendicare volebant. M. S.

De Mirabilibus Naturæ. M. S.

Dialogum inter corpus & animam *de perfectione vitæ Christianæ.* M. S.

P. Mag. Petrus Dierckens S. T. M. Gandavi natus, die 27 Aprilis anno 1620 Ordinem nostrum professus. Absolutis studiis, Bergis S. Winoci, & Lovanii Philosophiæ Lector. Deinde Magister studii, & studii nostri Generalis Lovaniensis Regens. Discipulos suos non solum in iis quæ studii erant, verùm etiam in pietate, ac regulari observantia diligentissimè instruebat: erat enim Regulæ, & Constitutionum tenacissimus. Ob vitæ regularis zelum Gandavi Magister Novitiorum, sæpius Capitulorum Provincialium Diffinitor, & iteratâ vice Vicarius Provincialis. Non solùm Ecclesiasticis, sed & Sæcularibus in summa veneratione erat, & quamvis infirmæ semper esset valetudinis, à scribendis tamen libris, quibus devotionem, & observantiam regularem promoveret, vix umquam abstinuit. Tandem post calculi dolores per 40 annos patientissimè toleratos, prædicto, ut fertur, mortis suæ die, obiit in vigilia S. P. N. Dominici anno 1675.

Scripsit

Scripsit *Exercitia Spiritualia decem dierum* cum optimis regulis ad dilectionem Dei consequendam conducentibus, quibus adjecit devotissimum Exercitium *de Passione Christi.* Gandavi typis Maximiliani Graet anno 1659 in 8 quæ in flandricum vertit P. Ægidius de Lalaing hujus Conventûs filius. Gandavi typis Maximiliani Graet anno 1660 in 8.

Tractatum brevem de vita contemplativa unà cum quibusdam annotationibus, seu additionibus tractatui Exercitiorum Spiritualium apponendis. Item tractatum brevem *de annihilatione, & abnegatione suiipsius inter cruces, & tribulationes.* Gandavi typis Maximiliani Graet anno 1663 in 8.

Tractatum brevem de obligationibus Regulæ, & Constitutionum in sacris Religionibus. Gandavi typis Maximiliani Graet anno 1667 in 12. Hunc tractatum cum immediatè præcedenti in flandricum vertit P. Petrus Mallants Carthusianus Lyræ.

Denique omnes supradictos tractatus, sed primum exercitiorum decem dierum in multis auctum, iterum simul evulgavit Gandavi typis prædicti Maximiliani Graet anno 1671 in 8.

P. Anselmus Stalins, filius D. Ægidii in supremo Belgii Concilio Consiliarii, & D. Isabellæ Canin: quondam Procurator, Supprior, Conventuum Gandensis, & Buscoducensis in Mechlinia iteratâ vice Prior, ut Deo, & saluti suæ liberius vacaret, per duodecim annos ante mortem in cella sua quasi eremiticam vitam duxit ab omni hominum consortio prorsus alienam, soli meditationi, aut orationi inhærens. Obiit die 23 Junii anno 1683 ætatis suæ 83 professionis 62.

P. Joannes Spanoghe Leowardiæ Frisiæ metropoli Missionarius Apostolicus, Prædicator Generalis, & quondam Magister Novitiorum.

P. Joannes Spanoghe Sororis suæ mortem absens scivit, & populo annuntiavit.

Hic, ut fertur, eodem die quo Soror sua (Sr Maria Spanoghe quæ obiit die 3 Octobris 1676) Gandavi in Monasterio Monialium nostrarum velata, obierat, ejus obitum in publica concione declaravit, ejusdemque animam auditorum precibus commendavit: quamquam de obitu ejus nihil certi

per homines, niſi poſt octo dies, ob diſtantiam loci, per communem curſorem reſciverit.

Nec ſolum diem obitûs Sororis ſuæ ſcivit, ſed & ſuum prædixiſſe, perſonæ fide dignæ teſtatæ ſunt P. Ludovico Meyere Prædicatori Generali moderno Priori Conventûs Vilvordienſis, Conventûs Gandenſis filio, dum Leowardiæ Miſſionarium Apoſtolicum ageret. Nam cum dominicâ primâ menſis ſano & vegeto corpore intra miſſarum ſolemnia de more concionatus fuiſſet, ac poſt meridiem horâ primâ doctrinam Chriſtianam, ſeu Catechiſmum explicaſſet, veſperi completorium exhortatiunculâ de SS. Roſario concludens, his verbis auditores allocutus eſt: Chariſſimi auditores, ſummas vobis ago gratias de collatis mihi beneficiis, & eleëmoſynis mihi datis. Deus erit merces veſtra. Hæc concio mea ultima. Nullam poſt hanc amplius faciam. Orate pro me. Omnes mirabantur, nec quid verba illa vellent, capiebant. Veſperi ſumptâ collatiunculâ, ſanus ad cubiculum ſuum ſe recepit. Inter decimam, & undecimam noctis horam tabulatum pede ſuo fortiter percuſſit, quo ſigno ambæ ancillæ excitatæ accurrerunt, illumque recto corpore in ſedili ſedentem, mortuum invenerunt, & prædictionem optimi Paſtoris ſui veriſſimam fuiſſe, agnoverunt.

Mortem ſuam prædixit.

Defuncti corpus in inferiori cubiculo per octiduum publicè expoſitum, ita incorruptum permanſit, acſi incorruptibile fuiſſet. Herbæ ac flores more patriæ ad ornatum appoſiti, qui aliàs citò flacceſcunt, ad ſtuporem omnium toto illo octiduo adeò vividi permanſerunt, ac ſi primùm appoſiti fuiſſent. Obiit anno 1684.

P. Bernardus de Baets Alcmariæ in Hollandia Miſſionarius Apoſtolicus. Ibidem obiit anno 1686.

P. Joannes Antonius Daubermont.

P. Mag. Joannes Antonius Daubermont ex nobiliſſimo ſanguine progenitus, Sylvæducis natus, Gandavi Ordinem noſtrum profeſſus die 11 Aprilis anno 1633 ſtudiis incubuit partim Lovanii, partim Coloniæ ſub P. Mag. Thoma de Sarria, poſtea Archiepiſcopo Tranenſi, deinde Archiepiſcopo Tarantino, quibus abſolutis, Lovanii Phiſoſophiam, Calcariæ, & Gandavi theologiam moralem;

Studet in Germaniæ

Scholasticam deinde Lovanii docuit, ibidem studii nostri Generalis Regens, in alma Universitate doctoralem lauream reportavit die 20 Octobris anno 1652. Postea difficillimis temporibus Leowardiæ in Frisia Missionarii Apostolici munere laudabilissimè perfungens, ibidem juri incubuit, & privatim docuit. Lovanium revocatus, & Regens primarius constitutus, post mortem P. Mag. Thomæ Leonardi anno 1668 in strictæ facultatis Professorem Regentem assumptus fuit.

Incumbit missioni Apostolicæ.

Ferventissimus erat doctrinæ Thomisticæ zelator, & prærogativarum S. R. E. acerrimus propugnator. Pro bono Ecclesiæ, Patriæ, almæ Universitatis Lovanienſis, & Religiosorum Ordinum plurimùm laboravit, & maturo suo consilio, ac solidis resolutionibus profuit.

Pro Ecclesia, S. Thoma, & Patria decertat.

Ob singularem in perorando facundiam præ cæteris delectus fuit ad habendas orationes, tam panegyricas, quam funebres. Anno 1650 in ecclesia Conventûs nostri Lovanienſis laudavit S. Thomam Aquinatem Doctorem Angelicum, die 28 Novembris anno 1665 in ecclesia collegiata D. Petri Lovanii planxit Philippum IV Regem Catholicum sub exequiis illius à Senatu, populoque Lovanienſi funebri ac magnifico cultu celebratis. Pari modo luxit Ill^m D. Eugenium Albertum Dallemont Episcopum Gandavensem in ecclesia illius Cathedrali die 21 Januarii anno 1674.

Cum pro antiquis, & veris Ecclesiæ Romanæ prærogativis Lovanienſium doctrinam scripto illustrasset, quæsivit ex illo Eminentissimus Cardinalis Cibo nomine Innocentii XI summi Pontificis: quid post tot labores à sua Sanctitate desideraret. Nihil aliud se percupere respondit: nisi Apostolicam benedictionem ad benè moriendum.

Notatu dignum ejus responsum D. Cardinali Cibo.

Tantæ erat humilitatis, ut nollet ulla post mortem sibi dari elogia; sed exoptaret, ut anima sua fratrum, ac fidelium suffragiis commendaretur hoc modo: obiit Fr Joannes Antonius Daubermont Ordinis Prædicatorum, dignentur pro eo Deum orare. Obiit Jubilarius, & trium Capitulorum Provincialium Diffinitor, die 22 Novembris 1686.*

Magna illius humilitas.

Moritur.

Scripsit: *Doctrinam, quam de Primatu, Authoritate,*

* Vide errata corrigenda.

ac infallibilitate Romani Pontificis tradiderunt Lovanienſes. In qua Doctorum Lovanienſium Sententiam propriis ipſorum verbis exprimit. Impreſſam anno 1682 in 4.

Mantiſſam celebrium in Belgio, & Gallia Scriptorum &c. declarationi Cleri Gallicani de eccleſiaſtica poteſtate nuper editæ oppoſitam, cui adjecit *Diſſertationem de immediata Epiſcopalis, & Synodalis jurisdictionis origine* impreſſam anno 1683 in 4.

Epitaphium hujus Eximii Patris, P. Mag. Franciſco Capronio conſepulti, conſpicitur in loco Capitulari Lovanienſi, ubi corpora eorum requieſcunt:

D. O. M.

„ Et religioſis manibus Adm. Rever. ac Eximii Patris P. „F. JOANNIS ANTONII DAUBERMONT, quem hæc alma „Univerſitas S. Theol. Doctorem, Facultas Theologica „Profeſſorem Regentem, Schola domeſtica primarium „Moderatorem, Provincia iteratis vicibus Diffinitorem ſuf„pexerunt. Repentinâ morte ſublatus eſt ætatis anno 74 „quod mortale habuit, hîc poſuit: ubi dudum requieverat „Adm. Rev. ac Ex. Pater F. FRANCISCUS CAPRONIUS, „eodem Ordine, Conventu, Magiſterio, meritis, ac dig„nitate Frater. Patribus ac Magiſtris ſuis æternùm colen„dis, uno tumulo ſociatis, hoc amoris, & gratitudinis „monumentum poſuit Conventus Gandavenſis Ord. Præd. „obierat hic 7 Martii 1642. Secutus eſt ille 22 Novembris „1686. Requieſcant in pace.

P. CAROLUS MYLEMAN S. T. Licentiatus, ſui Conventûs Supprior, & Lector moralis. Gandavi natus, Ordinem noſtrum profeſſus eſt die 30 Novembris anno 1628. Lovanii Philoſophiam, & in percelebri Abbatia Tronchinienſi Ordinis Præmonſtratenſis propè Gandavum Sacram Theologiam docuit. Indè zelo pietatis ductus, Romam ad limina Apoſtolorum, & Surianum, Calabriæ oppidum, ad S. P. N. Dominici imaginem thaumaturgam profectus eſt. Deindè ad ſuos redux, devotionem erga prædictam imaginem, quam Suriani, & Romæ viderat, in Belgium invexit, ſcriptis ſuis illuſtravit, & propagavit. Obiit die

28 Auguſti anno 1688, Ordinis, & Sacerdotii Jubilarius ætatis ſuæ anno ferè 80.

Scripſit flandricè *Compendium Miraculorum imaginis S. P. N. Dominici in Soriano.* Gandavi typis Balduini Manilii anno 1650 in 12. Et iterum typis ejusdem, adjecto tractatu, cui titulus: *Origo Communionis feriis tertiis in honorem ejuſdem Sancti.* Cum altero: *facilis & efficax methodus numquam peccandi.* Nec non opuſculo: *Maledictus homo, qui peccat ex præſumptione* in 12 annis 1670, 1671 & 1674.

Libellum aſceticum continentem efficaciſſimas conſiderationes ad patienter ferendas infirmitates, & alias afflictiones. Item & *Methodum adjuvandi agonizantes.* Gandavi typis Balduini Manilii anno 1671 in 12.

Praxim colendi S. Liborium, ut præſervemur à calculi doloribus. Ibidem anno 1674.

Artes dæmonum, quibus homines ad infernum protrahunt.

P. Petrus Baselius Gandenſis, Concionator fervidus, obiit Gandavi die 30 Martii anno 1689 ætatis ſuæ 59.

Scripſit *glorioſum Ordinis Ciſtercienſis Lilium in utroque orbe ſuaveolenti virtutum, ac ſanctitatis germine ſemper floridum.* Gandavi typis Michaëlis Maſii anno 1671 in 4.

P. Mag. Raymundus Matthys S. T. D. ſtudii Generalis Lovanienſis Regens, Magiſter Novitiorum, ſui Conventûs Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, futuri Capituli Generalis Diffinitor electus, devotionis SS. Nominis Jeſu, & Militiæ Angelicæ S. Thomæ Aquinatis promotor zeloſus, multas quadrageſimas in variis Belgii civitatibus laudabiliter prædicavit, & in exequiis P. Mag. Joannis Antonii Daubermont doctiſſimam Orationem funebrem habuit. Obiit die 11 Maii anno 1690 ætatis ſuæ anno 51.

P. Joannes Indervelde Miſſionarius Apoſtolicus Leowardiæ in Friſia obiit anno 1692 die 1 Novembris.

Fr Isaac Bernage tertiarius, cæcus, quotidie toto manè Sacerdotibus ſacrificantibus inſerviebat, ſumpto prandio, ad eccleſiam redibat, & ibidem uſque ad cœnam orationi, & meditationi vacabat. Obiit die 27 Junii anno 1693 ætatis ſuæ 66 profeſſionis 41.

P. Philippus Wycart ex Sacerdote Sæculari hujus Conventûs Religioſus, muſicæ peritiſſimus, B. Mariæ virginis Roſario devotiſſimus, Regulæ, & Conſtitutionum tenaciſſimus, orationis, & pœnitentiæ exercitiis jugiter intentus, Organiſta, & Cantor. Obiit die 22 Februarii 1694 cùm ex continua mortificatione, & pœnitentia ſolâ pelle, & oſſibus corpus ejus conſtare videretur.

Scripſit maximæ molis librum pro directione horologii, & tintinabuli urbis Gandavenſis, quem ejusdem civitatis Magiſtratui obtulit.

P. Macharius Joncheer Gandenſis, Groeningæ Miſſionarius Apoſtolicus, qui rapinam bonorum ab acatholicis ob fidem in eum irruentibus cum gaudio ſuſtinuit, & in perſecutionibus plurimis, dum in Friſia, & Groninga fides Catholica ferè oppreſſa gemeret, & acatholici quotquot invenire poterant Sacerdotes incarcerabant, intrepidum ſe fidei zelatorem exhibuit. Obiit Groningæ poſt quatuordecim annorum pro fide certamen die 10 Septembris anno 1694 ætatis ſuæ 51 profeſſionis 31.


P. Augustinus Clippelius quondam Sacriſta, Syndicus, Conventuum Lovanienſis ſemel, & ſui Gandenſis quintò Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, per multos annos Magni Begginaſii Gandenſis Director ordinarius. Obiit anno 1700 Ordinis, & Sacerdotii Jubilarius.

P. Ludovicus van der Hostyne Prædicator Generalis, & Ultrajecti in Hollandia Miſſionarius Apoſtolicus. Hic anno 1678 quo Antverpiæ graſſabatur morbus quidam contagioſus, & ignotus, qui plurimos è vivis rapuit, fraternæ charitatis zelo æſtuans, diu, noctuque per parochiam S. Georgii diſcurrebat ad ægrotos, quos ſacroſanctis Eccleſiæ Sacramentis muniebat, & agonizantes piis exhortationibus, & precibus adjuvabat. Deindè à Superioribus ad Miſſionem Ultrajectinam miſſus, idem munus Apoſtolicum non minori zelo ibidem obivit uſque ad diem 9 Novembris anni 1701 quo ibidem obiit ætatis ſuæ anno 53 profeſſionis 37.

P. Petrus Cachoier Prædicator Generalis pro Conventu Zittardienſi, Neomagi in Geldria Miſſionarius Apo-

ſtolicus, & diſtrictûs Neomagenſis Decanus (Chriſtianitatis ut vocant) obiit ibidem anno 1702.

P. JOANNES BAPTISTA VAN WAESBERGHE S. T. Licentiatus, Alcmariæ in Hollandia Miſſionarius Apoſtolicus. Ibidem obiit 7 Novembris 1702.



APPENDIX PRIMA

De Rmo P. Guilielmo van Oſoris Epiſcopo Sareptano.

REverendiſſimus P. Guilielmus van Oſoris Conventûs Audomarenſis filius, de quo ſic ſcribit antiquum Regiſtrum hujus Conventûs Gandenſis folio 173 *ut plurimùm ætatem egit Gandavi, ſuorum fratrum delectatus convictu.* Ibidem etiam obiit, & ſepultus fuit.

Anno 1450 conſecravit altare novum ſub organis eccleſiæ Abbatiæ S. Bavonis Gandavi (quæ nunc in fortalitium mutata eſt) in honorem S. Vincianæ, & S. Landradæ. De Abbatia S. Bavonis Gandavi

Ex manuſcripto Codice de origine, & progreſſu Monaſterii S. Agnetis Ordinis Canonicarum Regularium Gandavi, qui curâ ven. D. Helenæ de Montmorencii ejusdem loci Prioriſſæ, & ſub cuſtodia D. Joannis Cocquut anno 1578 ab hæreticorum rabie præſervatus fuit, excerpſi hæc ſequentia: „anno 1434 ex venerabili Congregatione Soro-

De Monaſterio *Sion* Aldenardæ.

„rum *Sion* apud oppidum Aldenardenſe, quæ tunc temporis adhuc ſine habitu Religionis, & ſine vinculo voto„rum Deo ſervientes in communi, & voluntaria pauperta„te vivebant, aliquæ illarum Sororum ad dilatandum exem-

De Monaſterio S. Agnetis Gandavi.

„plum ſuæ devotionis mittuntur ad Oppidum Gandenſe, „nulla bona temporalia ſecum ferentes, præter veſtimenta, „quibus erant indutæ, & ibidem incipiebant habitare tam„quam pauperes ignotæ peregrinæ in parva domuncula, „quæ ipſis à bono devoto presbytero D. Ægidio Spierinck „data erat in meram eleëmoſynam propter Deum.

Succeſſu temporis de eligenda quadam Regula ab Eccleſia approbata, & amplectendo ſtatu clauſtrali inter ſe convenerunt, elegeruntque Regulam S. P. Auguſtini, & ſtatuta Canonicarum Regularium.

„Imprimis libellus ſupplex diligentiâ Magiſtri Ægidii, „& Magiſtri Petri de Jonghe Decani Chriſtianitatis Ganden„ſis compoſitus, & manibus ejusdem Magiſtri Petri, & „Domini Matthiæ Fierins oblatus fuit D. Epiſcopo Torna„cenſi, qui maturâ religioſarum, & aliarum diſcretarum „perſonarum habitâ informatione de ſitu, & capacitate lo„ci, ac aliarum rerum ad Monaſterium conducentium, „Epiſcopali poteſtate, & ex ſua certa Scientia prædictam „*domum S. Agnetis* erexit in domum Conventualem, & Mo„naſterium Monialium clauſarum Ordinis Canonicarum Re„gularium S. Auguſtini anno 1454.

His peractis, ſtatim accerſitæ ſunt duæ Sorores ex Mo-

De Monaſterio undecim millium Virginum Lovanii.

naſterio undecim millium Virginum Ordinis Canonicarum Regularium Lovanii, quæ, dum ad præfatum Monaſterium Gandenſe pervenerant, officiis ſibi deſtinatis deputatæ fuerunt.

„ Soror Catharina van der Schelden, quæ eouſque Mater,

„&

„& Magiſtra illius domûs fuerat, facta eſt Procuratrix. „Deſuper eodem anno in feſto S. Bavonis, id eſt, primâ „die Octobris benedictum fuit primum, & antiquum Cœ- „miterium ad meridiem Monaſterii juxta murum Bilocæ per „Dominum Wilelmum Epiſcopum Sareptanum, Domini „Tornacenſis Reverendi Vicarii in Pontificalibus. Poſtea „die 26 Novembris, quæ erat poſtridie feſti S. Catharinæ „quinque antiquiorum Sororum indutæ ſunt habitu Novi- „tiarum. Primæ indutæ ejusdem Monaſterii: nempè qua- „tuor; ut fierent Moniales, & una Converſa. Soror Ca- „tharina vander Schelden, Soror Walburgis van Thorout, „Soror Catharina van Aelſt, & Soror Joanna van Aren Mo- „niales, & Soror Barbara van Hole Converſa. Quarum „Soror Catharina vander Schelden eodem die emittebat pro- „feſſionem ſolemnem, & accipiebat ſacrum velum ex de- „voto ſuo deſiderio, amicorum conſilio, & licentia Do- „mini Tornacenſis. Quo etiam die prædictus Epiſcopus Sa- „reptanus eccleſiæ campanam conſecravit ad gloriam Dei, „& honorem S. Agnetis, à qua & nomen accepit.

Primæ Moniales Monaſterii S. Agnetis Gandavi.

„ Anno Domini 1472 in vigilia S. Luciæ fundata eſt ec- „cleſia S. Agnetis per Dominam Margaretam Duciſſam Bur- „gundiæ, Comitiſſam Flandriæ (de qua vide folio 29) quæ „cum magna devotione ſuis manibus poſuit primum lapi- „dem fundamentalem in præſentia Domini Suffraganei Tor- „nacenſis, & maximæ multitudinis Cleri, & populi. „Eodem die prædictus Reverendiſſimus cantavit ſolemne „Sacrum cum Diacono, Subdiacono, &c. in veteri Sacel- „lo coram præfata Duciſſa, quo peracto, Conventus So- „rorum præcedebat cum cruce, & vexillis, cantando Li- „tanias, ſequebantur Sereniſſima Duciſſa, & Prioriſſa Mo- „naſterii, poſt has prædictus Epiſcopus, & Miniſtri ſui „induti ornamentis, & cappis choralibus, & poſt illos po- „pulus, qui undequaque confluebat.

Dato ſigno ab Epiſcopo, Duciſſa lapidem ab Equite au- rato accepit, & utrâque manu ſumma cum reverentia po- ſuit in loco debito, ſuppoſitis multis nummis aureis, & argenteis. His peractis, Epiſcopus intonavit: *Te Deum lauda-*

mus, & Conventus prosequens idem Canticum ad Chorum reversus est.

De Abbatia Aldenburgensi Ord. S. Benedicti.

Anno 1455 die 27 Aprilis in Abbatia Aldenburgensi Ord. S. Benedicti consecravit Chorum novum ab Aniano Abbate vigesimo septimo extructum. Item duo Sacella, & duo altaria nova. Videlicet: summum altare in honorem SS. Trinitatis, & SS. Apostolorum, altare ad meridiem, in honorem S. Crucis, & S. Benedicti. Reconciliavit etiam navim ecclesiæ, atrium, Refectorium, Capitulum, Dormitorium, & Claustrum per totum, præsentibus præfato D. Aniano, Jacobo S. Andreæ juxta Brugas, & Jacobo de Capella Thosano Abbatibus, aliisque Personis ecclesiasticis, &c.

Anno 1457 Calendis Maii ex veteri capsa lignea in feretrum novum argento, & auro decoratum, transtulit corpus S. Arnulphi in ecclesia prædictæ Abbatiæ Aldenburgensis, præsentibus prænominato Aniano, aliisque Abbatibus, ecclesiasticis, ac sæcularibus personis.

De Abbatia S. Trudonis Brugis.

Sanderus in Flandria illustrata rerum Brugensium Capite 3. folio 255 de Abbatia S. Trudonis Ordinis Canonicarum Regularium sic scribit: „ad annum Christi 1456 sub Phi„lippo Bono in Abbatissam electa fuit Petronilla de Aertryc„ke mulier nobili loco nata. Hæc, dimissis laicis Sacer„dotibus, Rectorem Regularem assumpsit è Cœnobio de

De Cœnobio Elseghemensi.

„Elseghem Windesemensis Congregationis, quæ per ea „tempora admodum Religione, ac disciplinâ florebat. Is „primus è Rectoribus fuit, qui certa statuta silentii, je„juniorum, & aliorum ejusmodi, sine quibus antea laxius „hîc vivebatur, Abbatissæ cum suis jam Sororibus cœno„biticam magis vitam amplectenti tradidit. Sub illo etiam „donatus fuit illis habitus lineus per Episcopum Sareptanum „Suffraganeum Tornacensem, & die S. Brixii anno 1459 „acceptata ab eisdem clausura secundum formam, & Con„stitutionem Bonifacii Papæ Octavi.

Idem Sanderus libro 4 rerum Brugensium folio 261 de Monasterio de Bethania sic habet: „de hoc autem conden„do Asceterio primò cœptum est agi ad annum 1459 ipso

„festo Conversionis S. Pauli, ipsaque prima institutio fuit „pro peccatoribus conversis: quamquam postea etiam ad- „missæ virgines, quin & viduæ fuerint. Eo anno D. Chri- „stianus Donckerclocke Gandensis, sæcularis Sacerdos pri- „mam loco dotem attulit, omniaque sua bona assignavit, „in idem etiam addactis tribus suis Sororibus. Sub Regula „porro vivunt S. Augustini.

De Monasterio de Berhania Brugis.

Et ex libro ejusdem Monasterii P. Bartholomæus Termeulen Conventûs Brugensis filius, nunc Philosophiæ Lector in studio nostro Generali Lovanienſi excerpsit hæc sequentia, quæ mihi transmisit:

„ Venerabilis noster in Deo Dominus Guilielmus Episco- „pus Sareptanus, Suffraganeus Episcopi Tornacensis Or- „dinis Prædicatorum natus Audomari, à quo nos Sorores „habitum recepimus, præcipuus nostri Monasterii funda- „tor fuit, plurimum boni præstitit, ac plurimos, ut cha- „ritativè nobis succurrerent, instigavit. Summum altare „erigi curavit, pro cujus constructione octo libras magnas „impendit: Monasterium muro cingi fecit, pro quo de- „cem libras magnas solvit, ædificavit domum, quæ qua- „draginta libris magnis constitit, reditum annuum unius „libræ magnæ, quem Monasterium pendere solebat, re- „demit. Plurima alia bona, ac eleëmosynas præstitit.

Anno 1470 die 10 Martii Brugis in templo B. M. V. transtulit Reliquias S. Bonifacii Episcopi in novum feretrum in præsentia sex Abbatum, & multorum Nobilium, ut asserit Meyerus ad dictum annum.

Conventui nostro Gandensi dono dedit duas particulas notabiles ligni vivificæ Crucis Domini nostri Jesu Christi ex ligno S. Crucis, quas Dordraci in Hollandia accepit, dum probationi ejusdem ligni interesset.

Tandem obiit Gandavi, & in ecclesia hujus Conventûs sepultus fuit in Choro Confessorum, in loco, qui nunc est ante Sacellum S. Mariæ Magdalenæ, sub tumba marmorea nigra, ad duos pedes supra terram elevata, cum sequenti inscriptione, quam ex Scriptis D. Dionisii Harduini (de quibus supra folio 35) excerpsi.

„ Hîc jacet Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus „D. GUILIELMUS miſeratione divinâ Epiſcopus Sareptanus, „nec non Reverendiſſimorum in Chriſto Patrum Domino- „rum Joannis, Guilielmi, & Ferrici Dei providentiâ Epiſ- „coporum Tornacenſium Suffraganeus, fundator domûs „Sororum de Bethania in Brugis, ac Sanctiſſimi Domini „noſtri D. Papæ in Sancto Petro in Urbe Pœnitentiarius „juratus, Frater Ordinis Prædicatorum Conventûs S. Au- „domari, qui obiit anno MCCCCLXXV. XIX. Novem- „bris. Orate pro anima ejus.

APPENDIX SECUNDA.

De magno Begginaſio Gandenſi ſub cura P. Prioris Conventûs Gandenſis Ordinis FF. Prædicatorum, à Comitibus Flandriæ prædicto Priori commiſſa.

Duo Begginaſia Gandavi.

MAgnum Begginaſium Gandenſe, fundatum à Joanna, & Margarita Comitiſſis Flandriæ anno 1234 (ad diſtinctionem Parvi, in quo quingentæ circiter Begginæ degunt) locus eſt inſtar Oppiduli cum ſuis plateis, domibus Conventualibus, & ſeparatis, Eccleſia, Cœmiterio, & Infirmaria: muris, & foſſis circumcinctus, in quo octingentæ, & ſæpè plures filiæ devotæ, à filiabus ſæcularibus habitu diſtinctæ, quas *Begginas* vocant, commorantur: juniores quidem in Conventibus, ſeniores verò in domibus ſeparatis. Hæ vi Regulæ, & Statutorum Begginaſii nullis votis perpetuis adſtrictæ ſunt: ſed obedientiam promittunt magnæ Dominæ, ſeu Magiſtræ ſervandam quamdiu in Begginaſio vixerint: undè licitum eſt illis Begginaſium deſerere, matrimonium inire, aut alium ſtatum amplecti, quod tamen rariſſimè contingit. Hujus Begginaſii tutela eſt penes Comitem Flandriæ, cura verò penes Priorem Conventûs Gandenſis Ordinis Prædicatorum, ut patet ex ſequentibus litteris idiomate gallico conſcriptis.

„ Les Gens du Conſeil de „Monſeigneur l'Archiducq | *Conſiliarii Concilii Domini Archiducis Auſtriæ, Comitis*

„d'Auſtrice Comte de Flan-
„dres ordonnées en Flandres
„ſavoir faiſons à tous ſious
„avoir veu, & viſité certai-
„nes lettres en parchemin de
„feu de tres digne memoire
„Monſr le Comte Robert de
„Flandres ſeellées de ſon ſeel
„& contreſeel en ſimple
„queüe, & cire verde dont
„le tenue ſenſuyt de mot à
„mot. Robert Doens de
„Flandres à religieus homme
„& honeſte no bon ami en
„Dieu le Prieur des freres
„Precheurs de Gand, & à
„tous les Prieurs qui pour le
„tans avenir y ſeront ſaluts.
„Comme le garde, & le tu-
„tele de Sainte Elizabeth
„le Begynage de Gand qui à
„nous appartient de anchien
„temps enſi conſcet commu-
„nement aians commis à no
„foiable Ywain de Vaerne-
„wyck Chevalier ſachent
„tout que tous jours noſtre
„boſenſes & entencions s'eſt
„pour ce que le dis Cheva-
„liers eſt empechées, & oc-
„cupées en nos beſoinges, &
„en nos offices ſi comme il
„eſt apparant que vous & ſi
„Prieurs, & pour les temps
„avenir le ſeront ſelonc le
„couſtume de nos Predeceſ-
„ſeurs, & de vos Predeceſ-

Flandriæ, ordinati in Flandria. Notum facimus omnibus, quod vidimus, & viſitavimus certas litteras in parcameno quondam digniſſimæ memoriæ Domini Roberti Comitis Flandriæ, ſigillatas ſigillo ſuo, & contraſigillatas in ſimplici cauda, & cera viridi, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur: Robertus Comes Flandriæ Religioſo, & honeſto viro, in Deo bono amico noſtro, Priori fratrum Prædicatorum Gandenſium, & omnibus Prioribus, qui futuris temporibus ibi erunt ſalutem. Cum cuſtodiam, & tutelam Begginaſii S. Eliſabeth Gandavi, quæ ab antiquis temporibus, ut communiter ſcitur, ad nos pertinet, commiſerimus fideli noſtro Ivoni de Vaernewyck Equiti, ſciant omnes ſemper voluntatem, & intentionem noſtram eſſe: quia dictus Eques impeditus, & occcupatus eſt negotiis, & officiis noſtris, ſicut apparet: quod vos, & qui erunt futuris temporibus ſecundum conſuetudinem prædeceſſorum noſtrorum, & prædeceſſorum veſtrorum, Priores Gandenſes Ordinis veſtri poſſitis per vos facere magnam Magiſtram in dicto Begginaſio, & ſtabi-

Majus Begginaſium curæ P. Prioris FF. Prædicatorum commiſſum.

Sub tutela Comitis Flandriæ conſtitutum.

Jura Priori FF. Prædicatorum conceſſa.

„ſeurs Prieurs de Gand de „voſtre Ordene puiſſiez par „vous faire grande Maiſtreſ„ſe ou dit Beghynage, & „eſtablir metre, & hoſter „tant meſtiers ſera, & que „vous puiſſiez metre Capel„lains ſelonc le couſtume, & „on a uſer, & oſter quant „lieus, & droit ſera, & que „vous puiſſiez oïr les raiſons, „& les comptes de leur poſ„ſeſſions, & de leur biens „, caſcun an, les diſſolances, & „les inſolences dedens le deſ„ſus dit Beghynage corriger „&c. Eſcript à Courtray le „dimenche après le feſte „Saint Denis l'an mil trois „cens, & douze, en teſmoing „de ce nous avons fait mec„tre le Seel de la Chambre „du Conſeil en Flandres à ces „preſentes. Donné à Gand le „XI^e jour de Janvier l'an mil „cinq cens & ſept.

lire, ponere, & deponere, toties quoties opus erit. Et quod vos poſſitis ſtatuere Capellanos ſecundum conſuetudinem, & uti, & deponere, dum locus, & juſtitia exigent. Et quod vos poſſitis audire rationes, & computus illarum poſſeſſionum, & bonorum ſingulis annis, diſſolutiones, & inſolentias corrigere in dicto Begginaſio, &c. Scriptum Cortraci dominicâ poſt feſtum S. Dioniſii anno milleſimo trecenteſimo duodecimo. In cujus teſtimonium Sigillum Concilii Flandriæ his præſentibus fecimus apponi. Datum Gandavi die undecimâ Januarii anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo.

Succeſſu temporis quædam ex prædictis mutata fuerunt.

Quam laudabiliter Patres Conventûs noſtri Gandenſis hujus præclariſſimi Begginaſii ſemper curam geſſerint ex ſequentibus teſtimonialibus apparebit; quæ ex flandrico in latinum verſæ, ſunt hujus tenoris:

Præclarum de regimine FF. Prædicatorum teſtimonium.

„ Nos Joannes Baptiſta Della Faille Eques, dominus de „Huyſſe, Audenhove, &c. Summus Prætor Civitatis Gan„denſis, & Caſtellaniæ veteris Burgi, tamquam Prote„ctor magni Begginaſii S. Elizabethæ prædictæ Civitatis, „& Nos Emmanuel Ballet Eques, dominus de Leeuwen„burch, Schilde, &c. tamquam tutor, & gubernator ejuſ-

„dem Begginasii, declaramus his præsentibus: quomodo „Reverendi Patres Prædicatores prædictæ Civitatis anno „millesimo ducentesimo trigesimo quarto tamquam Confes- „sarii constituti ejusdem Begginasii à suis Celsitudinibus lau- „dabilis memoriæ Dominabus Joanna, & Magareta Comi- „tissis Flandriæ, & à Roberto, & Ludovico, etiam Co- „mitibus Flandriæ agniti, confirmati, & quibusdam Pri- „vilegiis in hoc donati, in eodem officio, & munere usque „modò laudabilissimè, zelosissimè, & maximè ædificativè „continuaverint, & etiamnum continuent ad satisfactionem „nostram, & earumdem Begginarum: imò ad ædificatio- „nem, & admirationem uniuscujusque; ita ut nos probi- „tatem, pacem, modestiam, humilitatem, concordiam, „& bonam observantiam illarum institutionis, & Regulæ, „post Deum, adscribamus bonæ instructioni, exemplis, „curæ, & regimini eorumdem Patrum; imò, quod multis „mirum videtur, post tot annorum decursum in tali Beggi- „nasio, ubi circiter octingentæ Begginæ sunt, numquam „à Prædecessoribus nostris, aut aliis, aliquas notabiles quæ- „relas audivimus; ubi tamen ipsi sæpè apud ægrotas per in- „tegros dies, & noctes vigilant ad eas consolandum, aut „in extremis assistendum: imò numquam advertimus vel „minimam improbitatem, aut confusionem; è contra om- „nem probitatem, bonum, & virtutem. Ita declaramus co- „ram Deo, & hominibus. Actum Gandavi hâc primâ Mar- „tii 1670 signatum. J. Della Faille Huysse. Emmanuël Bal- „let. Cum paragraphis.

Aliæ litteræ ex flandrico in latinum versæ sonant, ut sequitur:

Aliud de eodem testimonium.

„ Nos Maria vanden Haute magna Domicella, Cathari- „na vanden Haute Socia, Adriana de Zuttere, & Isabella „de Grave Domicellæ * *de Spiritu Sancto*, repræsentantes „statum magni Begginasii S. Elizabethæ in Ganda. Notum „facimus, & declaramus his præsentibus: quod Reverendi „Patres Prædicatores hujus Civitatis anno millesimo ducen- „tesimo trigesimo quarto à suis Celsitudinibus laudabilis „memoriæ Dominabus Joanna, & Margarita Comitissis

* Id est Eleëmosynariæ.

„Flandriæ, & à Roberto, & Ludovico, etiam Comiti-„bus Flandriæ nobis in Confeſſarios inſtituti, & cum ſpe-„cialibus Privilegiis id concernentibus confirmati (ſicut à „prædeceſſoribus noſtris de illis laudabiliſſimè ſemper audi-„vimus) munere ſuo ad magnam ædificationem, & ſatis-„factionem hujus Curiæ ſemper ſint perfuncti, & uſque „modo funguntur, nos in ſobrietate, munditia, obedientia, „charitate, & concordia ædificant, & inſtruunt, de qui-„bus nos ipſis, poſt Deum, ex intimo cordis noſtri gratias „agimus, nihil aliud exoptamus quam ut ipſi in ſuo zelo „perſeverent, & nos ſub eorum directione, & inſtru-„ctione poſſimus perſeverare: nam bonæ eorum admoni-„tiones, exempla, conſilium, & ſolatium quotidiè con-„firmant, & promovent Communitatem noſtram in pace, „timore, & amore erga Deum, & proximum noſtrum. „Hoc itaque teſtimonium ſecundum Deum, & conſcien-„tiam noſtram dedimus. Actum in prædicto noſtro Beggi-„naſio primâ Martii 1670. Signatum Maria van den Haute. „Catharina van den Haute. Adriana de Zuttere. Iſabella de „Grave.

DE MONASTERIO TAMISIENSI
Sub Jurisdictione Illmi D. Epiſcopi Gandenſis.

IN ditione Waſiæ ad Scaldim fluvium municipium eſt, TAMISIA nomine, Gandavo ſeptem, Antverpiâ, & Mechliniâ quatuor leucis diſtans, quod mercimoniâ, opibus, & ædificiis multis oppidis æquivalet. In eo Monaſterium eſt Sanctimonialium Ordinis S. Dominici, ſub cura tamen Illmi D. Epiſcopi Gandenſis, quod plurium aliorum in Belgio erectorum mater eſt: ex illo enim originem ſuum ſumpſerunt Monaſteria Antverpienſe, Gandenſe, & Bruxellenſe Anglarum, nunc ſub obedientia Ordinis. Ex Antverpienſi prodierunt Lovanienſe ſub jurisdictione Ordinis, & Chaſſeletanum ſub jurisdictione Sereniſſimi Principis, Epiſcopi Leodienſis. Ex Chaſſeletano Leodienſe

Ex hoc Monaſterio originem ſumpſerunt Monaſteria Antverpienſe, Gandenſe, & Bruxellenſe.

se sub jurisdictione præfati Principis, Episcopi.

De hujus Monasterii fundatione mentionem faciunt acta Capituli Provincialis Provinciæ Teutoniæ Buscioducis celebrati anno 1507 in quo R. Adm. P. Laurentio Uskirchen, in eodem Capitulo Provinciali electo, Eximio P. Joanni de Hamer S. T. Doctori Conventûs Bruxellensis, & P. Joanni de Colle Priori Conventûs Buscoducensis commissa fuit facultas acceptandi fundationem Monasterii Tamisiensis. Fundatio hujus Monasterii sub cura Ordinis.

Hujus Monasterii fundator munificus fuit nobilis Dominus Rolandus Le Febure dominus Tamisiæ, Liesveldt, &c. qui hujus fundationis litteras dedit die 4 Septembris anno 1507.

Anno 1509 in festo Sanctorum Felicis, & Adaucti Martyrum hoc Monasterium visitavit P. Laurentius Uskirchen Vicarius Generalis, & Provinciæ Teutoniæ Provincialis, S. T. Lector.

Mansit hoc Monasterium sub obedientia Ordinis, & Provincialis Teutoniæ usque ad annum 1515 quo anno nova Provincia Germaniæ inferioris fuit erecta, & hoc Monasterium, se submisit Jurisdictioni Illmi D. Episcopi Tornacensis, cui Tamisia tunc suberat, Episcopatu Gandensi nondum erecto. Transit ad jurisdictionem Ordinarii.

Ex hoc Monasterio stabilem mansionem exerunt Antverpiæ Sorores quædam, contractu cum his Tamisiensibus inito annno 1625. Erectio Monasterii Antverpiensis.

Desideraverunt hujus Monasterii Moniales anno 1624 redire ad obedientiam Ordinis nostri, eumque in finem Sororem Saram Derkennis vicariam Gandavum miserunt ad Illm D. Episcopum Gandensem; ut ab illo debitam ad hoc facultatem obtinerent: sed Illmus petitioni illarum annuere noluit.

Erectio Monasterii Anglarum tunc Vilvordiæ, nunc Bruxellis.

Anno 1660 ex hoc Monasterio evocata fuit Sr Lucia de Hertoghe aliàs Padeschot ad inchoandum novum monasterium Anglarum Vilvordiæ, quod postea Bruxellas translatum fuit.

DE MONASTERIO GANDENSI.

Sub obedientia Ordinis noſtri.

QUamvis Moniales Monaſterii Tamiſienſis ab Illmo D. Epiſcopo Gandenſi facultatem redeundi ad obedientiam Ordinis noſtri impetrare non potuerint : propterea tamen non ceſſarunt pro propagatione Ordinis ſedulò allaborare : nam vix Antverpiæ novum Monaſterium erexerant, quin mox de alio Gandavi erigendo egerint, illudque, illas adjuvante Eximio P. Mag. Petro Woeſtinio tunc Provinciali, ad deſideratum ſucceſſum perduxerunt : nam anno 1627 à Sereniſſima Iſabella Clara Eugenia Hiſpaniarum Infante, Belgii Gubernatrice, Illmo D. Antonio Trieſt Epiſcopo Gandenſi, inclyto Senatu, ac Dominis Collationis (ut vocant) urbis Gandavenſis facultatem erigendi novum Monaſterium obtinuerunt. Anno ſequenti 1628 domum quandam emerunt in Monaſterium convertendam in loco dicto *Het Nieulant* : ſed cum prædictæ Moniales deſiderarent ſub obedientia Ordinis noſtri vivere, neceſſe fuit à Rmo P. Seraphino Sicco Papienſi totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali debitam acceptationem obtinere, quâ impetratâ, & authoritate eas ad Ordinem recipiendi commiſſâ ſupradicto P. Mag. Provinciali, Illuſtriſſimus Gandenſis illas à jurisdictione ſua abſolvit, ſequentibus deſuper conceſſis litteris :

Erectio Monaſterii Gandenſis ſub obedientia Ordinis.

„ Antonius Trieſt, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſ-
„copus Gandavenſis dilectæ nobis in Chriſto Sorori Catha-
„rinæ Brys Prioriſſæ Conventûs Sororum tertiæ Regulæ
„de pœnitentia S. Dominici Tamiſiæ ſalutem in Domino.
„Cum pro propagatione Ordinis tui multis retrò menſibus
„apud nos inſtiteris, ut conſentire dignaremur in dimiſſio-
„nem aliquarum Religioſarum tuarum, quæ in hac Civi-
„tate Gandavenſi de conſenſu Magiſtratûs novam Coloniam
„ſeu Conventum fabricare, & in eodem perpetuam clau-
„ſuram, ac primam Regulam Sanctimonialium Domini-

„canarum ſecundum Regulam S. Auguſtini ſervare, ac in „regulari obſervantia ſub obedientia R. Patris Provincialis „Ordinis S. Dominici perpetuò poſſent vivere, nobiſque „de conſenſu dicti Magiſtratûs ſufficienter conſtiterit, ſi„mulque; quod Admodum R. Pater Petrus Woeſtynius „modernus Provincialis (ad hæc à Generali Ordinis ſui ple„nariè authoriſatus) easdem ſub obedientia ſua, ac regimi„ne paratus ſit acceptare; prout de facto illas acceptavit, „ſuaſque litteras acceptationis in forma expeditas nobis tra„didit. Hinc eſt: quod piæ petitioni tuæ benignè annuen„tes, Sorores Mariam Monens, Joannam Spildoren, Do„minicam Verhaghen, Catharinam Reygaert, & Mariam „Verbraken Sororem laicam hactenus Religioſas antedicti „tui Conventûs à jurisdictione noſtra ordinaria eximendas, „& ab obedientia nobis debita, ac promiſſa liberandas duxi„mus; prout easdem eximimus, & liberamus per præſen„tes, ac cum benedictione dimittimus, iis concedendo li„centiam tranſeundi ad novum Conventum in hac Civitate „extructum, & jurisdictionem dicti R. Patris Provincialis, „ſeu Ordinis S. Dominici. Quocirca te authoritate noſtrâ „ordinariâ plenariè authoriſamus, ut prætactas Religioſas „in finem præfatum dimittere, ac jurisdictioni præfatæ li„citè, ac validè tradere poſſis, ac valeas. In quorum om„nium fidem, & robur haſce ſigillo noſtro, & Secretarii „ſignaturâ expediri curavimus. Datæ Gandavi in Palatio „noſtro Epiſcopali anno Domini milleſimoſexcenteſimo vi„geſimo octavo, menſis Novembris die decimâ ſeptimâ. „Signatum. De mandato R^mi. Domini mei præfati J. Deen„ſius Secretarius.

His litteris obtentis, præfatus Eximius P. Mag. Provincialis, cum comitante P. Jacobo vanden Heede tunc S. T. Licentiato Conventûs Gandenſis Priore, ad dictum novum Monaſterium ivit, ibidem jam dictas litteras prælegit, & prænominatas quinque Sorores ad curam, & obedientiam Ordinis admiſit, additâ conditione: ut viverent ſecundum Regulam S. P. Auguſtini, Statuta Sororum primæ Regulæ Ordinis Prædicatorum, ac ſub perpetua ſtricta clauſura,

&: ut auſteritates Ordinis probarent; aſſignavit illis annum probationis, ſeu novitiatûs, ut illæ, quæ dictas auſteritates ſuſtinere non poſſent, aut vellent, redire poſſent ad ſuum Monaſterium Tamiſienſe, in quo erant profeſſæ.

Anno ſequenti 1629 in feſto S. Thomæ Aquinatis Sr Maria Moenens Prioriſſa, & Sr Joanna Spildoren Supprioriſſa cum aliis tribus conſororibus ſuis annum probationis inchoarunt, quo durante, Sr. Catharina Reygaerts non valens dictas auſteritates obſervare, ad Monaſterium Tamiſienſe rediit. Illam circa finem dicti anni ſecuta eſt Sr. Joanna Spildoren ob continuas infirmitates.

Primæ Fundatrices.

Finito anno probationis, Sr. Maria Moenens Prioriſſa, Sr. Dominica Verhaghen Monialis, & Sr. Maria Verbraecken Converſa ſolemnem profeſſionem emiſerunt intra manus ſupradicti P. Mag. Provincialis.

Hoc initium habuit præſens Monaſterium Gandenſe, in quo nunc viginti quatuor Moniales, & quinque Converſæ numerantur; nec alios, præter jam nominatum P. Mag. Petrum Woeſtinium (van de Woeſtyne natione Aldenardenſem) & ſupradictas Sorores, fundatores agnoſcit: dum enim illud inchoabant, octingentos ſolummodo florenos habebant: veſtimenta verò lanea, & linea ſingulæ quatuor contulerant, quorum aliqua noviter induendis præbere oportebat: Deus autem incrementum dedit.

Prima, quæ in hoc Monaſterio habitum Ordinis ſuſcepit, fuit Sr. *Anna Ranſt*, quæ obiit Supprioriſſa die 21 Januarii anno 1651.

Sr. Maria Moenens prima hujus Monaſterii Prioriſſa, idem laudabiliter ſola rexit uſque ad annum 1634 quo morbo quodam incurabili fuit afflicta.

P. Mag. Petrus Woeſtinius Exprovincialis, ſui Conventûs Gandenſis actualis Prior, & hujus Monaſterii Sorores videntes Prioriſſam præ ægritudine incapacem, ut ſola regeret, ab Illmo D. Antonio Trieſt Epiſcopo Gandenſi petierunt, & obtinuerunt; ut Sr. Catharina Verhaghen ex Monaſterio Tamiſienſi ad hoc Gandenſe poſſet venire, ut in eo Coadjutricis, ſeu Vicariæ munere fungeretur. Paulò

poſt, nempè die 4 Julii ejusdem anni prima in hoc Monaſterio obiit prædicta Sr. *Maria Moenens* prima illius Prioriſſa, eique in officio Priorali ſucceſſit præfata Sr. Catharina Verhaghen, quæ per 24 annos laudabiliter præfuit, & diem clauſit extremum die 18 Julii anno 1658.

Sr. DOMINICA VERHAGHEN per novem annos Supprioriſſa obiit die 20 Auguſti anno 1677.

Sr. MARIA VERBRAECKE Converſa obiit die 18 Martii anno 1667.

Sr. CATHARINA SPIERINCX tertia, & iteratò Prioriſſa obiit die 8 Octobris 1673.

Sr. AGNES DE HERRE quarta Prioriſſa, obiit ſecunda Prioriſſa Monaſterii Lovanienſis die 4 Aprilis anno 1671 ſepulta in Conventu noſtrorum Patrum Lovanii.

Sr. LUDOVICA DE JONGHE quinta, & quartò Prioriſſa obiit die 23 Novembris anno 1688.

Sr. MAGDALENA VAN DEN HAUTE ſexta Prioriſſa obiit 25 anni 1683.

Sr. BERNARDINA SIMOENS ſeptima Prioriſſa obiit die 15 Octobris 1686.

Sr. AGNES DE WANNEMAECKER octava, & ſextò Prioriſſa obiit die 20 Decembris anno 1711. Sub hac Prioriſſa die 10 Octobris eodem anno 1711 inchoatum fuit novæ eccleſiæ hujus Monaſterii ædificium hoc modo: Eximius P. Mag. Hyacinthus De Baets S. T. D. fundamenta, & materialia benedixit, primum poſuit fundamentalem lapidem Prænobilis Dominus Ægidius Franciſcus de Lichervelde Toparcha de Vrylant, Lathem, &c. ſecundum prænobilis Domina Maria Le Preudhomme d'Hailly ejus Conjux ſpeciales hujus Monaſterii fautores, & amici, tertium ven. Mater Agnes De Wannemaecker Prioriſſa, alios ſingulæ Moniales. Hoc ædificio ad faſtigium perducto, Eximius P. Mag. Thomas Du Jardin S. T. D., & Conventûs ſui Gandenſis Prior anno 1715 die 15 Septembris in prædicta eccleſia primum Sacrum ſolemne decantavit, & eodem die poſt meridiem doctiſſimam concionem habuit.

DE CONVENTU LOVANIENSI

FF. Belgarum B. M. V. Annuntiatæ ſacro

INTRODUCTIO.

LOvanium Brabantiæ metropolim Dilia fluvius pertranſit. Bruxellis, & Mechliniâ quatuor, Thenis tribus diſtat leucis. Quondam opibus, lanificinâ, & mercimoniâ floruit: ſed bellis, & diſcordiis domeſticis omnis ille ſplendor evanuit, ad quem aliqualiter reſtaurandum Joannes IV Dux Brabantiæ anno 1425 conſentiente Martino Quinto Summo Pontifice, ſtudiorum ſæcularium academiam erexit, cujus ſcholæ anno ſequenti die 2 Octobris apertæ fuerunt. Deinde ſub Philippo Bono Duce Brabantiæ, annuente Eugenio Quarto Pontifice, ſtudium theologicum pariter conceſſum fuit: ita ut Univerſitas illa nunc inter celebriores totius orbis meritò computetur. Mox ad novas Athenas confluxit ingens ſtudioſorum numerus, monaſteriorumque paulatim accrevit multitudo. Inter illa numerantur quatuor Ordinis noſtri Cœnobia. Nempe Conventus Annuntiationis B. M. V., in quo ſtudium Generale, Belgis noſtris, aliiſque variarum nationum ſtudioſis, cum doctrina, & pietate domicilium præbet. Collegium Priorale S. Crucis inhabitant fratres noſtri Hyberni: Collegium autem S. Thomæ Aquinatis fratres noſtri Angli, cum Hybernis pariter ob fidem exules. Sorores quoque noſtræ ibidem Monaſterium habent S. Catharinæ Senenſi ſacrum.

CAPUT PRIMUM.

§. I. *De Fundatione, & Fundatoribus hujus Conventûs.*

INter varias de hujus Conventûs inchoatione opiniones nihil certi affirmari poſſe puto. Illum tamen anno 1228 unà cum Conventu Gandenſi in Capitulo Generali Pariſiis

celebrato, ſub ven. P. Jordano S.P.N. Dominici in Generali Ordinis Magiſterio ſucceſſore in Conventum fuiſſe erectum, conſtans opinio eſt, & Patrum traditio. Id quoque innuere videntur illius temporis rudiori ſtylo conformes verſus ſequentes : Erectio hujus Conventûs.

Bis ſex centenis, ſextus decimus fuit annus
Quo ſub Dominico cœpit, qui prædicat Ordo,
Et poſt bis ſenos incipit iſta domus.

Quam benignè excepti fuerint Fratres noſtri ab Epiſcopo Leodienſi, colligi poteſt ex ſequentibus litteris :

„ Joannes Dei gratiâ Epiſcopus Leodienſis (in cujus diœ-
„ceſi tunc erat Lovanium) univerſis Chriſti fidelibus præ-
„ſentes litteras inſpecturis æternam in Domino ſalutem.
„Cum dilectorum in Chriſto fratrum Prædicatorum Ordi-
„nem ad Eccleſiæ ſanctæ reformationem noſtris temporibus
„dignatus ſit omnipotens Dominus ſuſcitare : dignum om-
„ninò eſt, & omni conſonum pietati ; ut favorabili eorum
„miniſterio congaudeant omnes, qui ſalutem deſiderant ani-
„marum, ac præcipuè Eccleſiarum Prælati, quorum vi-
„ces fideliter exequuntur, dignis eos tenentur favoribus at-
„tollere, & oportunis auxiliis confovere. Eapropter no-
„tum volumus fieri omnibus, tam futuris, quam præſenti-
„bus, quod nos de prædictorum fratrum Prædicatorum
„in noſtram diœceſim adventu plurimùm in Domino Jeſu
„congratulantes, dedimus ipſis licentiam conſtruendi ec-
„cleſiam, Clauſtrum, & officinas ; habendi inſuper cœ-
„miterium, ac liberam ſepulturam in Oppido Lovanienſi.
„Concedimus etiam eis auctoritatem audiendi confeſſiones,
„& pœnitentias injungendi vice noſtrâ. Poſſunt etiam con-
„vocare populum ad audiendum Dei verbum ubicumque
„voluerint prædicare : ubi omnes utriuſque ſexûs, homines,
„& fœminæ liberè, qui velint conveniant : non obſtante
„ullâ contrariâ conſtitutione, vel contradictione ; cum
„verbum Dei eſſe non debeat alligatum. Prioris autem diſ-
„cretioni committimus, qui ibi pro tempore fuerit : ut ip-
„ſe fratribus ſuæ domûs, quos ad prædicationis officium
„perſpexerit idoneos, concedat poteſtatem dandi auctori-

„tate noſtrâ viginti dierum indulgentiarum in publica ſta-
„tione..... inhibemus ergò omnibus noſtræ diœce-
„ſis Eccleſiaſticis, & laicis, ne quis auſu temerario ſupra-
„dictos fratres contra hujus noſtræ indulgentiæ tenorem,
„aut aliàs, factis, dictis, ſeu calumniis audeat moleſtare,
„quos tamquam ſtudioſos agri dominici cultores ſub beati
„Lamberti, & noſtra protectione ſpirituali ſuſcepimus.
„Quod ſi quis Dei timoris immemor, & noſtræ prohibi-
„tionis contemptor, præſumpſerit attentare: ſciat; ſe de-
„bitæ ultionis pœnam minimè evaſurum. Datum anno gra-
„tiæ 1233 pridiè kalendas Februarii Præſulatûs noſtri an-
„no quarto.

Conventum hunc parvis initiis inhæſiſſe ad minus uſque ad annum 1251 ex ſequentibus apparebit.

Henricus Tertius Dux Brabantiæ primum illius fundum notabiliter adauxit anno 1256 quo fratribus noſtris dedit aulam ſuam, dictam *baſſam Curiam*, ſeu *Aulam inferiorem* (ad diſtinctionem alterius ſuper montem ædificatæ) ſive *Inſulam Ducis* vulgò *s'Hertoghen-eylandt* primo domicilio fratrum noſtrorum adjacentem.

Secundò anno 1258 alium fundum non minus ſpatioſum addidit, cujus donationis diploma ſic habet:

„ Henricus Dei Gratiâ Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ
„univerſis præſentes litteras viſuris ſalutem in Domino. No-
„veritis quod nos liberè contulimus propter Deum Fratri-
„bus Ordinis Prædicatorum in Lovanio Domino famu-
„lantibus aream totam, quæ dicitur: *Oſſenenſveldt*, ſitam
„inter Diliam, & Aa retrò poſt hortum ipſorum Fratrum
„pacificè, & quietè ab ipſis perpetuò poſſidendam, &c.
„Datum anno Domini MCCLVIII.

Quantam venerationem, & affectum prædictus Dux Henricus erga Patres noſtros habuerit, ex jam dictis patet, & ex eo, quod dum anno 1260 teſtamentum ſuum conderet, inter alios ultimæ ſuæ voluntatis executores ſtatuit P. Gerardum van Huldenberch quondam Conventûs Lovanienſis Priorem, & P. Walterum de Treviris, qui etiam Ordinis noſtri Religioſus erat. Deſuper in eccleſia hujus Conventûs ſepeliri voluit, quod & factum eſt. Nec

Nec minor fuit Aleydis Conthoralis ejus erga Ordinem noſtrum amor, & veneratio. Muta ſed vera teſtimonia de hoc perhibent fundatio celeberrimi Monialium noſtrarum Monaſterii in Auderghem propè Bruxellas hujus piæ Duciſſæ munificentiâ fundati : nec non opuſculum, quod S. Thomas Aquinas ad illam ſcripſit *de Regimine Judæorum, &c.*

Sed & ſequentes litteræ :

Diploma Aleydis Duciſſæ Brabantiæ.

„ Aleydis Dei gratiâ Lotharingiæ, & Brabantiæ Duciſſa „univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſa„lutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod cum „claræ memoriæ D. Henricus Dei gratiâ tunc illuſtris Lo„tharingiæ, & Brabantiæ Dux Maritus noſter chariſſimus, „in extremis agens, apud eccleſiam dilectorum in Chriſto „Prioris, & Fratrum Ordinis Prædicatorum in Lovanio „ſuam elegerit ſepulturam : nos ob reverentiam, & amo„rem corporis, nec non ob devotionem dictorum Prioris, „& Fratrum, quos propter ſanctam converſationem ſuam „ſincerâ amplectimur in Domino charitate, domum unam „in fundo, & proprietate memoratorum Prioris, & Fra„trum, ex conceſſione, & licentia eorumdem conſtrui fe„cimus, in qua pro tempore vacaremus nobis, & abſcon„deremus nos à tumultibus, curis, & occupationibus mun„di hujus, & viſitaremus quoque interdum tumbam illius, „& Sepulchrum, quem ſicut viventem ſuper omnem in Deo „dileximus creaturam, ſic eum in memoria noſtra jugiter „bajulamus mortuum, & defunctum. Sanè cum à principio „fundationis ejusdem domûs noſtræ fuerit voluntatis, quod „præfatus Prior, & Fratres illam cum omnibus attinentiis „ſuis ipſis Priori, & Fratribus ſub teſtimonio Petri, & „Ægidii Scabinorum Lovanienſium noſtrorum fidelium „propter hoc ſpecialiter advocatorum, in eleëmoſynam li„berè, & abſolutè contulimus ob remedium animæ præno„minati Ducis, & Mariti noſtri chariſſimi, nihil juris in „illa, nec in attinentiis ſuis nobis, ac noſtris hæredibus re„ſervantes, quam ad vitam noſtram pro denario uno con„duximus ſecundum legem, & conſuetudinem Oppidi Lo„vanienſis à Priore, & Fratribus antedictis. Rogamus au-

„tem dictos hæredes noſtros, & conteſtamur eos per aſper-
„ſionem ſanguinis Jeſu Chriſti: ut uſum Priorem, & Fra-
„tres ſæpius memoratos habere, pacificâ poſſeſſione domûs
„ipſius gaudere permittant: nec eos in aliqua occaſione de-
„beant moleſtare. In hujus itaque donationis noſtræ teſti-
„monium eisdem Priori, & Fratribus ſub dictorum teſti-
„monio Scabinorum præſentas litteras dedimus ſigilli noſtri
„munimine roboratas. Actum, & datum Lovanii in eccle-
„ſia prædictorum Prioris, & Fratrum, coram altari, in
„craſtino Paſchæ anno Domini MCCLXIII.

Adauctio fundi hujus Conventûs.

Joannes Secundus Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ avorum ſuorum veſtigiis inhærens ex ſpeciali erga hunc Conventum affectu fundum ejus, addito inſigni prato, multùm adauxit.

CAPUT SECUNDUM

§. I. *De Eccleſia.*

QUidam putant, hujus Conventûs Eccleſiam, & ædificia ab Henrico tertio Duce Brabantiæ, & Aleyde illius conjuge fuiſſe conſtructa: ſed contrarium demonſtrant variæ Pontificum Bullæ, & Eccleſiæ Prælatorum litteræ, ex quarum numero, omiſſis aliis, duas hîc adjungam.

„ Joannes Dei gratiâ Leodienſis Epiſcopus univerſis Chriſti
„fidelibus præſentem paginam inſpecturis ſalutem æternam.
„Univerſitati veſtræ præſentium volumus intimari reſcrip-
„to: quod cum Fratres Ordinis Prædicatorum de noſtra li-
„centia, & beneplacito cœperint habitare in Oppido Lo-
„vanienſi: ut ipſorum voluntariæ paupertati conſulatur;
„omnibus, qui de rapina Leodienſi tempore hoſtilitatis quæ-
„ſita quidquam duxerit reſtaurandum, ſi certas perſonas
„neſcierint quibus reſtituere debeant, damus licentiam, &
„volumus, ut ad ſtructuram Eccleſiæ, ſepti, Clauſtri, &
„aliarum officinarum, nec non ad librorum comparationem
„reſtituant Fratribus memoratis, & ſic à Priore, vel Sup-
„priore domûs ab excommunicatione, quam incurrerant,

„absolvantur. Idem fieri concedimus in aliis restitutionibus, „ubi certa persona, vel locus, cui restitutio fieri possit, aut „debeat, minimè reperiatur. Datum anno Domini 1233.

„ Universis Christi fidelibus per Alemanniam constitutis „Frater Hugo miseratione divinâ tituli S. Sabinæ Presbyter „Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus salutem in Domino „sempiternam. Quoniam, ut ait Apostolus, &c. Cum „igitur sicut dilecti in Christo Prior, & Fratres Ordinis „Prædicatorum Lovanienses Leodiensis diœcesis nobis expo„ni curaverint, ibidem ecclesiam, & Claustrum cum of„ficinis suis usibus opportunis ædificare cœperint opere sum„ptuoso, & ad ædificationem hujusmodi propriæ sibi non „suppetant facultates ..... nos enim de omnipotentis „Dei Misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolo„rum ejus authoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, „& confessis, qui eis ad id manum porrexerint adjutricem, „quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer „relaxamus. Datum Coloniæ idibus Decembris Pontificatûs „Domini Papæ Innocentii Quarti anno nono.

Id est die 13 Decembris anno 1351.

Non dubito tamen, quin supramemorati Principes, qui fundos huic Conventui superædificando adeò munificè contulerunt, eleëmosynas aliquas elargiti fuerint Fratribus nostris, maximè cum in hac ecclesia sepeliri voluerint, & effigies illorum in fenestris chori etiamnum appareant depictæ.

Duorum altarium ad Chori porticum erectorum consecrationis litteræ etiamnum extant, quæ sunt hujus tenoris.

Litteræ B. Alberti Magni de consecratione altarium.

„ Fr. Albertus Dei gratiâ Episcopus quondam Ratisponen„sis dilectis in Christo Priori, & Fratribus Ordinis Prædi„catorum in Lovanio salutem in omnium Salvatore. Alta„ria tamquam sacra sacrarum Reliquiarum vasa, & loca præ„sentiâ Domini Jesu Christi corporaliter honorata, à nobis „piâ, & promptâ devotione sunt requirenda: ut, dum ad „illa recurrimus ex affectu Sanctorum, quorum Reliquiæ „continentur in eis, ipsorum quoque, in quorum honorem „consecrata sunt, patrocinia sentiamus, & quotiescumque „necesse est, dignè possimus percipere ipsius dominici cor-

„poris & ſanguinis Sacramentum, quod gratiam in præſen-
„ti nobis adaugeat, & gloriam in futuro. Ut igitur altaria
„in anteriore parte eccleſiæ veſtræ per noſtrum miniſterium
„conſecrata à Chriſti fidelibus fræquententur, eò libentius
„quoad hoc, quaſi quibusdam effectivis præmiis fiant invi-
„tati, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad
„altare, quod contra Aquilonem ſtat conſecratum in hono-
„rem Sanctorum Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, in ipſa
„die conſecrationis, & per menſem poſt: item primâ do-
„minicâ menſis cujuslibet primi anni, & in Sanctorum ip-
„ſorum feſtivitatibus, nec non in omnibus anniverſariis in
„perpetuum causâ devotionis acceſſerint, beatæ Mariæ
„ſemper virginis, & omnium Sanctorum interceſſione con-
„fiſi, annum unum, & quadraginta dies indulgentiæ tri-
„buimus. Concedentes eandem indulgentiam omnibus, qui
„aliud, quod ad Auſtrum ſtat in honorem S. Catharinæ vir-
„ginis dedicatum, iisdem diebus, & in die beatæ Catha-
„rinæ cum devotione duxerint viſitandum. Poſt ipſum ve-
„rò annum, quadraginta dies ad unum, & quadraginta
„dies ad aliud quotidiè in perpetuum elargimur. In cujus
„rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appen-
„ſum. Actum & datum Lovanii anno Domini milleſimo du-
„centeſimo LXXVI. dominicâ infra octavam Nativitatis
„Beatæ Mariæ virginis glorioſæ.

Nota. Quidam putant: S. Thomam Aquinatem huic conſecrationi interfuiſſe, quod fieri non potuit: nam S. Thomas ex hac vita migravit anno 1274.

An S. Thomas Aquinas Lovanii fuerit?

Nicolaus Vernulæus libro 3 Cap. 8 deſcribens Academiam Lovanienſem, inter cætera de hoc Conventu ſic habet: „hîc
„aliquando magnus ille Theologorum Princeps Divus Tho-
„mas Aquinas Lectoris officio functus eſt. Neque ea fama
„tantum eſt. Fidem facit ſcriptum quoddam, quod in ar-
„chivis hujus Cœnobii aſſervatur, in quo ita ſcriptum:
„*Fr. Thomas de Aquino S. Theologiæ Lector.* Eum hîc olim
„Evangelium, Alberto Magno rem divinam faciente, ce-
„ciniſſe certum eſt. Ideò & pulpitum, ex quo cecinit, &
„ſuggeſtum, ex quo docuit, ad perpetuam memoriam
„etiamnùm ſervant.

Lovanii ſtudui, in odæo pulpitum quoddam valdè antiquum vidi, de quo ſimilia dicuntur: ſed de Suggeſto, vel ſcripto illo nihil audivi, & de illis, quæ tamquam certa ſcribit Vernulæus, P. Mag. Hyacinthus Choquetius noſter de SS. Belgis Ord. Præd. aliique: an, vel quando S. Thomas Lovanium venerit, dubitant, vel non conveniunt. Fides ſit penes Authores.

§. II. *De Theſauro Sacro.*

ECcleſia hujus Conventûs ſequentes Sanctorum Reliquias habet:

Reliquiæ SS.

Particulas duas S. Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ex Oſſibus S. Roſæ Limanæ, S. Liborii Epiſcopi, SS. Gaudentii, Liberati, Benigni, & Simplicii Martyrum. Manum integram S. Theodulphi, de quo in hoc Conventu quotannis recitatur officium divinum ſub feſto duplici.

P. Joannes Corthals Conventûs Gandenſis filius Româ redux, huic Conventui dedit anno 1716 Reliquias S. Gregorii magni, S. Thomæ Aquinatis, S. Hieronymi. De Veſte S. Pii V. Papæ.

§. III. *De Confraternitatibus.*

Confraternitates SS. Roſarii, SS. Nominis Jeſu, SS. Trinitatis.

PRæter Confraternitates SS. Roſarii, & SS. Nominis Jeſu, in eccleſia hujus Conventûs anno 1474 die 6 Februarii erecta fuit Confraternitas SS. Trinitatis, quæ anno 1478 approbata, & confirmata, variiſque indulgentiis, & privilegiis decorata fuit à SS. Domino Sixto Quarto Summo Pontifice. Illi præſunt tredecim Confratres ex primariis, tam Civitatis, quam Almæ Univerſitatis electi.

Militiæ Angelicæ S. Thomæ Aquinatis inſtitutio.

P. Franciſcus Deurweerders Conventûs Antverpienſis filius, Lovanii Philoſophiæ Lector anno 1649 de licentia eorum, quorum intererat, in hac eccleſia inſtituit Militiam Angelicam in honorem S. Thomæ Aquinatis adverſus carnis illecebras, quæ paulatim per univerſum Belgium propagata fuit. Illam SS. D. Innocentius Papa X approbavit, & magis, magiſque propagari deſideravit.

Illam Sacra Facultas Theologica in perpetuam ſuam tutelam, ac protectionem ſuſcepit prædicto anno 1649 quando die 5 menſis Martii omnes ſuos ſub Militia Angelica Divi Thomæ contra carnis vitia militare voluit, & hæc ſequentia ſtatuta edidit:

Primò. Statuit Eximium Dominum Decanum ſuæ Facultatis pro tempore, Protectorem, & Conſervatorem hujus Militiæ.

Secundò. Statuit Dominum Decanum Baccalaureorum pro tempore, Præfectum dictæ Militiæ, cui etiam injunxit: ut die 28 Januarii, in quem incidit feſtum Tranſlationis S. Thomæ, in eccleſia hujus Conventûs decantari faciat Sacrum ſolemne, cui interſint omnes Sacræ Theologiæ Baccalaurei, & Studentes; ſimul & Orationi latinæ *De Angelici Doctoris caſtitate, & ejus contra carnis vitia Cinguli virtute.*

Tertiò. Statuit: ut omnes Baccalaurei, & Studentes Facultatis Theologicæ die 7 Martii, Divo Thomæ ſacrâ, quotannis interſint ſolemni Sacro, quod in eccleſia noſtra decantatur à noſtris Patribus, prout etiam Proceſſioni, & Orationi latinæ, quæ tunc habetur in laudem S. Thomæ Aquinatis.

Sequenti die 7 Martii ejusdem anni 1649 ſolemni miſſæ Sacrificio à Sacræ Facultatis Theologicæ, ac Eccleſiæ Collegiatæ S. Petri Decano D. Liberto Fromondo S. T. D. peracto, exordium cœpit hæc Militia Angelica, ei nomen dantibus, & cingulum album ad formam cinguli Vercellenſis, quo S. Thomas ab Angelis præcinctus fuit, efformatum, ac benedictum è manibus Patris Franciſci Deurweerders reverenter ac devotè ſuſcipientibus, primò ſtrictæ (ut vocant) Facultatis Theologicæ Profeſſoribus, deindè cæteris S. T. Doctoribus, Regentibus, & Alumnis, aliiſque quam plurimis eccleſiaſticis, ac ſæcularibus utriuſque Sexûs perſonis.

Opuſculum pium *de prædicta Militia Angelica*, continens Regulas, & indulgentias à ſummis Pontificibus conceſſas edidit prædictus Pater Franciſcus Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1659 in 8.

§. IV. *De Sepulturis.*

INter Sacellum SS. Rosarii, & Chorum etiamnum conspicitur tumba marmorea Sereniſſimorum Principum Henrici Tertii Ducis Lotharingiæ, & Brabantiæ hujus Conventûs fundatoris, & Aleydis uxoris ejus fundatricis Monasterii Monialium noſtrarum in Auderghem propè Bruxellas.

Supra hanc tumbam in muro depicta eſt imago Deiparæ throno inſidentis, & puerum Jeſum inter brachium ſiniſtrum tenentis, dexterâ verò Sceptrum gerentis. Infra hanc imaginem leguntur hæc verba: *S. Maria Patrona hujus Eccleſiæ.* Ad dexteram B. Mariæ virginis repræſentatur prædictus Dux Henricus Deiparæ, mediante S. P. N. Dominico, offerens eccleſiam, quam manu geſtare videtur. Sub illo hæc verba leguntur: *Beate Dominice ora pro me.* Ad ſiniſtram repræſentatur Aleydis ejus uxor, etiam genuflectens, aliam eccleſiam pari modo Deiparæ offerens, mediante S. Petro Martyre. Infra picturam illam utrimque prædictorum Fundatorum epitaphia deſcripta ſunt hoc modo:

A Dexteris.

Sepultura Henrici III. Ducis Brabantiæ.

„ Hîc ſubtus jacet Dominus HENRICUS hujus nominis „tertius, Princeps illuſtris, Dux Lotharingiæ, & Braban„tiæ ſextus, hujus Clauſtri fundator, & totius fundi dator. „Qui obiit Aº Domini MCCLX ultimâ die Februarii.

A Siniſtris.

Item Aleydis Duciſſæ Brabantiæ.

„ Hîc jacet Domina ALEYDIS DE BURGUNDIA, Duciſſa „Brabantiæ, ejus uxor, iſtius Clauſtri, & Clauſtri de Au„derghem pia fundatrix, nec non Ordinis totius Prædica„torum benigna amatrix. Quæ obiit Aº Domini MCCLXXIII „die XXIII Octobris.

Ad parietem propè altare S. Thomæ Aquinatis appendet epitaphium cordis D. Caroli Philippi de Croy.

D. O. M. S.

Cordis Caroli Philippi de Croy S. R. I. Principis Epitaphium.

„ Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Domino CAROLOPHI-
„LIPPO DE CROY, S. R. Imperii Principi, Marchioni Hau-
„rechio, Comiti Fontenaiel, libero Baroni Feneſtrangii,
„&c. Buyenſi, Dompmartini, Domino Eiveraæ, Acronæ,
„Eurebechæ, hæreditario Caſtellano Montenſi, &c. Equi-
„ti aurei velleris, primo à Cubiculis Regum Philippi II,
„ac Philippi III Hiſpaniarum, & Indiarum, Conſiliario
„Statûs Belgici, ibidem ſupremo Capiti Financiarum, qui
„paternum genus à Regibus Hungariæ, Bohemiæ, Angliæ,
„Franciæ, atque ipſis Imperatoribus Germaniæ: mater-
„num autem à Regibus Hieroſolimorum, & Siciliæ, & à
„Sermis Lotharingiæ Ducibus ducit. Vixit annis LXV men.
„I. diebus XXIII. Obiit M. D. C. XIII. kalen. Decembris.

Corpus ejus (ut fertur) in Germania ſepultum fuit, & cor ejus capſulæ deauratæ incluſum in inferiori parte hujus epitaphii requieſcit, & per vitrum prædicta capſula à tranſeuntibus conſpicitur.

De Guilielmo Marlesfeldio S. R. E. Cardinali.

Nota. P. Franciſcus Deurweerders in ſuo opuſculo de *Militia Angelica* ſcribit: Eminentiſſimum D. P. Guilielmum Marlesfeldium, natione Anglum, profeſſione Dominicanum, dignitate S. R. E. Cardinalem presbyterum titulo S. Sabinæ in hac eccleſia fuiſſe ſepultum: ſed communior, & verior eſt opinio Ciacconii, qui illum ſepultum aſſerit *Londini*, non *Lovanii*.

D. Arnoldus de Lalaing.

In Choro jacet D. ARNOLDUS DE LALAING ex nobiliſſima illius nominis familia, juris utriuſque Doctor, Capituli B. Mariæ virginis Brugenſis Præpoſitus, qui ex hac vita migravit anno 1483.

D. Wilelmus de Rode.

In Choro. „Hîc jacet D. WILELMUS DE RODE Miles, qui
„obiit anno incarnationis Domini MCCCXCII in die natalis
„ejusdem. Orate pro eo.

D. Mabilia de Caſtris.

„ Hîc jacet D. MABILIA DE CALSTRIS ejus uxorr, quæ obiit
„anno Domini MCCCCI, IX die menſis Auguſti. Orate pro ea

Illorum lapidis ſepulchralis delineationem æri inciſam exhibet Juſtus Lipſius in ſuo Lovanio folio 60.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

§. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.*

SUbfuit Conventus hic à ſuæ fundationis exordio Provinciæ Teutoniæ, & anno 1494 reformatus fuit per celeberrimum SS. Roſarii preconem P. Mag. Jacobum Sprengerum S. T. D. Conventûs Colonienſis quondam Priorem, & tunc temporis Priorem Provincialem. Tandem anno 1515 aggregatus fuit novæ illo anno erectæ Provinciæ Germaniæ inferioris, quæ in hoc Conventu Capitula ſua Provincialia celebravit:

Anno 1524

Anno 1563 die 4 Septembris.

Anno 1606 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.

Anno 1649 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.

Anno 1668 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.

Anno 1692 die 26 Aprilis.

Anno 1702 die 3 Maii hîc habita fuit Congregatio Patrum.

Vide ſupra in tractatu præliminari §. nono.

§. II. *De erectione Academiæ Lovanienſis, & Studii Generalis in hoc Conventu.*

ANno 1425 conſentiente Martino Quinto Summo Pontifice, Lovanii erigi cœpit Schola Academica omnium Scientiarum (exceptâ Scholâ Theologicâ) & die 2 Octobris anni ſequentis apertæ fuerunt Scholæ publicæ. Scholam verò Theologicam huic Academiæ perficiendæ poſtea conceſſit Eugenius Quartus anno 1431 in feſto S. Thomæ Aquinatis, aliquando futuri hujus Scholæ Patroni. De cujus progreſſu ita ſcribit Nicolaus Vernulæus: „de Colonia venit Joannes Wyningen Prædicator, Petrus Welle „(*Wellens*) ex Conventu Antverpienſi, Joannes de Oeſter„haufft Prædicator, atque hi, naſcente Academiâ, Theo-

Erectio Univerſitatis Lovanienſis.

„logicæ Scholæ dignitatem ſuſtinuerunt .....illud verò „nequaquam reticendum : ex hac Schola (*dominicana*) ali„quando intra annos dumtaxat triginta , Doctores S. Theo„logiæ quatuordecim renuntiatos eſſe. Numerantur etiam „ſeptem, vel octo , qui noſtrâ ferè memoriâ in ſtrictæ Fa„cultatis Collegium adſciti ſunt , quod peculiare huic Or„dini ſemper fuiſſe conſtat.

Prædictus P. Mag. Joannes à Wyningen Univerſitatis Colonienſis (quæ hujus Lovanienſis mater eſt) S. T. D. die 21 Decembris anno 1433 in Univerſitate Lovanienſi pari quâ in Colonienſi S. T. Doctorali laureâ inſignitus fuit , de mandato ejuſdem Academiæ Sacra Biblia explicavit , & in ſe ſumpſit curam procurandi : ut in proximo Capitulo Generali illius Univerſitatis Privilegia approbarentur , & in Conventu noſtro Lovanienſi erigeretur Studium Generale adinſtar Studii Generalis Colonienſis , quod & factum eſt : nam ab eodem Capitulo obtinuit ; quod Religioſi noſtri , qui capaces eſſent , in hac Univerſitate poſſent gradus aſſumere ſicut in Univerſitatibus Pariſienſi, Bononienſi, Patavina , &c. aſſumere ſolebant , & anno 1447 die 28 Julii Religioſi Ordinis noſtri unà cum Fratribus Minoribus , & Fratribus Eremitis S. P. Auguſtini per inſtrumentum publicum huic Univerſitati incorporati fuerunt.

Erectio Studii Generalis in hoc Conventu.

PP. Prædicatores, Auguſtiniani , & Minores incorporati Univerſitati Lovanienſi.

Nota. Vernulæus ſcribens de exordio hujus Conventûs Lovanienſis ſic ait „Cœnobium Dominicanorum ducentis „circiter annis ante Academiam incepit. Anno nimirum 1228 „erectum verò eſt in Studii Generalis Scholam , etiam à „primis initiis ſuis. Fides ſit penes authorem.

Anno 1567 die 29 Novembris in hoc Conventu habita fuit ſolemniſſima hujus Univerſitatis Congregatio. Tunc in Seſſione totius Univerſitatis Sacroſancti Concilii Tridentini decreta publicata , & acceptata fuerunt , habitâ prius ab uno Doctore Oratione latinâ , & per Secretarium Univerſitatis prælectâ formâ quâdam alicujus ſuper id decreti, Rector Magnificus cum ſingulis ejuſdem Univerſitatis membris , detecto capite , proteſtationem fidei ſecundum Bullam Pontificiam emiſit.

Decretorum Concilii Tridentini publicatio , & acceptatio.

§. III. *De Doctrina D. Thomæ introducta in Universitatem Lovaniensem.*

IN exordio Universitatis Lovaniensis prælegebatur Petrus Lombardus in libros Sententiarum, duravitque hæc lectio usque ad tempora Philippi secundi Regis Hispaniarum, qui, perspectis tot Summorum Pontificum de doctrina Divi Thomæ Aquinatis præclarissimis testimoniis, & encomiis, auditâque singulariſſimâ veneratione, quam erga eandem doctrinam ostenderunt universæ Ecclesiæ Patres in Concilio Tridentino: pertimescens etiam Belgicæ juventuti, ne venenata hæreticorum dogmata in externis Universitatibus haurirent, & in Belgium deferrent, necnon & ipsi Universitati, hæreticorum Confinibus vicinæ: quibus periculis ut tempestivè mederetur, intensè commendavit, & sanxit; ut imposterum in Universitatibus Lovaniensi, & Duacensi non legeretur, aut audiretur, nisi Divi Thomæ Aquinatis doctrina, eumque in finem Archiduci Ernesto Belgii Gubernatori sequentes scripsit litteras:

Litteræ Regis Hispaniarum pro doctrina D. Thomæ Aquinatis.

„ Amice frater, Nepos, & Cognate. Quandoquidem hiſ-
„ce in partibus profiteantur Sacram Theologiam tali more,
„& consuetudine: ut lectio publica Theologiæ Scholasti-
„cæ fiat ex Divo Thoma Aquinate; desidero scire: si id-
„ipsum fiat in Universitatibus mearum Civitatum, Lova-
„niensis scilicet, & Duacensis. Sin secus, velim me com-
„monefacias, etiam audiri eos, ad quos pertinet, & ab
„ipsis sciscitari: num expediat; ut similis lectio ordinetur,
„& quo modo, & viâ possit eadem procurari, ut publicè
„in Scholis prædictarum Universitatum possit doceri. Hiſ-
„ce amice Frater, Nepos, & Cognate, Deus te incolumem
„servet. Matriti hâc 28 die mensis Novembris anno 1594.
„Amicus vester, Frater, Patruus, & Cognatus. Signatum
„Philippus. A de la Loe.

Regiam voluntatem exequi non neglexit Ernestus: sed illicò Sanctiori suo Concilio negotium hoc commisit, à quo, maturâ habitâ deliberatione, almæ Universitati scriptum fuit hoc modo:

„ Dominis Rectori, & cæteris de Facultate Lovanienſi.
„ Domini. Ex duplicato Epiſtolæ, quam ſua Majeſtas
„ſcripſit Sereniſſimo Archiduci Erneſto felicis recordationis,
„cujus copia hîc jungitur, cognoſcetis bonum, & ſanctum
„propoſitum, quod demonſtrat in promovendo, & augen-
„do ſtudium ſacræ Theologiæ ſcholaſticæ ſuarum Univer-
„ſitatum Lovanienſis, & Duacenſis ex prælectura publica,
„quam intendit faciendam eſſe ex Divo Thoma Aquinate,
„imitatione Hiſpaniarum, & aliorum locorum, quod idem
„& nos intendimus, & id, quod vos ipſi antea petiiſtis, &
„ſupplicaſtis. Porrò, ut ſemel poſſit mandato exequi hæc
„pia intentio; expetimus nos: ut inter vos de modo,
„& forma meliore conveniatis, quo res poſſit ſtabiliri, &:
„ut admoneatis nos quoad omnia, quæ expedire adinvene-
„ritis, & hoc quantociùs: ne tempus elabatur, & penes
„vos ſit in hac re defectus. Deus Opt. Max. vos, Domini,
„incolumes ſervet. Bruxellis die 12 menſis Junii anno 1595
„H. A. Vr ex ordinatione Dominorum Concilii Statûs in
„abſentia ſuæ Excellentiæ. Signatum Pratel.

Doctrina D. Thomæ in Universitatem Lovanienſem introducta.

Academici, intellectâ voluntate Regis, Archiducis, & Concilii Statûs, poſt varias inter ſe habitas deliberationes, ad utilitatem, & profectum Scholæ Theologicæ plurimùm conducere judicarunt: ut, loco Magiſtri Sententiarum, Summa Theologica S. Thomæ Aquinatis impoſterum prælegeretur, quod feliciter inchoatum fuit die 24 Aprilis anno 1596 quo die eximius Dominus Joannes Clarius S. T. Doctor primam lectionem Thomiſticam habuit, quæ uſque in hodiernum diem ſummo cum ſtudioſorum fructu continuatur.

Ad hujus ſacræ doctrinæ promotionem præfatus Rex Catholicus ſecundam lectionem munificentiâ ſuâ fundavit aſſignando penſionem annuam, & primum Canonicatum denominationis ſuæ in Collegiata S. Petri Lovanii vacaturum.

Erectio Collegii Regii Lovanii.

Deſuper Collegium novum Lovanii ædificari fecit, quod Collegium Regium vocatur, in quo prælegi debet Summa Divi Thomæ ad inſtruendum eos, qui ad regimen animarum diſponuntur.

§. IV. *De electione D. Thomæ in Patronum almæ Universitatis Lovaniensis.*

IN tantùm paulatim accrevit Academicorum Lovaniensium erga S. Thomam Aquinatem affectus, & veneratio; ut anno Domini, 1637 die 30 mensis Septembris, Divo Hieronymo Ecclesiæ Doctori sacro, invocatâ priùs Spiritûs Sancti gratiâ, sacra Facultas Theologica D. Thomam elegerit in perpetuum suum apud Deum Patronum, & Præceptorem, ordinaveritque Domino Decano Baccalaureorum pro tempore: ut Solemnem Missam, à multis retrò annis in festo Divi Thomæ decantari solitam in ecclesia Collegiata S. Petri, imposterum singulis annis circa horam octavam matutinam decantari faciat in ecclesia hujus Conventûs.

Nec hîc stetit sacræ Facultatis Theologicæ erga S. Thomam devotio: sed quamprimùm sibi futura institutio Militiæ Angelicæ innotuit, alios exemplo suo præire piè contendit, & fecit, ut patet folio 134.

CAPUT QUARTUM.

De Inundationibus aquarum Lovanii.

QUamvis Conventus hic iconoclastarum rabiem, aut ignis voraginem numquam persenserit: aquarum tamen inundationibus Fratrum suorum quies nonnumquam perturbata fuit.

Anno 1571 die 7 Februarii tanta aquarum copia omnes hujus Conventûs officinas operuit, ut Fratres nostri in dormitorio, in cella P. Mag. Baltazaris Textoris Regentis Studii culinam, vix illo nomine dignam, habere debuerint. Hâc acceptâ occasione, prædictus eximius explicavit materiam *de Jejunio*: nam ipsis tunc magìs, quàm alio tempore, jejunandum erat.

Secundæ inundationis meminit Necrologium Gandense

his verbis: „anno Domini 1572 die 14 Januarii obiit in „Conventu Lovanienſi in inundatione aquarum juvenis Sa„cerdos, & prædicator Fr. Judocus Maſt.

Iterum anno 1573 die 8 Januarii cecidit magna pluvia, quæ nivem ſubitò diſſolvit, &, quia aquæductuum Præfectus cataractarum januas ſat citò aperire neglexerat, tanta aquarum abundantia confluxit: ut partem mœniorum civitatis abſtulerit, multa ædificia dejecerit, plures homines, & animalia ſubmerſerit, ac magnam urbis partem inundaverit. In hujus diluvii memoriam ſupra portam unius cameræ hoſpitum ſub bibliotheca ſubducta fuit linea nigra, quæ hodiedum conſpicitur, & aquas ad octo, plus minùs, cubitorum altitudinem aſcendiſſe demonſtrat. Huic liniæ adſcripti ſunt hi verſus:

Jani octava dies fuſco ſignanda lapillo
heu! gelida, lector, nos penè merſit aqua
1573

Similes ferè inundationes contigerunt anno 1657 quo in dormitorio culinam, & Scholas, & refectorium: in bibliotheca verò chorum habere, & miſſas celebrare debuerunt Patres noſtri.

Et iterum anno 1716 menſe Februario, quâ inundatione omnes officinæ inferiores opertæ fuerunt.

Patres noſtri ſeniores, qui ibidem ſtuduerunt, ſæpius adhuc tales inundationes Lovanii fuiſſe aſſerunt.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

CONventum hunc viri plurimi dignitate, eruditione, & exemplari vitâ celebres illuſtrarunt, inter quos meritò numerari poſſunt:

P. Henricus à Calſtris Deiparæ apparitione inſtruitur.

B. M. Ven. P. HENRICUS A CALSTRIS ex nobili patricia Calſtrenſium familia Lovanii natus, & ibidem Ordinem noſtrum profeſſus, Pariſiis ſtudiis incubuit, ſæpiuſque in vita ſua Deiparam ſibi apparentem conſolatricem habuit,

quæ ipsum de quibusdam rebus secretis instruxit, eique singulari beneficio obtinuit: ut intelligeret quidquid legeret in Scriptura Sacra, quantùm ad illius salutem pertinebat.

Factus Lector Conventûs Vympiensis, ipsius sanctitatis excellentia, vel hinc etiam maximè patuit, quod in liberandis è purgatorio animabus oratio ejus esset mirum in modum efficax: nam veniens ad funus cujusdam Fratris Ordinis Minorum Coloniæ, audivit quasi vocem illius animæ, quæ ipsi apparebat, & dicebat: tu soles orare pro defunctis, per medium diem fui in purgatorio, & jam duxi mecum ex purgatorio viginti quatuor animas, pro quibus Deum exorasti. Orat pro defunctis.

Quâdam die Signo crucis cerevisiam tenuem mutavit in vinum.

Aliâ vice incidens in deliquium animi audivit dæmones dicentes: noster es, & nobiscum ibis, nec tamen eum tangebant. Post altercationes plurimas apparuit lux magna, statimque evanuit turba illa dæmonum, & audivit vocem Deiparæ dicentis: ego sum. Noli timere. Et ille: ô Mater misericordiæ, quare hoc Dominus meus Jesus Christus filius tuus fieri permisit? at illa ait: per hæc, quæ passus es, purgatum est, quidquid in te erat criminosum, & scias: quandocumque cessabunt homines te perturbare, dæmones te impugnare non cessabunt. Citò finis erit, sustine patienter. A Dæmone tentatur.

Aliâ vice dæmonem in specie pulchræ mulieris apparentem in fugam egit. Dæmonem fugat.

Frater quidam dubitans de iis, quæ de Sanctitate P. Henrici dicebantur, tertiò vidit lumen magnum in altari, quando Henricus missam celebrabat, & dixit: modò credo, quod vera sint ea, quæ de ipso dicuntur, & responsum audivit: amen, nunc benè dicis. Testimonium de illius Sanctitate.

Militi cuidam infirmo propè Moguntiam ante decennium sacramentaliter non confesso, qui seipsum diabolo tradiderat, & de salute sua desperabat, instantem post triduum mortem prædixit, ad pœnitentiam adduxit, & annuntiavit: Dei Matrem, in cujus honorem in pane, & aqua jejunare consueverat, in extremis ei adfuturam; quæ, etiam mul- Militem convertit.

tis cum virginibus ei adfuit, & ille ſine purgatorio tranſiit propter validiſſimam contritionem, quam in extremis habuit.

Alium è purgatorio liberat.

Animæ Militis cujuſdam, licet ſibi ignoti, in Conventu noſtro Vympienſi in Suevia ſepulti ob magnum illius erga Ordinem noſtrum affectum, precibus à Deo obtinuit è purgatorio liberationem.

Ante obitum ejus viſitavit illum Petriſſa quædam, & cum graviter ægrotaret, interrogavit: ſi abſque purgatorio tranſiret ad gloriam? cui reſpondit, dicens: Beata Virgo in hora exitûs mei animam meam ſuſcipiet, & pluſquam trecentas animas mecum de purgatorio adducam.

Moritur.

In felici ejus tranſitu, qui fuit die 18 Octobris ipſo die S. Lucæ, monſtratum eſt cuidam perſonæ devotæ: quod purgatorium illuminabatur, per quod tranſivit ſicut per oſtium, & adduxit ſecum trecentas triginta ſex animas, quas pro amore ſui dilecti liberaverat Dominus.

Miracula.

Quædam mulier per quindecim annos cæca ad Sepulchrum ejus viſum recepit.

Quædam alia phrenetica terrâ illius Sepulchri ſanata fuit.

Quo anno obierit, aut ubi ſepultus fuerit, non addit D. Joannes Gillemans Rubeæ vallis Canonicus Regularis, Scriptor vitæ ejus: illum tamen in eccleſia, aut Conventu noſtro Colonienſi ſepultum eſſe, quidam ſuſpicantur: quia effigies illius in choro ejuſdem eccleſiæ conſpicitur, & in partibus illis aliquamdiu commoratus eſt. Vide Choquetium de SS. Belgis Ord. Præd. Raiſſium ad Natales SS. Belgii folio 219.

Illum quædam ſcripſiſſe: indicat P. Laurentius Surius Carthuſianus in epiſtola ſua ad Adolphum Archiepiſcopum Colonienſem, præfixa operibus B. M. P. Joannis Tauleri, ab eodem P. Surio ex germanico in latinum verſis. In epiſtolis enim P. Joannis Tauleri reperitur epiſtola 39 ſub nomine Henrici Lovanienſis cum hoc titulo: *de ſex quibuſdam, quæ faciunt hominem immobiliter in divina unione perſiſtere.* Ubi ad marginem libri habetur: *Author D. Henricus à Lovanio.* Hoc tantùm annotatum habetur in poſterioribus Tauleri operum editionibus, videlicet: Colonienſi Quintiliana anno 1553 in folio, & anno 1613 in 4.

Hanc

Hanc verò epiſtolam ſeparatim prælo ſubjecit P. Mag. Andreas à Turri S. T. D. hujus Conventûs Lovanienſis, ſub titulo: *Epiſtola aurea B. M. Henrici de Calſtris Lovanienſis Ordinis Fratrum Prædicatorum omnem vitæ ſpiritualis doctrinam continens.* Lovanii typis Everardi de Witte anno 1647 in 8.

B. M. Ven. P. SERVATIUS LOVANIENSIS de quo Thomas Cantipratanus: „vidi & alium ejuſdem Ordinis in eodem „loco, Servatium nomine, dilectum valdè mihi, & in ami„citia ſpecialem. De iſto beatiſſimo, & emerito valdè Vi„ro Fratres, qui cum eo in Ordine Prædicatorum triginta „quinque annis fuerant converſati, veritate teſtatiſſimâ re„ferebant: quod in tanto temporis ſpatio, ex quo intra„verat Ordinem, numquam Fratrem, numquam homi„nem ex ſua culpa, vel incuria perturbaſſet. Humilitatis, „& manſuetudinis tantæ fuit, quantæ numquam hominem „meminerim me vidiſſe. Compaſſionem verò, & charita„tem erga proximos miram, & vehementem habebat. Hic „mortis exitui debilitate corporis appropinquans, oculis, „& manibus cæleſtibus inhiabat. Cùm autem à Fratre quo„dam rogaretur: ut ſibi ſuper pace conſcientiæ ſuæ reſpon„deret; dixit humiliter, & devotè: pax certa, & firma „eſt inter me, & noſtræ ſalutis Authorem: nec ullo mo„do diutiùs ejus contemplatione fruſtrabor.

Quo anno, aut ubi obierit, nondum inveni.

B. M. Ven. P. CONRARDUS LOVANIENSIS de quo præfatus Cantipratanus lib. 2 de Apibus Cap. 1 „vidi & alium „Virum emeritum, Conrardum nomine, in Ordine Præ„dicatorum apud Lovanium vitâ, & animarum zelo fer„ventiſſimo glorioſum. Quem, cùm audiviſſem mori: veni „ad locum, ubi mutus, & quaſi ſui neſcius decumbebat. „Appropinquante verò horâ deceſſûs, contra ſpem omnium „oculos elevavit, & manus; & cum lætiſſimo vultu intui„tus Crucifixum, dixit: educ de carcere animam meam; „ut confiteatur nomini tuo Domine. Et cum tertiò hoc „dixiſſet, demiſſis oculis, expiravit.

Hujus digniſſimi Viri diem, & locum obitûs non inveni.

P. Thomas Cantipratanus.

B. M. Ven. P. Thomas Cantipratanus S. Thomæ Aquinatis condiſcipulus natus eſt Leewis S. Petri in Brabantia, propè Bruxellas, quem cùm pater ſuus adhuc puerum ad litterarum ſtudium, & vitam cælibem provocaret, ſæpius eidem cum lachrymis referre ſolebat: cum mare (inquit) tranſiſſem terram Sanctam, ac Hieroſolimam viſitare: veni in montem, quem nigrum vocant, ubi ſparſim multi viri Sancti vitam eremiticam ſectando, Domino ſerviebant. Uni ergò eorum peccata mea confeſſus, reſponſum accepi: me de facili culpas meas non poſſe per pœnitentiam diluere: ſed ſi filium haberem, & hunc ad litteras ponerem, & fieret Sacerdos idoneus Chriſto, potiſſimè per hunc me poſſe ſalvari.

Fit Canonicus Regularis.

Hujus conſilii occaſione Thomas in ſcholas datus, poſtea factus eſt Canonicus Regularis in Monaſterio Cantipratano in ſuburbio Cameracenſi, undè Cantipratanus dictus fuit (Monaſterium hoc in urbis munimen dirutum, in Bellinghen propè Hallas Hanoniæ translatum eſt) ejus pater poſtmodum, divinâ gratiâ ſuffragante, tam per ipſum, quàm per alios, quos publicè in ſermonibus, vel ſecretò in conſiliis, ad orandum pro illo efficaciter inducere potuit, adjutus eſt multis modis. Pro quo ſi filius celebrare diſtuliſſet aliàs impeditus, ipſe eidem apparebat in ſomnis, & oſtenſis manibus pluribus plagis lividis, illum, cur filius patrem non juvaret, ſinceriter arguebat.

Apparet ei Pater ſuus.

Factus Sacerdos patitur tentationes carnis ex auditis in confeſſione.

Cùm autem ad Presbyterii Ordinem ætate juvenis acceſſiſſet, & ex auditis in confeſſione magnas carnis tentationes pateretur, acceſſit piam Lutgardem ſanctiſſimæ vitæ in Aquiria Monialem, quæ poſt orationem eum admonuit: ne ab auditione confeſſionum abſtineret, Deum ei in adjutorium futurum, & ab illo tempore à dictis tentationibus liberatus fuit.

Vices gerit Epiſcopi.

Per triginta igitur annos eo in munere vices Epiſcopi gerens cum magno animarum fructu perſeveravit.

Fit Dominicanus poſtea Supprior.

Intravit poſt hæc Ordinem Fratrum Prædicatorum, in quo cùm laudabiliter per duodecim circiter annos converſatus fuiſſet: conſtitutus eſt Supprior in Conventu Lovanienſi.

Quo in tempore conſtitutus die quâdam apud Trevirim, totius Europæ antiquiſſimam civitatem, vidit ſtructuræ cujuſdam admirabilis veſtigia, quæ Helenæ Conſtantini matris palatium fuiſſe dicebatur, quod, ne ab inimicis in periculum Civitatis præoccuparetur, à civibus eſt deſtructum. In hujus latere à parte aquilonari oratorium parvum eſt inventum, in quo altare ex marmore candidiſſimo erat, & in latere dextero Sepulchrum. Scriptura verò ſuper Sepulchrum in pariete legebatur hoc modo: *S. Theodulphe noſtri petimus miſerere.* Depoſito autem lapide, corpus inventum eſt incorruptum. Hujus reliquias capillorum, & unguium in antiquiſſimo Monaſterio jam dictæ Civitatis, quod Horreum dicitur, cum ſuperinſcriptione veteri hic venerabilis adinvenit, & de permiſſione civium Manum unam de corpore Sancti (vide folio 133 in Theſauro Sacro hujus Conventûs) quod annis ferè ſexcentis integraliter manſerat, mox abſcidit, ac Lovanium ad ſuum Conventum deportavit.

Ad Conventum ſuum defert Manum integram S. Theodulphi.

Duaci exiſtens in Eccleſia S. Amati, vidit in Speciebus euchariſticis faciem in menſura ætatis plenitudinis Chriſti, ſpineam coronam in capite geſtantem, & duas guttas ſanguinis de fronte ex utraque parte naſi deſcendentes.

Videt faciem Domini in Speciebus euchariſticis.

Antequam S. Ludovicus Francorum Rex crucem tranſmarinam ſuſciperet: nempè anno 1246 in cœlo vidit crucem ex clariſſimo lumine ſydereo formatam octo cubitorum longitudinis, totque vicibus Crux contra infideles prædicata eſt.

Videt Crucem in cœlo.

Hujus venerabilis Patris Thomæ Cantipratani vitam valdè amplè deſcripſerunt D. Joannes Gillemans Canonicus Regularis rubeæ vallis propè Bruxellas, D. Georgius Colvenerius S. T. D. Regius ordinariuſque Profeſſor in Univerſitate Duacena (ejuſdemque Univerſitatis poſtea Cancellarius) illos ſecuti ſunt plures alii, qui de hujus digniſſimi Viri dignitate, tempore, quo obiit, & loco, in quo ſepultus fuit, non conveniunt.

D. Joannes Gillemans ſupranominatus qui obiit anno 1478 hujus venerabilis Patris geſta ſic concludit: *hæc ſunt geſta venerabilis Thomæ de Cantiprato Supprioris domûs Prædicatorum Lovanienſium.*

Alii authores, qui poſt ipſum ſcripſerunt, variis nominibus hunc Thomam appellarunt; quidam enim eum vocant *Thomam Cantipratanum*. Alii *Thomam Brabantinum*, alii *Thomam Barbanſonium*. Quidam ei attribuunt dignitatem *Suffraganei Cameracenſis*, alii, *Epiſcopi Luſentini*, alii *Archiepiſcopi*, alii *Patriarchæ Hieroſolimitani*. Noviſſimè P. Mag. Vincentius Maria Fontana eum ponit inter Patres Concilii Lugdunenſis ſecundi anno 1274 in qualitate Epiſcopi Luſentini. Fides ſit penes Authores.

Dubitatur qualis fuerit?

De his omnibus vide *Obſervationes circa Epiſcopatum*, & *Doctoratum F. Thomæ Cantipratani* additas opuſculo P. Mag. Guilielmi Seguier, cui titulus: *Inſulæ Belgicæ Ordinis Fratrum Prædicatorum*, folio 90.

Secundò. Circa tempus, quo ex hac vita migravit, diſſentiunt Authores. P. Mag. Guilielmus Seguier inter Epiſcopos titulares folio 56 citans Juſtum Lipſium dicit: Thomam obiiſſe Lovanii die 15 Maii anno 1263 ibidemque ſepultum inter Fratres ſui Ordinis. P. Mag. Fontana in Sacro theatro Dominicano dicit: illum obiiſſe anno 1275 ſepultumque eſſe in Eccleſia Cathedrali (nunc metropolitana) Cameracenſi, folio 221. Alii apud Choquetium: illum obiiſſe putant anno 1280.

Quo anno obierit.

Scripſit *Bonum univerſale de Apibus* impreſſum primò Daventriæ anno 1470. Pariſiis 1500 demum notis à ſe illuſtratum tertiò evulgavit D. Georgius Colvenerius S. T. D. Duacenus (poſtea dictæ Univerſitatis Cancellarius) annis 1597 1605, & 1627. Idem in gallicum vertit P. Vincentius Willaert Conventûs noſtri Atrebatenſis. Bruxellis typis Joannis van den Houcke anno 1650 in 4.

De natura vel cauſis rerum libros 20 quos (ut ipſemet in prologo operis præcedentis ad B. M. Humbertum V Ordinis noſtri Magiſtrum Generalem teſtatur) multo tempore per 14 annos ex diverſis authoribus utiliſſimè collegit. M. S. aſſervatur apud Patres Carthuſianos vallis S. Spiritûs juxta Goſnarium in Arteſia, qui illos Colvenerio ad exſcribendum tranſmiſerunt. Hoc opus aliqui idem arbitrantur, ac librum *de Proprietatibus rerum* à Patre Bartholomæo Glau-

nuyle vulgò *Anglico* Ordinis Minorum exaratum : ſed aliud planè eſſe diſtinctum : affirmat Colvenerius, qui, collatione factâ utriuſque operis, diverſa reperit diſtincta.

Vitam Chriſtinæ virginis, quam Mirabilem vocant. M. S. Illam, ſtylo nonnihil mutato, habet Surius tomo 3 die 23 Junii pag. 888 editionis Colonienſis anno 1579.

Vitam Lutgardis Ordinis Ciſtercienſis, Monialis in Aquiria Gallo-Brabantiæ. M. S. Illam quoque, ſtylo nonnihil mutato, habet Surius tomo 3 die 16 Junii pag. 768.

Vitam Margaritæ Yprenſis Ordinis noſtri. Quam Choquetius Vitis SS. Belgarum Ordinis noſtri, & P. Joannes à S. Maria aliàs Rechac Vitis Sanctarum Ordinis noſtri inſeruerunt.

Duobus prioribus libris vitæ B. Mariæ Oigniacenſis, à Jacobo de Vitriaco S. R. E. Cardinali exaratis, tertium adjecit à ſe compilatum. M. S. in multis Canonicorum Regularium bibliothecis.

Alia quædam opera ei attribuunt Colvenerius, aliique.

P. Mag. JOANNES DE BERGIS S. T. D., & ſui Conventûs Prior. Obiit die 19 Martii anno 1401.

P. Mag. JOANNES DE BOMALIA, Conventûs Lovanienſis quondam Prior, ſtudiorum Regens, receptus ad Concilium Univerſitatis Lovanienſis anno 1434. Succeſſit poſteà in profeſſione S. Theologiæ P. Mag. Joanni à Wyningen, & anno 1450 ad Cathedram promotus fuit ab Univerſitate Lovanienſi eâ lege (inquit Valerius) ut intra annum fieret Doctor, factus hæreticæ pravitatis Inquiſitor, ut talis ab Univerſitate acceptatus fuit 7 idus Novembris anno 1471. Obiit Lovanii 8 kalendas Januarii in feſto nativitatis Domini anno 1477. Anno 1473 interfuit Capitulo Generali Baſileæ tamquam Diffinitor provinciæ Teutoniæ.

Scripſit *Tractatum contra Monachos proprietarios* editum Pariſiis typis Marneffii cum aliis ejuſdem argumenti authoribus.

In *Proverbia*, *Eccleſiaſten*, *Apocalypſim* M. S.

Sententias, *de Sacramento Euchariſtiæ* M. S.

De Virtutibus Theologicis M. S. quæ omnia Bruxellis in bi-

bliotheca noſtra extitiſſe manuſcripta teſtatur Bunderus: ſed poſtea, tempore iconoclaſtiæ, vel conflagrationis anno 1695 perierunt.

Planctum Religionis ſuper defectibus religionis cujuſcumque Ordinis, in quo opere ſub perſona Jeremiæ (cujus lamentationum duo priora alphabeta & quartum explicando adaptantur) Religio ſancta miſerabilem quorumdam Religioſorum lapſum lamentans, & plangens introducitur. Opus hoc inſcripſit R. P. Joanni Excuria (Utenhove) Conventûs Gandenſis celeberrimæ Congregationis Hollandiæ Vicario Generali, cui aliqui malè opus adſcribunt M. S. aſſervatum Lovanii apud Canonicos Regulares ad S. Martinum.

Queſtionem: an Prælatus cum Religioſis poſſit diſpenſare in his, quæ concernunt Obſervantiam Regularem. M. S. aſſervatur in Monaſterio Parcenſi Ordinis Præmonſtratenſis propè Lovanium.

De *Diſpenſationibus in Religione*. M. S. aſſervatum in Monaſterio Viridis Vallis Canonicorum Regularium propè Bruxellas, teſtibus Bundero, & Valerio.

Sic habent memoriæ Lovanii mihi datæ: ſed cum eſſem Leodii anno 1715 R. P. Bernardus Julinet Conventûs ſui Leodienſis deputatus Annaliſta oſtendit mihi fragmentum aliquod ex pargameno, præ vetuſtate putrefactum, & vix legibile, quod continet nomina defunctorum illius Conventûs, inter quos numeratur Fr. Joannes de Bomalia S. T. Profeſſor. Obitus ejus notatur 25 Decembris: ſed annus non apponitur, more illius temporis, quo ſolum defunctorum nomina, & menſes obituum, non verò anni, in toto illo pargameno ſunt appoſiti, ex quibus meritò dubitari poſſe videtur: an hic P. Joannes non fuerit Conventûs Leodienſis filius; ſed Lovanii Prior, & Regens mortuus.

P. Nicolaus Offhuys, dictus de Bruxella, ad Concilium Univerſitatis Lovanienſis receptus fuit ultimâ Maii anno 1454 quondam ſui Conventûs Prior. Obiit 9 Martii 1480.

P. Henricus de Weſemalia Vicarius Generalis Teutoniæ.

P. Mag. Henricus Fredericus de Weſemalia ſepultus in choro hujus Conventûs ſub hac Epigraphe:

„ Sepultura venerabilis Patris P. HENRICI FREDERICI DE „WESEMALIA Ord. Præd. Convent. Lovan. S. Theol. Pro„fessoris, quondam Argentinæ, & Lovanii Prioris, qui „in Generali Vicariatu quatuordecim annis in Provincia tran„quillè, & quietè præfuit. Vivere desiit anno M. D. II. IV. „nonas Novembris.

P. Mag. JOANNES WILLEMAER in Universitate Lovaniensi doctorali laureâ decoratus 1483 sui Conventûs quondam Prior. Obiit die 13 Aprilis anno 1503.

P. Mag. EUSTACHIUS DE RIVIS, dictus DE SICHENIS, sui Conventûs quondam Prior „ Studii Generalis Regens „ Capituli Provincialis Diffinitor, S. T. Doctor renuntiatus Calendis Septembris anno 1517 strictæ Facultatis Theologicæ Professor Regens. Primus, aut saltem unus ex primis, Belga fuit, qui adversus Lutherum scripsit: *Confutationem brevem errorum Martini Lutheri, eorum præsertim, quos Colonienſis, & Lovanienſis Academiæ damnaverunt.* Antverpiæ typis Michaëlis Hillenii anno 1523 in 4.

Tractatum de septem Sacramentis. Antverpiæ typis Simonis Coci anno 1523 in 4.

Tractatum contra Canonem quintum Enchiridii Erasmi Roterdami. Antverpiæ typis Guilielmi Voesterman anno 1531 in 8.

Litanias Sanctorum Belgii. M. S.

Post glorioſum contra fidei hostes certamen, æternam coronam (uti speramus) consecutus est die 16 Aprilis anno 1538.

P. Mag. GODEFRIDUS STRYROIDE, patriâ Diesthensis, sui Conventûs quondam Prior, Studii Generalis Regens, doctoralem lauream adeptus die 11 Februarii anno 1523 iteratò Capituli Provincialis Diffinitor, hæreticæ pravitatis Inquisitor, strictæ Facultatis Theologicæ Lovanienſis Professor Regens, Ecclesiastes celeberrimus, & velut alter Demosthenes tantæ erat facundiæ: ut extra ecclesias in hortis, & areis ob nimium populi concursum diebus solemnioribus è Suggesto portatili ad ejus usum specialiter adaptato, sacra verba facere cogeretur. Studii Generalis actualis Regens existens diem clausit extremum die 10 Novembris anno 1549.

ejus corpus in medio chori ſub lapide, cui pulpitum impoſ. nitur, honorificè ſepultum fuit.

In tanti Viri memoriam parieti inſculpti fuerunt verſus ſequentes :

En tibi parva licet magni monumenta Stryroi
Godfridi, cujus patria Dieſtha fuit.
Qui magnus Sophiæ humanæ, ſacræque Profeſſor
Egit preconem non ſine laude ſacrum
Adde quod ornari curat Sedilibus ædem
Unde illi ſemper debeat iſta domus.

P. Joannes Hentenius fit Hieronymianus.

P. Mag. JOANNES HENTENIUS patriâ Nechlinienſis (non Mechlinienſis) in ditione Leodienſi, adoleſcens in Luſitaniam profectus, ibidem Ordinem S. Hieronymi amplexus eſt. Deinde in patriam redux ſtudiorum causâ, Lovanii Baccalaureus, deinde Licentiatus factus eſt tempore, quo Authorum Græcorum verſioni latinæ, ac impreſſioni allaborabat.

Linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ peritiſſimus erat. Cum autem Prædicatorum Ordinem ſtudiis, & prædicationibus, præ illo, quem profeſſus erat, florere, & ſaluti proximi prodeſſe conſpiceret; ſummo deſiderio ſe in illum recipi expoſtulavit.

Fit Dominicanus.

Voti ſui compos factus, in ſtudiis adeo laudabiliter perſeveravit, ut doctoralem lauream fuerit adeptus die 12 Maii anno 1551 ſtudii noſtri Generalis Regens conſtitutus. Conventûs ſui Prioratum, & Inquiſitoris hæreticæ pravitatis munus laudabiliſſimè adminiſtravit. Capituli Provincialis Diffinitor. Tempus, quod ei extra Scholas ſupererat, ſummâ diligentiâ vertendo libros ex Græco in latinum, illoſve ſecundum textum græcum corrigendo jugiter impendebat.

Eo in Studio talis, tantuſque evaſit, ut de mandato invictiſſimi Imperatoris Caroli Quinti ab alma Univerſitate Lovanienſi fuerit deputatus, ut Biblia Sacra ex vetuſtiſſimis exemplaribus in eam formam reduceret, quam hodiedum conſpicimus, & Doctorum manibus teritur, quod præclariſſimum opus *Biblia Lovanienſia* vocatur. De ſpeciali quoque commiſſione Univerſitatis Lovanienſis errores, qui in

Scribit Biblia Lovanienſia.

Scriptis

Scriptis Eraſmi Roterodami reperiebantur, annotavit, & eraſit.

Dum tandem expurgationi magnorum Bibliorum Roberti Stephani inſudaret, è vivis deceſſit die 13 Octobris anno 1566 ætatis ſuæ 67. Corpus ejus calculi doloribus, & continuis ſtudiis totaliter extenuatum erat. Solebat enim dicere: ſe communia propriis præponere commoditatibus. Unde P. Mag. Petrus Bacherius Conventûs Gandenſis, illius contemporaneus de eo cecinit: Moritur.

Prætulit Hentenius privatis publica rebus
Commoda, Cœnobio dives, inopſque ſibi.
Jactet Ariſtidem præclarum Græcia, Roma
Publicolam, Hentenio dum ſit uterque minor.

Commentaria in Sacroſancta quatuor Evangelia ex S. Chryſoſtomi, aliorumque veterum ſcriptis, magna ex parte collecta Authore Euthimio Zigabeno œcumenio è Græco latina fecit. Hæc commentario primo attribuerat, aliorum potius, quam ſuam opinionem ſecutus; verùm, paucis diſtractis exemplaribus, certò aſſecutus Authorem, titulum mutavit, & vero Authori fœtum reddidit; uti lectorem monet. Adjecit ad calcem *Confutationem cujusdam impoſturæ judaicæ*, ſive libelli *de ficto legali Jeſu Chriſti Sacerdotio* ex Suida deſumpti. Lovanii typis Rutgerii Reſcrii anno 1543 in folio. Pariſiis typis Joannis Raignii eodem anno in octavo.

Enarrationes vetuſtiſſimorum Theologorum in Acta Apoſtolorum, & in omnes D. Pauli, ac catholicas Epiſtolas ab Oecumenio. Item *Enarrationes in Apocalypſim* ab Aretha Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo magnâ curâ collectas è græco in latinum vertit. Adjunxit *Selecta quædam Fragmenta* ex D. Epiphanio Cyprenſi, & Theodoreto Cyrenſi Epiſcopis, aliiſque primæ Claſſis Theologis ad primos Eccleſiæ ritus, ac leges ſtabiliendas plurimùm conducentia. Præterea: *Remigii Altiſiodorenſis Epiſcopi luculentiſſimam in 12 poſteriores Prophetas Enarrationem.*

Quæ omnia primus omnium è tenebris eruit, dum Lovanii in majori Collegio Theologico, adhuc ſub habitu Hie-


ronymiano degeret, Ordinem noſtrum necdum ingreſſus, quod quibuſdam occaſionem præbuit Hentenium Ordini noſtro ſubmovendi. Antverpiæ typis Joannis Steelſii anno 1545 in folio. Pariſiis typis Joannis Roigni, Caroli Guyard, Joannis David anno 1545 in duobus tomis in 8. Iterum Pariſiis typis Maturini Dupuis 1547, Guilielmi Desbois anno 1560.

De vero Deo aptè inſerviendi methodo libellum aureum ac pium hiſpanicè ab Alphonſo Madrilienſi compoſitum in latinum vertit unà cum *Speculo illuſtrium Perſonarum* ejuſdem Authoris, ac interpretis. Lovanii typis Petri Zangrii annis 1560, & 1577 in 12. Pariſiis typis Thomæ Brumenii anno 1584. Coloniæ typis Joannis Kinchii annis 1606 & 1608.

Scripſit *Commentaria in Geneſim*, *Eccleſiaſten*, *Evangelia*, *Acta Apoſtolorum*, *& Epiſtolas Pauli*. M. S. Lovanii. Sed quæ in Epiſtolas Pauli, & in Geneſim ſcripta ſunt, ſunt potiùs annotationes ſtudendi gratiâ; quam ad poſteros tranſmittendi, conſcripta circa annum 1560. Commentarium verò illud breve in Apocalypſim Joannis, quod refert Antonius noſter Senenſis, habetur ante Enarrationes in Apocalypſim Joannis Arethæ Cæſarienſis Epiſcopi ſub titulo: *Judicium de Apocalypſi*, *& Antichriſto*, in quo beſtiam illam, de qua Apoc. 13 Mahometanam Sectam cum Annio noſtro Viterbienſi, & aliis dixit.

Commentaria in librum primum Sententiarum. M. S. aſſervatur Lovanii apud noſtros, & Tornaci in Abbatia S. Martini Ord. S. Benedicti.

De *Bibliis Lovanienſibus*, & *Eraſmi erroribus* dixi ſupra. Poſterior liber M. S. aſſervatur in bibliotheca Academica Lovanienſi.



Rmus P. Pipinus Rosa Episcopus Salubriensis, creatus à Pio IV die 18 Martii 1562, Suffraganeus Eminentissimi Domini D. Antonii Perenotti S. R. E. Cardinalis Granvellani primi Archiepiscopi Mechliniensis. Natus est Landæ tertio à Lovanio lapide. Sui Conventûs quondam Prior, S. T. D., Ecclesiastes facundissimus, ad cujus conciones tantus erat auditorum concursus: ut sæpè sub dio prædicare cogeretur, & ecclesia Conventûs, quamvis valdè ampla, auditores non caperet. R. D. Nicolaus Zoesius, postea Episcopus Buscoducensis in vita Illmi D. Joannis Vanduillii Episcopi Tornacensis, scribit: Vanduillium Juris utriusque Licentiatum, mortuâ uxore, dum Lovanii degeret circa annum 1556 rerum humanarum satietatem cepisse ab illo tempore, quo audiverat *in concione cujusdam Dominicani, docti viri, explicationem insignis istius loci, qui in historia est Tobiæ: Fili, pauperem vitam quidem gerimus: sed si timuerimus Deum, habebimus multa bona. Ita siquidem fuit commotus, ut se ad Christum, christianoque homine dignam vitam vellet componere.*

Id in concione P. Pipini contigiſſe : ex ſequentibus colligi poſſe videtur. Obiit Vanduillius anno 1592 Pipinus verò, obiit Mechliniæ die 7 Martii anno 1569 ætatis ſuæ anno 69.

Scripſit *Conciones quadrageſimales* in illud Tobiæ 4 *paupe-rem quidem vitam gerimns : ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum.*

Aliud *Quadrageſimale*, ſeu *Conciones quadrageſimales* ſuper illud Jacobi 5 *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.*

Paſſionem D. N. Jeſu Chriſti Nazareni, Chriſtianorum Regis, ſecundum contextum quatuor Evangeliſtarum.

Hæc omnia, ſcripta manu P. Mag. Jacobi Fabri Conventûs Inſulenſis ab hæreticis pro fide interfecti anno 1591, qui Lovanii ſtudens ſub mortem Pipini has illius conciones nitidè exſcripſerat, penes ſe habuiſſe : ſcribit P. Guilbertus de La Haye Conventûs Inſulenſis.

P. ANTONIUS GAMBIER ſui Conventûs Supprior, & Prædicator Generalis obiit ſub annum 1590.

Scripſit gallicè *de Confraternitate SS. Roſarii* Lovanii typis Maſii 1582.

Ex flandrico in gallicum vertit *Hortulum precum* à P. Mag. Petro Bacherio Conventûs Gandenſis compoſitum, quem in latinum vertit P. Henricus Bogardus ſui Conventûs Lovanienſis etiam Supprior, & Prædicator Generalis. In Epiſtola dedicatoria fatetur P. Antonius : ſe orationes aliquas, à Bacherio compoſitas, omiſiſſe, earumque loco alias, ab aliis collectas, ſubſtituiſſe. Lovanii typis Joannis Bogaerts anno 1570 in 12.

P. HENRICUS BOGARDUS, de quo ſupra, obiit anno 1606 die 4 Maii.

In latinum vertit *Hortulum precum* à P. Mag. Petro Bacherio flandricè conſcriptum. Lovanii typis Joannis Bogardi anno 1577 in 12.

Hoc illi præfixit epigramma Bacherius :

Gallica me Galli, me Belgica verba ſonantem
Belga legit : rapiunt fœmina, virque ſibi.

P. Mag. JACOBUS GHEELIUS de Leeuwis S. Petri B. M. Ven. P. Thomæ Cantipratani conterraneus, & in vita aſce-

tica imitator fervidus, ſui Conventûs tertiò Prior, Studii Generalis Regens. S. T. D. hæreticæ pravitatis Inquiſitor, & Provinciæ Vicarius. Obiit die 8 Auguſti 1608.

P. Mag. ANDREAS A TURRI (LA TOUR) natus in pago Ritygniacenſi in Ardenna, anno 1588. Sacræ religionis noſtræ habitum ſuſcepit Lovanii, abſolutis ſtudiis, ibidem Philoſophiæ, ac Theologiæ Profeſſor, Duaci Magiſter Studii, Philoſophiam, & Theologiam etiam Audomarī prælegit. Anno 1618 in Univerſitate Duacena Licentiaturæ, & anno 1622 in Lovanienſi Doctoratûs lauream reportavit. Quondam ſui Conventûs Prior, Studii Generalis Regens primarius, Monialium noſtrarum Metenſium in Lotharingia (quæ Provinciæ noſtræ tunc ſuberant) Confeſſarius, P. Mag. Joannis de Loix Conventûs Audomarenſis, Inquiſitoris Generalis totius Comitatûs Burgundiæ Vicarius pro diſtrictu Balmenſi. Tandem virtutis, & doctrinæ ſpecimen poſt ſe relinquens, obdormivit in Domino die 22 Jan. 1651.

P. Mag. THOMAS VAN GODTSNOVEN S. T. M. primus in Studio noſtro Lovanienſi Generali S. Scripturæ Profeſſor, in Capitulo ſepultus cum hac Epigraphe:

„ Hîc jacet R. Adm. ac Eximius P. F. THOMAS VAN „GODTSNOVEN S. T. M. Ord. Præd., & in Univerſitate „Lovanienſi S. T. Licent. Cap. Provincialis Diffinitor, & „in hoc ſuo Conventu, ac Studio Generali ſacræ Scriptu„ræ Profeſſor, Studii Moderator, ac Regens, Supprior, „& Prior. Obiit 25 Januarii 1690 ætatis ſuæ 60. R. I. P.

P. Mag. THEODULPHUS COSYN Gerardimontenſis in Capitulo ſepultus:

„ Hîc jacet R. Adm., ac Eximius Pater P. F. THEO„DULPHUS COSYN S. T. M. Ord. Præd. in Univerſitate „Lovanienſi S. T. Lic. Cap. Provincialis Diffinitor, Mo„nialium Director, & in hoc nativo ſuo Conventu Studii „Generalis Regens, Supprior, & iteratis vicibus Prior, „ætatis 46 obiit 7 Novembris 1705 R. I. P.

DE MONASTERIO LOVANIENSI.

Sub obedientia Ordinis noſtri.

HAbuit Monaſterium hoc exordia valdè exigua. Ex Hollandia Lovanium advenerat filia quædam devota, nomine Agatha Bennebroeck : ut ibidem in terra catholica liberius Deo ſerviret, quam in ſolo natali acatholicis ſubjecto. Illa, mox accerſitâ ejuſdem vocationis Sociâ, Cæciliâ Berenſtrein pariter Hollandâ, de erigendo ibidem Sanctimonialibus Ordinis noſtri Monaſterio cum prædicta Socia ſua optimè convenit, & illarum votis benignè annuit R^mus P. Joannes Baptiſta de Marinis totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis per literas ſuas datas Romæ die 2 Decembris anno 1652.

Anno 1654 in feſto S. Raymundi Confeſſoris Ordinis noſtri de conſenſu prædicti R^mi, & Eximii P. Mag. Jacobi van den Heede Conventûs Gandenſis, hujus provinciæ Prioris Provincialis ex Monaſterio noſtro Antverpienſi Lovanium profectæ ſunt Soror Anna, & Soror Maria van Eſpelghem Sorores germanæ ad inchoandam hujus Monaſterii erectionem, quam fecerunt die 18 ejuſdem menſis Januarii, in quem diem tunc incidebat dominica prima poſt octavam Epiphaniæ, quo die ſupradictæ filiæ devotæ Agatha, & Cæcilia Ordinis noſtri habitum ſuſceperunt ſub ſtricta clauſura. Soror Anna van Eſpelghem conſtituta fuit prima Prioriſſa, & Soror Maria van Eſpelghem facta eſt prima Suppriorisſa hujus novi Monaſterii.

Erectio hujus Monaſterii.

Primæ Fundatrices.

Huic novo Monaſterio adjacebat Sacellum quoddam pervetuſtum, S. Margaritæ ſacrum, penè derelictum. Hoc prædictis Monialibus conceſſit Senatus Lovanienſis die 30 Septembris anno 1659 : quam donationem ratihabuit, & confirmavit R^mus ac Ill^mus D. Andreas Creuſen Archiepiſcopus Mechlinienſis anno 1660.

In hoc Sacello officia, & Sacrificia divina celebrata fuerunt à noſtris uſque ad annum circiter 1674 quo Sacellum illud præ vetuſtate ruinam minabatur, & irreparabile videbatur. Ab illo tempore aliud oratorium in camera quadam habuerunt Moniales uſque ad annum 1713, quo novam Eccleſiam, pro tali Monaſterio ſatis ſplendidam, ædificarunt, eamque jam perfectam, de licentia Amp^mi D. Ignatii Amati de Coriache Vicarii Generalis (Sede vacante) Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, benedixit Eruditiſſimus P. Petrus de Pape S. T. Licentiatus, & ſui Conventûs Lovanienſis tunc actualis Prior die 28 Auguſti anno 1714. Sub Prioratu Sororis Franciſcæ Parys. Peractâ benedictione, eodem die in hac eccleſia celebratum fuit primum Sacrum.

Extructio novæ Eccleſiæ.

Die 30 ejuſdem menſis, S. Roſæ Limanæ ſacro, venerabile Sacramentum, & Oleum Sanctum ex præfato oratorio proceſſionaliter delata fuerunt ad hanc novam eccleſiam, in cujus Patronos electi fuerunt S. P. N. Dominicus, & S. Catharina Senenſis. Deindè prænominatus P. Petrus de Pape Prior ſolemniter decantavit primum Sacrum.

Difficultas quædam ſopita.

Anno 1674 exorta eſt quædam difficultas inter Paſtores, & Ædituos Eccleſiæ Parochialis S. Jacobi ab una parte, & hujus Monaſterii Moniales ab altera parte propter Sacellum S. Margaritæ jam præ vetuſtate collapſum, & domunculam quandam ei adjacentem, quorum uſum eotenus habuerant prædictæ Moniales: ſed, laus Deo, die 19 Aprilis ejuſdem anni prædicta difficultas amicabiliter ſopita fuit, manſeruntque Moniales pro perpetuis futuris temporibus in poſſeſſione fundorum, & materialium jam dicti Sacelli collapſi, & domunculæ eidem adjacentis. Contractus inter utramque ſupradictam partem initus à Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo Domino Alphonſo de Bergis Archiepiſcopo Mechlinienſi approbatus, & illius ſigillo munitus fuit die 7 Junii ejuſdem anni 1674.

Soror AGATHA BENNEBROECK hujus Monaſterii Fundatrix, obiit Supprioriſſa die 5 Septembris 1666.

DE CONVENTU BRUGENSI

INTRODUCTIO.

BRuga, dicta Brugæ, illustris Comitatûs Flandriæ Civitas, Ostendâ, portu ad oceanum maritimo', quatuor, Gandavo Flandriæ Metropoli, octo leucis dissita, admodum ampla, tum publicis, cum privatis ædificiis perquam egregiis optimè instructa, à Flandriæ Comitibus sæpius inhabitata, institutione Ordinis aurei velleris illustrata, omnium ferè nationum Mercatorum olim receptaculum, nunc, præter alia plura ornamenta, Cathedrali gaudet Ecclesiâ à Paulo Quarto erectâ anno 1559. Et inter plurima utriusque sexûs Cœnobia Conventum habet Ordinis nostri, nec non Monialium nostrarum Monasterium ex pago Assebroeck propter bella in hanc urbem translatum.

CAPUT PRIMUM.

§. I. *De hujus Conventûs Fundatione, & Fundatoribus.*

HUjus Conventûs fundatores certos habemus Ferrandum Lusitanum, & Joannam Constantinopolitanam uxorem ejus Comites Flandriæ, Hanoniæ, &c. Conventûs nostri Gandensis pariter fundatores. Hujus rei testimonium exhibent sequentes litteræ:

Diploma Joannæ Comitissæ Flandriæ.

„ JOANNA Flandriæ, & Hanoniæ Comitissa omnibus „præsentes litteras inspecturis salutem. Noverint universi, „quod pro remedio animæ Domini, & Mariti nostri charissimi, felicis memoriæ quondam Flandriæ, & Hanoniæ „Comitis, ac pro nostra salute, diligenter, & sollicitè laboravimus, ut ad ampliandum cultum Domini, & ad „profectum populi domus Fratrum Prædicatorum constru-

atur

„tur in Brugis, & ad inchoationem ejuſdem domûs, de „pecunia, quam idem Dominus Comes in teſtamento ſuo „aſſignavit, de conſilio & voluntate ejuſdem executorum „teſtamenti trecentas libras dabimus, ac de noſtro proprio „fratribus ibidem manſuris ad commodum ipſorum ædifi„cia quædam conſtrui faciemus. Rogamus igitur eoſdem „venerabiles, & chariſſimos: quatenus in orationibus ſuis „pro ipſo Domino Comite, ac pro nobis devotè ac diligen„ter orare ſtudeant tamquam pro fundatoribus ſui loci, & „in prædicationibus ſuis ad populum orationes faciant fieri „ſpeciales. Nos ergò erga eoſdem Fratres ſemper volumus „eſſe obligatæ ſpecialiter, omneſque homines, & fideles „affectuoſè rogamus: ut ſemper dictos Fratres velint dilige„re, & in ſuis negotiis, & neceſſitatibus adjuvare, ſcien„tes: quod, quidquid ipſis facitis, reputabimus nobis fa„ctum. Datum Inſulis feriâ quintâ poſt Epiphaniam M.CC. „XXXIII.

Porrò præfatam ſummam à Marito ſuo conſignatam præfata Comitiſſa expendit in emptione cujuſdam domûs cum appendicibus ſuis, quam in feudum tenebat quidam Arnulphus Voet (& ipſe poſtea inſignis benefactor hujus Conventûs) à Domino Balduino Milite d'Aſſebroeck unà cum tribus manſuris non feudalibus, quam domum, terramque ab omni onere feudali, & reddituum abſolutam, contulit Fratribus Prædicatoribus perpetuis futuris temporibus poſſidendam, ut ex ſequentibus patet litteris:

Aliud Diploma.

„ JOANNA Flandriæ, & Hanoniæ Comitiſſa univerſis „præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noverit „univerſitas veſtra: quod cum nos ab Arnulpho Voet, & „Gertrude ejus uxore emiſſemus benè, & legitimè ſecun„dum legem patriæ quandam domum cum appendicibus ſuis, „quam idem Arnulphus in feudum tenuit à Balduino Milite „de Aſſebrock, & tres manſuras proximas huic domui pro„pè pontem, qui vocatur *de Oudemeulen*, dictus Arnulpus, „& ejus uxor, tam feudum prædictum, quam manſuras „prædictas nobis cum ſolemnitate debita, & prout decuit, „ſecundum legem patriæ prædictam Werpiverunt: nos

„verò ob ſalutem animæ noſtræ, & animarum Patris, ac „Matris noſtrorum, necnon Domini noſtri Fdi quondam „Comitis Flandriæ viam univerſæ carnis ingreſſi, & divi„næ pietatis intuitu, prædictas domum, & manſuras cum „appendiciis ſuis in veram, & puram eleëmoſynam contu„limus liberaliter, & abſolutè liberas ab omni dominio, & „ſervitio antiquo in manibus Fratris Conrardi Prioris Pro„vincialis Teutoniæ, Fratribus de Ordine Prædicatorum: „ut ibidem domus ſub Ordine prædicto in honorem Domi„ni noſtri, & Beatæ Mariæ Virginis, & B Apoſtoli Pauli „fundaretur. Et quia donatario dominium fræquenter pa„rum proficit, niſi donatum ipſi donatario incommutabili„ter obſervetur: proinde cum teſtimonio litterarum obli„gamus nos, & Succeſſores noſtros ad garandizandum di„ctas domum, & manſuras ab omni debito, redditu, ſer„vitio, & onere quietas, & liberas Fratribus prænotatis. „In cujus rei teſtimonium præſentem chartam ſigilli noſtri „appenſione facimus communiri. Datum Brugis anno Do„mini M. CC. XXXIV. menſe Julio feriâ ſecundâ poſt diviſio„nem Apoſtolorum.

Hujus Conventûs acceptatio.

Anno præcedenti, nempè 1233, locus hic pro Conventu fuerat acceptatus in Capitulo Generali Bononiæ celebrato ſub Ven. P. Jordano totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali S. P. N. Dominici Succeſſore.

Margarita Conſtantinopolitana ſupradictæ Joannæ Comitiſſæ Flandriæ Soror germana, & poſt illius mortem Comitiſſa Flandriæ, & Hanoniæ, Sororis ſuæ veſtigiis inhærens, fundum ſupranominatum notabiliter ampliavit, ædificia à Sorore ſua inchoata perfecit, & alia nova addidit; unde tamquam confundatrix meritò haberi poteſt. Et ego, antequam ſuprapoſitas litteras videram, Meyerum, alioſque ſecutus, in ſerie Conventuum noſtrorum Belgicorum illam tamquam hujus Conventûs Fundatricem appoſui.

§. II. *De Ædificiis hujus Conventûs.*

PRædictorum fundatorum munificentiâ, & procerum, ac civium eleëmoſynis Conventus hic paulatim perdu-

ctus fuit ad desideratam ædificiorum suorum perfectionem, quorum nunc nonnisi pauciſſima superſunt, inter quæ unum est Sacellum in honorem S. Petri Martyris à supradicta pia Margarita Comitissa ædificatum, & nunc Fratrum infirmorum devotioni deputatum. Sacellum S. Petri Martyris.

Habet Conventus hic nunc fundum ampliſſimum, ecclesiam splendidiſſimam, ambitum quadripartitum, hortum spatioſum, vivarium piscium conservationi accommodum, pomaria duo, quorum unum valdè protensum huic conventui maximam præbet commoditatem, utilitatem, & ornamentum. Infirmarias habet duas. Unam pro communibus Fratrum infirmitatibus, cui annexa sunt Fratrum hospitum receptacula, alteram pro Fratribus peste, aliove morbo contagioso infectis, quæ extructa est in fine pomarii majoris.

CAPUT SECUNDUM

§. I. *De Ecclesia.*

HUjus Conventûs ecclesia anno 1311 idibus Julii consecrata fuit à R^mo D. Olao Episcopo Rosscildensi Daciæ. Illa nunc permagnifica est, trium navium fornicibus lapideis obtectarum structura. Chori sedilia artificioſiſſimè sculpta, & elaborata vix sibi similia habent in Belgio.

Quinque altaria in hoc templo conspiciuntur. Summum Doctori gentium, secundum imagini thaumaturgæ S. P. N. Dominici in Soriano, tertium Doctori Angelico D. Thomæ Aquinati, quartum SS. Nomini Jesu, quintum Cœlorum, Rosariique Reginæ sacrum. Huic ecclesiæ adhærent quatuor Sacella suis altaribus condecorata. Primum Maldeghemianum SS. Laurentio, Philippo, & Stephano MM. Secundum Maleanum S. Vincentio M. Tertium S. Catharinæ Senensi. Quartum S. Petro M. dicatum.

Suggestum admirandæ sculpturæ, maximique pretii, donum est D. Livini van de Sompele patris R. P. Hyacinthi hujus Conventûs filii, & quondam Supprioris.

§. II. *De Thesauro Sacro.*

Reliquiæ SS. HUjus Conventûs ecclesia ante iconoclastarum tempestatem ingentem habuit Sacrarum Reliquiarum thesaurum. Etiamnum habet insignem particulam vivificæ Crucis Domini nostri Jesu Christi, quæ huic Conventui in perpetuum concessa fuit à Patricia familia Brugensi de Metteneye, & de Paro anno 1523.

Item crucem auream duplicem, similem cardinalitiæ, variis SS. Reliquiis refertam, quam Conventus hic, quantùm ad materiam venalem, emit à Conventu nostro Duacensi pretio centum septuaginta coronatorum, solebatque olim à nostris in processionibus solemnioribus deferri super baculum argenteum.

In magna veneratione hîc habentur sequentes SS. Reliquiæ: ex Lacte B. M. V. (vide Brabantiam Marianam D. Wichmans folio 137) ex Ossibus S. P. N. Dominici, S. Hyacinthi Conf., S. Petri Mart., S. Thomæ Aquinatis, S. Vincentii Mart., S. Stephani Proto-Mart, S. Laurentii Mart., S. Fiacri Conf., & quinque Capita integra cum multis Ossibus quarumdam ex Sodalibus S. Ursulæ V. & M.

§. III. *De Confraternitatibus.*


PRæter Confraternitatem SS. Rosarii in hac ecclesia restauratam anno 1484, & SS. Nominis Jesu, hîc quammaximè floret Rosarium perpetuum, in agonizantium præcipuè solamen institutum.

Confraternitatis S. Petri Martyris, jam collapsæ, meminit Sanderus in sua Flandria illustrata rerum Brugensium lib. 3. Cap. 3. illi præ reliquis inscribebantur Ill^mus D. Episcopus Brugensis, & DD. Canonici ecclesiæ Cathedralis, qui cum toto Choro suo in corpore ex ecclesia sua ad hanc nostram processionaliter veniebant toties, quoties aliquis Dominorum Confratrum suorum è vita decesserat: ut ibidem interessent solemnibus exequiis, quæ pro anima defuncti D. Confratris celebrabantur.

Quamvis modò prædicta Confraternitas non amplius subsistat : devotio tamen populi erga S. Petrum Martyrem non est diminuta.

Illm D. Antonium Triest Episcopum Brugensem, antequam ad Insulas Gandenses transiret, precibus S. Petri Martyris à febrium æstibus liberatum fuisse : fama est.

§. IV. *De Sepulturis.*



Anno Domini 1414 die 22 Januarii obiit in hoc Conventu Eminentissimus D. JOANNES ALPHONSI Lusitanus S.R.E. Cardinalis titulo S. Petri ad vincula, creatus à SS. Domino Joanne XXIII. Is primò fuerat Episcopus Algarbiensis, deinde Conimbriensis, Portuensis, ac tandem Archiepiscopus Ulyssiponensis, & in ecclesia hujus Conventûs sepultus fuit ad sinistram summi altaris, ubi parieti inhæret parvus lapillus, cui insculpta sunt illius insignia, tituli, &c. Insignia valdè distinctè adhuc apparent cum coloribus : sed caracteres sunt obscuriores.

Eminentiss. D. Joannes Alphonsi S. R. E. Cardinalis.

In hac Ecclesia etiam sepulti sunt:

D. Gonsalez.

Nobilis Domicella GONSALEZ natione Lusitana, quondam nutrix Illmæ D. Isabellæ Lusitanæ uxoris Philippi Boni Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ, &c. quæ multa huic Conventui præstitit beneficia, & fundationem quandam fecit in animæ suæ refrigerium.

D. Simon de Karerste.

Item. Nobilis Dominus SIMON DE KARERSTE Philippi Boni Consiliarius.

D. Joannes Lopes Gallo.

Item. „Clarissimus vir JOANNES LOPES GALLO natione „hispanus, Eques auratus, urbis, ac præfecturæ Maleanæ „Baro primus, agri, pagique Sicelensis, Vivæ, Poliæque „dominus, hispanicarum, exterarumque Regius apud Bel„gas Supremus Administrator, ac Consiliarius.

D. Catharina Pardo.

„ Nec non D. CATHARINA PARDO insignis nobilitatis „matrona, ejus Conjux, qui Sacra annua ampliſſimo pro„ventu pro animabus suis, aliisque fidelibus hoc in Cœno„bio fieri statuerunt.

Eorum nepos LUDOVICUS LOPES GALLO Eques auratus, & eorumdem locorum Toparcha ad annum 1615 in Capella à se condita, sacris etiam ad hoc tributis reditibus, quotidianum missæ sacrificium ad horam decimam fieri ordinavit.

Jacent in Sacello S. Vincentii Martyris, expensis suis extructo, sub tumba marmorea.

D. Philippus à Maldeghem.

In Sacello D. Philippi Apostoli, quod ipse fundavit, monumentum habet PHILIPPUS A MALDEGHEM Eques, nobilis viri Judoci Domini de Leyschoot, Oetsel, &c. filius unicus, Serenissimi Electoris Colonienſis Ernesti Comitis Palatini Rheni, utiusque Bavariæ Ducis Cubicularius, & Oeconomus, Franconatum in Flandria Consul XIII, ac Decurio perpetuus, ejusque uxor MARTINA Domina de Avelghem, nobilis viri Caroli DE BOONEN filia, & ipsa XI liberorum ex priore matrimonio unica. Sepultus & illic JUDOCUS CASENBROTIUS Patricius Brugensis, Dominus d'Oostwinckele Nicolai filius, Leonardi nepos, qui, dum viverent, Brugensis Urbis Consules fuerunt. Sepulta & nobilis mulier SEBASTIANA DE MALDEGHEM ejus uxor Philippi De Maldeghem, & Martinæ De Boonen filia, qui

D. Martina De Boonen.

D. Judocus Casenbrotius.

triginta præbendas à parentibus in illâ ecclesia piè constitutas, auxerunt singulas duorum assium adjectione pignoratas ad eandem summam, quâ hypothecæ priori erant obligatæ. Ad annum 1603 sepultus. Et nobilis vir JUDOCUS A MALDEGHEM Dominus de Leyschoot, Joannis filius, Rolandi nepos, Rolandi pronepos, Consul Franconatum, & Decurio perpetuus, venationi per Flandriam Propræfectus. D. Anna De Joingny. Nobilis quoque matrona ANNA DE JOINGNY de Pamele Georgii filia, Judoci Conjux.

Item. Prænobilis Dominus ROBERTUS MALDEGHEMIUS, cujus epitaphium marmoreum ad dexteram summi altaris parieti inhæret cum hac epigraphe ::

„ Hâc urnâ clauditur nobilis, & generosus Miles Ro- D. Roberrus Maldeghemius.
„BERTUS MALDEGHEMIUS Grimaresi Toparcha, Sereniss-
„simi Sacri Romani Imperii Electoris Maximiliani utriusque Bavariæ Ducis Dapifer, Franconatum Consul primus;
„Regi Catholico à Conciliis belli, legionis XX Cohortium
„sub Comite Meghemio Protribunus: urbi Brugensi per
„multos annos rei militaris Præfectus, ab Auriaco ad rebellionem tentatus, Deo, Regi, Patriæ avitam, & familiæ
„suæ propriam fidelitatem testatus: Bruxellam Brabantiæ
„Metropolim, imminentibus Gallorum, Batavorumque
„duobus exercitibus, in summum discrimen adductam, à
„Sereniſſimo Cardinali Austriæ fidei suæ commissam, stre-
„nuè tutatus. Adjacet marito perillustris Domina CATHA- D. Catharina Montmorenciaca.
„RINA MONTMORENCIACA Caroli Neuville Baronis filia.
„Ast altera ejus lectissima Conjux MARIA TRIESTIA Loven- D. Maria Triest.
„deghemii Domini prognata, Gandavi nata, denata, &
„sepulta Patrum in Mausolæo. Obiit ipse 24 Decembris
„1654. Illa mensis Augusti die 12 anni 1629. Altera mense
„Septemb. die 14 1641. Tu qui hæc legis, mortis memor,
„strenuo Viro pacem, pientissimis Matronis æternam re-
„quiem precare.

E regione hujus epitaphii Sepulturam sibi elegit præno- D. Franbilis Dominus FRANCISCUS DE RUGELEY natione anglus, ciscus de in cujus memoriam, magnifico erecto mausolæo ex marmo- Rugeley. re polymitico, hæc legitur epigraphe.

„ A la plus grande gloire de Dieu, & memoire de noble „homme FRANCOIS DE RUGELEY Escuier, fils de Fran„çois gentilhomme Anglois, qui quitta biens, & patrie „pour la foy Catholicque. Et de Dame Philippine du Briar„de, en son vivant Capne d'une Compnie libre de trois cens „hommes pour sa Majesté Catholicque, & depuis Bourge„maître, & Eschevin du Pays de Franc, lequelle trepassa „le 26 de Juin 1652.

D. Margarita de Hoogelande.

„ Et de Dame MARGARITE DE HOOGELANDE sa Com„pagne fille de François Escuier Seigr. d'Hoogelande, & „de Burchcouter, & de Dame Marie de Russchen, laquel„le trepassa 27 Octob. 1666 ayant fondé un anniversaire „perpetuel. Priez Dieu pour leurs ames.

In medio Chori superioris ante summum altare.

D. Petrus Ignatius van de Velde.

„ Icy gist Sr PIERRE IGNACE VAN DE VELDE fs Sr Ga„briël dans son temps Eschevain de la ville de Bruges mou„rut le 28me d'Aoust 1714

D. Maria Gabriela Tacquet.

„ Et Dame MARIE GABRIELLE TACQUET fa Sr Charle „Anthoine son espouse Escuier, Seigneur van der Helst, „Capitaine des chevaux, qui avoit epousé Dame Marie „Louyse De Rugeley fa Sr François dans son temps Bourgm. „& Eschevain du Francq. Elle mourut le 9me de May 1711 „priés Dieu pour leurs ames.

Sub insigni tumba marmorea à sinistra parte Chori propè prædictum mausolæum jacet „prænobilis Dominus SYL„VESTER DE NIEUMUNSTER Eques auratus, Toparcha de „Nieumunsterhove, hæreditarius ecclesiæ de Nieumun„ster Patronus, apud Franconatenses per annos 41 perpe„tuus Senator, nonùm Consul, Deo pius, Regi fidus, „clientibus charus. Et nobilis Matrona Dna GUDULA TIL„LIERS Domina de Clutinghe, nobilis viri Domini Anto„nii Tilliers pro Rege Hispaniarum Germanicæ cohortis „Præfecti, Regiorumque per Belgium Castrorum Metato„ris primarii, tanto patre digna filia. Hunc Conjuges vivi „sibi mortuis locum quietis elegerunt, quem occupaverunt.

D. Sylvester de Nieumunster.

D. Gudula Tilliers.

Ille

„Ille quidem anno 1643 ætatis 76. Hæc ætatis 60 anno „16..... fundato perenni anniversario.

Propè prædictam tumbam alia est triplicem turrim referens, ex marmore partim deaurato. In medio illius conspicitur theca lignea deaurata, continens Reliquias aliquot Sodalium S. Ursulæ V. & M. (de quibus vide supra folio 164) hinc & indè flectunt maritus, & uxor tamquam prædictas sacras Reliquias venerantes cum his inscriptionibus :

Sub Marito.

„ Sepulture van den edelen, en weirdighen heere NICO- D. Nico-
„LAUS BOLLANGIER fs Joncker Lowys heere van Aysho- laus Bol-
„ve, de welcke heeft ghefondeert erfelyck binnen desen langier.
„choor een singende misse met Diaken, en Subdiaken t'el-
„cken eersten maendach van de maendt ten acht uren met
„een prebende van seven stuyvers voor seven houde mans
„van 60 jaeren, die hun ten selven dienst sullen presentee-
„ren. Heeft noch ghegheven den Berch van charitate deser
„Stede syn huys op de Reye gheseyt Soottedyck wylen t'of
„van Dudzeele t'en..... overleet den 3 November
„1578.

Sub Uxore.

„ Ende van Jonckrauwe CATELINE VAN SOMERGHEM fa D. Ca-
„Joos Douwagiere van den voornoemden heer, de welcke tharina
„hier oock heeft ghefondeert een jaerghetyde met Diaken van So-
„en Subdiaken den 26 dach van October. S'avonts te vooren merghem.
„de vigilie met den disch van 60 provens van ses groote.
„Heeft gheaugmenteert de voorgaende prebende van stuy-
„vers met noch seven stuyvers. Obiit 26 October 1591.
„R. I. P.

E regione hujus epitaphii ad Sacellum S. Vincentii Martyris in pariete conspicitur lapis marmoreus cum hac inscriptione hispanica :

„ Don FRANCISCO DE BRIZUELA aqui delante enterrado, D. Fran-
„ha fondado en este Monasterio un anniversario perpetuo ciscus de
„con Diacono y Subdiacono à los 26 de Julio en cada año, Brizuela.
„como dello consta por instrumento, que sobre ello se otor-

„gò por ante Lamberto Spronckholf Notario publico à los „1 dias de més de Noviembre 1605.

D.....' van Heetvelde.

Inter Sacella Maldeghemianum, & Maleanum in pariete extat epitaphium D. JOANNIS VAN HEETVELDE, Domini de Tieldonck, Canonici ecclesiæ Cathedralis S. Donatiani Brugis exhibens eundem Dominum, superpellicio indutum, genuflexum coram Crucifixo. In pavimento Chori jacet lapis illius sepulchralis insignia ipsius familiæ, & titulos in metallo exhibens.

In Sacello S. Petri Martyris, & S. Catharinæ Senensis.

„ Cy gisent noble homme JEAN DOVERLOOPE fs de Fran„çois Escuier Seigneur de Wetackere, Conseiller de sa „Mate le Roy d'Espaigne Philippe III, Receveur general „de l'extraordinaire de Flandre, Bourguemaître, & Es„chevin du pays, & territoir du Francq, lequel trepassa le „21 de Novembre 1622.

„ Et Damoiselle CORNILLE DES TROMPES fille de Jero„me aussi vivant Escuier, Conseiller d'heureuse memoire „l'Archiduc Albertus Duc de Brabant, Comte de Flandres, „&c. & grand Maitre de son grand thonlieu de Bruge, la„quelle trepassa le premier jour de Feburier 1627. Priez „Dieu pour leurs ames.

In eodem Sacello, in altari marmoreo nuper extructo, legitur sequens inscriptio:

D. O. M.

D. Philippus de Boneem. D. Maria Anchemant.

„ Prænobilis Dominus JOANNES PHILIPPUS DE BONEEM „Eques auratus, Toparcha de Beverencourt, Werve, „quartùm primarius Brugensium Consul, de Republica me„ritissimus. Nec non prænobilis Domina JOANNA MARIA „ANCHEMANT conjuges posuêre. Obiit ille 24 Martii 1706 „hæc 14 Junii 1678.

In epitaphio columnæ contiguæ scamno communionis annexo hæc sequentia leguntur:

D. Barbara de Brune.

„ Hier licht begraven edele ende weerde Jonckvrouwe „Jonckvr. BARBELE DE BRUNE fa Jor Claude in syn leven

„heere van den Hove van Ghendtbrugge, Burgmeeſter en-
„de Schepen s'landts van den vryen, die hy hadde by Jonck-
„vrouwe MARGRIETE BORLUUT vrouwe van Volandere,
„die overleet den 12 Auguſti 1652 ghefondeert hebbende
„binnen deſe Kercke een eeuwich jaerghetyde. Godt ghe-
„dyncke de Zielen.

Aliud epitaphium eidem columnæ affixum ſic habet:

D. O. M.

„ Hîc jacet Dominus FRANCISCUS DE BRUNE cum dua- D. Fran-
„bus ſuis ſororibus JACOBA, & BARBARA, qui obiit 19 ciſcus de
„Februarii anno 1627: illa 7 Septembris 1616: hæc 22 Brune.
„Decembris 1612 fundato ſibi anniverſario perpetuo. Re-
„quieſcant in pace.

In ſiniſtra navi eccleſiæ ante ſcamnum interliminare jacet lapis ſepulchralis cum hac inſcriptione:

„ Redde rationem villicationis tuæ, ad quam D. O. M.
„evocavit GUILIELMUM DE PACHTERE, ARNOLDUM D. Gui-
„MAROCX, GUILIELMUM, MARIAM MAGDALE- lielmus de
„NAM, & ANNAM parentes &c. Patrem de perfuncto Pachtere.
„..... hujus urbis Magiſtratu ætatis 41..... filium D. Ar-
„de ..... & Conſiliarii S. P. Q. Franc. munere ætatis noldus
„47 ..... 17 die & ann ..... ſeqq. P. V. Maii XXXII M.... Marox.
„18 ..... eorumdem parentum filia natu minima JOAN-
„NA CATHARINA conjugem habuit CAROLUM FRANCIS- D. Caro-
„CUM LEGILLON D. de Snelleghem, Wulfsberghe, Coe- lus Fran-
„maringhe, urbi Brugenſi à conſiliis, & Penſionarium, ciſcus Le-
„Ordinum Flandriæ Deputatum Ordinarium; qui ſecundis gillon.
„nuptiis duxit HYPOLITAM DE VICQ. prior defuncta 18 D. Hy-
„Octobris 1682, ille 16 Septembris 1695 poſterior ..... polita de
„..... Requieſcant in pace. Vicq.

CAPUT TERTIUM.

De Statu Regulari, Capitulis Generalibus, & Provincialibus in hoc Conventu celebratis.

SUbfuit Conventus hic à ſuæ fundationis exordio Provinciæ Teutoniæ uſque ad annum 1260 quo unà cum Con-

ventu Gandenſi ad inſtantiam Margaritæ Comitiſſæ Flandriæ, &c. (vide ſupra folio 51) incorporatus fuit Provinciæ Franciæ, ſub qua permanſit uſque ad annum 1515 quo novæ Provinciæ Germaniæ inferioris, illo anno erectæ, annexus fuit.

In hoc Conventu duo Capitula Generalia celebrata fuiſſe, conſtat.

Capitula Generalia. Primum. Anno 1336 ſub Venerabili Patre Ugone Capuano totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali. Item Capitulum Provinciale Provinciæ Franciæ ſub P. Petro de Palma Provinciali.

Secundum. Sub venerabili Patre Elia Toloſano anno 1369 totius Ordinis Magiſtro Generali. Item Capitulum Provinciale Provinciæ Franciæ ſub P. Nicolao de S. Saturnino Provinciali.

Nota. Attribuitur hîc ſupradictis Patribus Magiſtris Generalibus titulus *Venerabilis*, quo Magiſtri Generales Ordinis noſtri uti ſolebant uſque ad annum 1380, quo P. Raymundus de Capua in Magiſtrum Ordinis electus, titulum *Reverendiſſimi* aſſumpſit.

An aliis temporibus vel quando Provincia Franciæ in hoc Conventu Capitula aliqua Provincialia celebraverit, nondum inveni.

Capitula Provincialia. Provincia Germaniæ inferioris Capitula ſua Provincialia hîc celebravit annis ſequentibus :

Anno 1523 in vigilia Nativitatis B. Mariæ Virginis.
Anno 1545 dominicâ poſt feſtum S. P. Auguſtini.
Anno 1602 in feſto Nativitatis B. Mariæ Virginis.
Anno 1635 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1645 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1655 dominicâ quartâ Auguſti.
Anno 1672 die 7 Maii.
Anno 1703 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Vide in tractatu præliminari §. nono. folio 16.

CAPUT QUARTUM.

§. I. *De Incendio.*

ANno 1459 eâ nocte, quæ divi Ægidii ſolemnia ſequitur, totum ſecundum dormitorium, quod bibliothecam reſpicit, in cinerem, ac favillam redactum fuit: ita ut ne quidem parietes remanſerint, quod huic Conventui quam maximè noxium fuit: parum enim, ſeu nihil, ex fratrum utenſilibus flammarum voraginem evaſit: ſed omnia, præſertim bibliothecæ libri pretioſi, codiceſque manuſcripti hoc incendio perierunt: ſed curâ, & induſtriâ P. Joannis Stock tunc Prioris, nobiſque favente Philippo Bono, Duce Burgundiæ, Comite Flandriæ, &c. qui Fratribus noſtris, ut per totam Flandriam collectam facerent, indulſit, opitulantibuſque vicinis, totum damnum paulatim reparatum fuit, & ædificia reſtaurata.

§. II. *De Iconoclaſtia.*

ANno 1566 quo iconoclaſtarum rabies per totum ferè Belgium graſſabatur, hæc Civitas Brugenſis furorem eorum evaſit. Eo tempore Eximius P. Mag. Paulus Coyanus, ex Conventu Gandenſi huic Brugenſi incorporatus, ferventiſſimo zelo per octiduum è ſacro pulpito populum Brugenſem ad conſtantem in tenenda, ac defendenda fide Romano-Catholica perſeverantiam adhortatus eſt.

Anno 1578 diſſentientibus à Philippo Secundo Hiſpaniarum Rege Catholico Ordinibus confœderatis, Brugis omnia Eccleſiaſticorum bona fiſco addicta fuerunt, & Religioſi omnes cum aliis eccleſiaſticis exilio mulctati, nec non fidei Catholicæ exercitium proſcriptum fuit. Ex quadraginta Fratribus noſtris, pauciſſimi remanſerunt ad Conventûs cuſtodiam.

Anno 1581 hujus Conventûs eccleſia ſacrilegis hæreticorum ritibus deputata fuit, & alia ejuſdem Conventûs ædi-

ficia sæcularibus elocata fuerunt: donec tandem anno 1584 inchoato, læta effulsit dies, quâ urbs Brugensis Ecclesiæ, ac Regi Catholico reconciliata fuit. Tunc Ecclesiastici omnes ad propria redierunt, & P. Vincentius Crispellius tunc temporis Prior hujus pro maxima parte destructi Conventûs cepit possessionem. Ecclesia tunc etiam nostra reconciliata fuit per Ill^m D. Remigium Druitium Episcopum Brugensem.

§. III. *De periculo quodam alterius devastationis.*

ANno 1704 die 3 Julii paulò post noctis medium Hollandi hanc Civitatem Brugensem majoris tormenti bellici ignitis machinis (quas *Bombas* vocant) nec non globis ignitis incendere, illiusque domos ac ædificia, & in primis Conventum nostrum, & Ecclesiam subvertere conati sunt: sed, protegente nos Dei dexterâ, & interveniente diligentissimâ Fratrum nostrorum operâ, Conventus, & Ecclesia, læsa quidem in non paucis, totalem jam imminentem conflagrationem evaserunt. Jam indè ardere cœperat bibliotheca: sed Fratrum nostrorum impavidâ manu ignis citò fuit extinctus.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

QUamvis multorum præclarissimorum virorum, qui in hoc Conventu floruerunt, per tot, tantaque infortunia perierit memoria: nonnullorum tamen acta ad notitiam nostram pervenerunt, inter quos numerantur:

P. Mag. NICOLAUS WALKIER S. T. Professor, de quo scribit Cantipratanus lib. 2 de apibus cap. 50. „Quidam „Frater Ordinis Prædicatorum, vitæ bonæ, & sanctæ, „Lector in Brugensi domo fuit: hic graviter infirmatus, „cum lætissimo vultu appropinquare videretur morti, quidam „Frater cum lachrymis flagitavit: ut, si quid consolationis „interiùs accepisset à Domino, sibi dicere dignaretur, cui

„ille, ſilere non valens præ gaudio: verè, inquit, accepi; „quia Dominus ipſe Jeſus ſe morti meæ præſentialiter adeſſe „promiſit. Cui Frater: & ego, inquit, per eundem Do„minum conteſtor te, ut mihi digito, vel nutibus innuas, „cum Dominum videris eſſe præſentem. Et ille: faciam, „inquit, libenter; ſiquidem Dominus permiſerit. Die igitur „poſtmodum tertiâ, morbo ingraveſcente, tabula percuſ„ſa eſt, & Fratres in infirmariam convenerunt. Præſtolan„tibus ergò, & orantibus Fratribus, Frater moriens digi„tum cum manu ad certum locum extendit, & circumfu„ſis oculis cum cantu leniſſimo dicere cœpit: *In Galilæa „Jeſum videbimus, ſicut dixit nobis. Alleluia.* Quo finito, „protinùs expiravit. Qui verò præſentes fuerunt, mihi hæc „eadem cum gaudio, & lachrymis retulerunt.

Hic Pater floruiſſe putatur ſub annum 1256.

P. Raynerius, de quo idem Cantipratanus libro 2 de apibus cap. 10. numero 19. Vidimus Fratrem in Ordine Prædica„torum de domo Brugenſi in Flandria, Raynerum nomine, „juvenem ſagacem ingenio, & ſæcularibus litteris inſtitu„tum. Hic ſtatim ut Ordinem ingreſſus eſt, acriter ſtudio „Theologiæ cœpit inſiſtere: ſed cum nondum illuminata „mens; nec orationibus præparata, ſtuperet ad lumen, & „minùs capax animus vento inconſtantiæ fluctuaret: cœpit „cogitare velle diſcutere; quæ Sectarum, Judæorum, Gen„tilium, an Chriſtianorum potiori veritatis culmine fulci„retur. Videbat quidem, quod Gentiles, & Philoſophi, „naturali ratione regebantur, videbat & Judæos legem à „Deo antiquitùs accepiſſe. Videbat & Chriſtianos Evange„licis obſervationibus gloriari: ſed quid in his certius te„nendum eſſet, ſegnius dubitabat. In tantùm juvenis, dia„bolo ſtimulante, gravatus eſt: ut mediâ nocte fugam om„nimodam attentaret. Statim ergò, ubi ad exitum portæ „venit, obvia fit illi maris Stella Virgo Maria, ad portum „ſalutis devium redactura. Cui dixit: *fluctuaſti à via devius, „& veritatem in fide Filii mei te dubitas inveniſſe. Noveris cer„tiſſimè: quod diverſis erroribus ſcatet per orbem Gentilitas. „Judæi nihil ſolidi tenent, diverſas umbras ſequuntur, nequi-*

„tiæ tenebris obfuſcati. *Evangelium verò novæ gratiæ per hoc* „*veritatem habere probatur : quod charitate , humilitate , &* „*caſtitate refulget ; quæ tria in Ordine , quem intraſti , purgato* „*mentis oculo , prærogativa videbis. Ego autem ſum Mater* „*Chriſti , Patrona Ordinis tui , quæ ſolitâ pietate paſſa non* „*ſum tuam caſtam indolem decipi , vel perire.* His dictis, glo- „rioſa Virgo diſparuit , & juvenem confortatum , ac fir- „matum in fide in magna cordis jucunditate reliquit.

„ Hic idem in Ordine in tantùm profecit : ut Lector in „Ordine fieret, & conſummatus in brevi ad potiora tranſiret. „Verè ergò, dignè, & juſtè à Fratribus Prædicatoribus Pa- „riſiis eſt ſancitum : ut poſt completorium omni die cum „proceſſione, & ſolemnitate cereorum, *Salve Regina* flexis „in initio genibus , in laudem , & invocationem Glorioſi- „ſimæ Virginis decantetur , & hoc diligentiſſimè in ſin- „gulis domibus Ordinis obſervatur.

Nota adverſus malevolos interpretes hujus ſolemnitatis in proceſſionaliter cantando : *Salve Regina* poſt Completorium in ſingulis domibus Ordinis diligentiſſimè obſervatæ.

Imprimis : liber Cantipratani conſcriptus fuit tempore Generalatûs Humberti V (ut ex illius dedicatione conſtat) qui anno 1263 Magiſterio Generali totius Ordinis noſtri ſponte ceſſit.

Secundò P. Gerardus Lemovicenſis in *Vitis Fratrum Ord. Præd.* (cujus liber approbatus fuit in Capitulo Generali Argentinæ anno 1260.) primâ parte, quæ continet *de pertinentibus ad inchoationem Ordinis.* capite 7 ſic habet : „bono- „rum æmulus diabolus , qui univerſorum Dominum non ti- „muit aggredi , Bononiæ , & Pariſiis , ubi eum maximè „impugnabant Fratres , ipſos ab initio Ordinis per ſe , & „ſuos ſatellites eſt aggreſſus. Nam , ſicut dixerunt qui tunc „præſentes fuerunt , huic fornacem ardentem ſuper ſe ca- „dentem monſtrabat , illi formam delicatæ mulieris ample- „ctentis ſe prætendebat , huic aſinum cornutum , illi ſer- „pentem ignitum offerebat : aliis alia ludibria , & verbera „inferebat , in tantùm : ut Fratres propter noctium phan- „taſmata, & dæmonum illuſiones viciſſim cogerentur cuſto-

Cur *Salve Regina* ſolemniter decantetur poſt Completorium.

dire

„dire vigilias noctis ſuper alios quieſcentes: inſuper & aliqui „in phreneſim cadebant, & alii horribiliter vexabantur. „Ad ſingularem igitur ſpem Mariam potentiſſimam, & piiſ„ſimam confugientes Fratres, ſtatuerunt: ut ad hono„rem ejus poſt Completorium fieret proceſſio ſolemnis cum „antiphona: *Salve Regina*, & ejus oratione: ſtatim ergò „ſunt curati vexati, & fugata phantaſmata, & Frater qui„dam, qui à dæmone vexabatur Bononiæ, & Frater qui„dam filius regis cujuſdam, qui inſanus erat Pariſiis, ple„niſſimè ſunt liberati, & ex tunc omnia proſperè Ordini „ſucceſſerunt.

Tertiò. R^mus P. Vincentius Bandellus in declarationibus Conſtitutionum noſtrarum cap. 1 §. 3 *de officio eccleſiæ*: „ſtatim poſt Completorium de tempore, horâ populo op„portunâ, debet cantari Antiphona: *Salve Regina*, cujus „in eccleſia proceſſionaliter decantandæ inſtitutio cum ipſo „Ordine à Sancto Patre noſtro Dominico ortum habuit.

Ex quibus conſtat; falſiſſimum eſſe: ſupradictam ſolemnitatem nonniſi poſt obitum S. Thomæ Aquinatis (qui fuit anno 1274) fuiſſe introductam, cum Ordo noſter ab anno 1216 fuerit confirmatus, & ſolemnitas illa ab initio Ordinis viguerit, ut ſupra dictum eſt.

P. Mag. JOANNES UTENHOVIUS, AB ARDENBURGO dictus, S. T. Doctor Pariſienſis. Obiit die 10 Decembris anno 1296.

Scripſit *Poſtillam, ſeu lecturas ſolemnes, in omnes libros Bibliorum.* M. S. Quod opus in iconoclaſtia periiſſe: dolemus. Fuit autem alter ab hoc P. Joannes Ardenburgus, Flander, Carmelita, qui (referente Arnoldo Baſtio) inter cætera ingenii ſui monumenta reliquit: *de formalitatibus librum unum. De Sufficientia Sylogiſmorum librum unum. De Senſu, & Senſato librum unum.* Et alia.

P. GUILIELMUS DE SLUSA S. T. Baccalaureus Pariſienſis, qui poſtquam in Univerſitate Pariſienſi Sententias, ac Sacras Litteras publicè eſſet interpretatus, parans omnia ad gradum Magiſterii, ibidem obiit 1363.

P. Mag. GODEFRIDUS DE GELDRIA S. T. D. Obiit 1393.

P. Livinus de Weynt S. T. D. Provincialis Franciæ.

P. Mag. LIVINUS DE WEYNT S. T. Doctor Parisiensis, hujus sui Conventûs Prior, Provincialis Franciæ, & in eadem provincia Vicarius Generalis, obiit die 8 Decembris anno 1401 sepultus in dextera parte Chori.

Ab illo anno usque ad annum 1490 floruerunt in hoc Conventu:

P. JOANNES SCHOONDYCKE, qui scripsit *Chronicon Flandriæ compendiosum.*

P..... VINDEGOET, & P. ANTONIUS COENE S. T. Doctores, quorum hic tertiò, ille semel missi Legati à Senatu, populoque Brugensi pro pace impetranda à Philippo Bono Duce Burgundiæ, Comite Flandriæ, &c.

P. Mag. JOANNES DE VOS S. T. D.

P. Mag. GEORGIUS TERLINCK S. T. D.

P. Mag. ANTONIUS RYN S. T. D.

P. Mag. VICTOR CLEMENS S. T. D.

P. Mag. BALDUINUS GERARDI S. T. D.

P. Mag. LAURENTIUS BLACKMEULEN S. T. D.

P. Eustachius Allauda S. T. D. Inquisitor.

P. Mag. EUSTACHIUS ALLAUDA (LEEUWERCKE) in Conventu nostro Yprensi professus; sed ad instantiam Senatûs Brugensis, cui gratissimus erat, huic Conventui Brugensi affiliatus, S. T. D. hujus sui Conventûs Prior, authoritate Apostolicâ hæreticæ pravitatis Inquisitor, pro plebe Brugensi (quam tumultuantem, occiso ad Nancæum Carolo Audace Duce Burgundiæ, Comite Flandriæ, &c. anno 1477 sedaverat) ad Mariam unicam Caroli hæredem, & denuò ad Maximilianum Archiducem Austriæ, Mariæ conjugem (postea Imperatorem) Orator, ac Intercessor, Confraternitatem SS. Rosarii, Brugis nonnihil collapsam restituit, Conventûs sui ædificia adauxit. Obiit anno 1485.

Scripsit *Relationes canonicæ probationis Ligni S. Crucis, asservati in ecclesia Collegiata B. Mariæ Virginis Brugis:* nam deputatus fuerat hic P. Eustachius tamquam Commissarius principalis cum aliis tribus, nominatis ab Illmo D. Ferrico de Clugny Episcopo Tornacensi (postea S. R. E. Cardinali) ad prædictam particulam vivificæ Crucis examinandam. Hujus rei gestæ seriem historicè, ac theologicè descripsit

ipſe Euſtachius. Fragmenta hujus manuſcripti, quæ iconoclaſtarum rabiem evaſerunt, Brugis aſſervantur. Quædam ex illis operi ſuo *de pretioſiſſimo Sanguine Salvatoris*, *Brugis aſſervato* inſeruit P. Mag. Petrus Du Fay S. T. D. hujus Conventûs filius, de quo infra.

Ab anno 1485 uſque ad annum 1526 floruerunt in hoc Conventu:

P. Mag. Adrianus de Mil S. T. D. SS. Roſarii zeloſiſſimus cultor, & propagator.

P. Mag. Nicolaus Venne hujus ſui Conventûs iteratò Prior, hæreticæ pravitatis Inquiſitor, & facundiſſimus Prædicator. Obiit anno 1505. — P. Nicolaus Venne Inquiſitor.

P. Mag. Petrus Handfelt S. T. D.

P. Mag. Sebastianus de Witte S. T. D. & hæreticæ pravitatis Inquiſitor. — P. Sebaſtianus de Witte S. T. D. Inquiſitor.

P. Joannes Hellinck S. T. Lector, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor. — P. Joannes Hellinck Inquiſitor.

P. Andreas Caulis S. T. Lector, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor. — P. Andreas Caulis Inquiſitor.

P. Mag. Guilielmus a Quercu S. T. Doctor, in Univerſitatibus Colonienſi, & Lovanienſi Regens, qui, inſurgentibus tumultibus Belgicis, in partibus Hollandiæ pro Eccleſia Dei adverſus inſurgentes hæreſes ſe murum validum oppoſuit; ex quo tantum eorum in ſe odium excitavit: ut armatâ manu, & præſidio Catholicorum ſæpius ad ſuggeſtum duci, & reduci debuerit, ne quid moleſtiæ à fidei hoſtibus pateretur. Floruit ſub annum 1566.

Huic contemporaneus fuit P. Guilielmus Dives famoſiſſimus prædicator.

P. Mag. Paulus Coyanus Aldenardenſis anno 1534 in Conventu noſtro Gandenſi profeſſus, & anno 1554 huic Conventui Brugenſi affiliatus, Lovanii ſtuduit, Philoſophiam, & Theologiam docuit: Brugis quoque docendi munere perfunctus, die 20 Junii anno 1564 Doctoralem lauream adeptus cum Priorem Brugis ageret. Poſtea quoque præfuit Conventui Bruxellenſi. Tandem anno 1571 in Capitulo Provinciali Harlemienſi electus fuit in Priorem Pro- — P. Paulus Coyanus S. T. D. Provincialis.

vincialem Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris, quam laudabiliſſimè rexit uſque ad annum 1583 quo Audomari in Conventu noſtro obiit.

Quot, quantiſque tempeſtatibus, graſſante iconoclaſtarum rabie, totum ferè Belgium tempore illius regiminis fuerit agitatum, evolventi hiſtorias Belgicas clarius apparebit.

In Choro Conventûs noſtri Audomarenſis in Arteſia (ubi ſepultus eſt) retrò pulpitum Evangelii ſequens legitur epigraphe:

„ Adm. R. P. F. PAULO COYANO S. Theol. Profeſſori, „Conventûs ſui Brugenſis bis, Bruxellenſis verò ſemel Prio„ri vigilantiſſimo, ac tandem poſt Provincialatûs munus „familiæ Dominicanæ per inferioris Germaniæ Provinciam „per 13 annos laudabiliter perfuncto, in hoc Conventu „morte abſumpto, Fr. Andreas Heynſius ejuſdem Ordinis, „& Provinciæ Prior Provincialis gratitudinis ergò mœſtus „poſuit. Obiit 7 Calendas Decembris 1583.

P. Mag. ALPHONSUS DE S. ÆMILIANO S. T. D., & nationis hiſpanicæ confeſſarius, & P. ANDREAS HEYNSIUS Prædicator Generalis, hujus ſui Conventûs pluries Prior, qui obiit Provincialis, conſepulti jacent in Choro juxta Sacellum S. Vincentii Martyris ſub hoc monumento:

„ A momento dependet æternitas.

D. O. M.

„ Rdo P. F. ALPHONSO DE Sto ÆMILIANO S. T. D. exi„mio, hujus Conventûs Priori vigilantiſſimo, & annos 30 „inclytæ nationi hiſpanicæ à ſacris confeſſionibus, mœce„nati ſuo, & unico ſtudiorum Patrono, memoriæ, & gra„titudinis ergò Fr. Andreas Heynſius Prior poni curavit. „obiit anno D. 1571 8 Martii.

„Qui Provincialatu poſteà per Belgium triennio cum lau„de functus ſub hoc Sarcophago, morte obitâ requiei „ſuæ locum in ſpe reſurrectionis deligens collectus eſt. „Obiit 17 Calendas Octobris 1605.

„ Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chri„ſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configu„ratum corpori claritatis ſuæ. Ad Philipp. 3.

P. Mag. HYACINTHUS HUSSELIUS Brugenſis, poſt ſtudium philoſophicum Duaci abſolutum, anno 1609 Ordinem noſtrum ingreſſus, poſt quinquennium Theologus, edoctus à P. Andrea Godin Conventûs Inſulenſis, S. Theologiæ Profeſſore in Seminario Epiſcopali Brugenſi ex fundatione Rmi P. Joannis de Witte Epiſcopi Cubani ex Ordine noſtro aſſumpti, eandem Sacram Scientiam aliis communicavit inſtitutus primarius ejuſdem lectionis Theologicæ Profeſſor, quod munus per annos 24 ſummo cum diſcipulorum profectu perſolvit: nec ullis à ſtudio, aut lectione ſua occupationibus retrahi potuit; quamvis illo temporis ſpatio quartò Conventui ſuo præfuerit. Tranſlatâ exindè anno 1634 in Conventum noſtrum lectione prædictâ, eodem in munere perſeveravit uſque ad mortem. Obiit Bergis S. Winoci die 17 Decembris anno 1638 ubi in Conventûs noſtri ambitu ſequens poſitum fuit epitaphium:

„ R. atque Ex. Mag. noſtro P. F. HYACINTHO HUSSE-
„LIO Ord. Præd. Conventûs Brugenſis S. Th. quondam 24
„annis celebri Profeſſori in Seminario Epiſcopatûs Brugen-
„ſis, S. Theol. Doctori, Conventûs ſui nativi quartò Prio-
„ri, ſemel Generalis, ac tertiò Capituli Provincialis Dif-
„finitori, de ſacro Ordine, ac Conventu ſuo optimè me-
„rito, hîc ſepulto, gratitudinis, ac memoriæ ergò mœſti
„poſuêre Patres Conventûs Brugenſis. Obiit 1638 ætatis 51.

Aſſervantur Brugis plures tomi M. SS. in omnes ferè partes Summæ S. Thomæ Aquinatis. Item *de Monte pietatis* ejus partim manu, partim diſcipulorum ſuorum exarati.

P. Mag. PETRUS DU FAY Brugenſis, anno 1603 Ordinem noſtrum profeſſus, Valliſoleti in Hiſpania Philoſophiam, ac Theologiam hauſit. Ad ſuos redux, Lovanii 1610 Philoſophiam, & Atrebati Theologiam docuit anno 1613 ex decreto Capituli Provincialis Buſcoducenſis.

Illmus D. Hermannus Ortembergius, Atrebatenſium Præſul, hujus ſapientiſſimi viri eruditionem, pietatemque amans, & admirans, tantum erga illum affectum concepit: ut illum ſemper ſpecialiter dilexerit, & expenſas omnes pro doctrinæ gradibus, tam in Academia Duacenſi, quàm in

Ordine perſolverit. Brugas reverſus, in Seminario Epiſcopali per multos annos Theologiam docuit, & à R^mo P. Seraphino Sicco totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali anno 1618 doctorali laureâ inſignitus fuit. Conventui ſuo, nec non Bruxellenſi laudabiliter præfuit. Tandem præmaturâ morte è vivis ereptus, obiit menſe Januario anno 1639 ætatis ſuæ anno 54.

Scripſit: *de pretioſiſſimo Sanguine Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui Brugæ Flandriæ aſſervatur. Cum relatione prodigioſæ probationis Ligni Sanctiſſimæ Crucis noſtri Redemptoris in eccleſia collegiata D. Virgini ſacra Civitatis ejusdem aſſervati.* Brugis typis Nicolai Breyghelii anno 1633 in 4.

Diſcurſum juxta jurisdictionem Regularium, qui obeunt munus prædicandi. Unà cum altero *de perpetuitate approbationum Religioſorum ad excipiendum confeſſiones, & prædicandum verbum Dei.* Ex hiſpanico à ſe in latinum verſos. Gandavi typis Judoci Dooms anno 1636 in 4. Iterum Coloniæ ſub titulo: *Clypeus Ordinum mendicantium* typis Joannis Agricolæ anno 1637 in 8.

De Pœnitentia, quà virtute, quà Sacramento. Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1626 in 4.

Dictata ejus in logicam aſſervantur Brugis. M. SS. in 4.

P. Mag. Antonius Le Febure S. T. D. tertiò hujus ſui Conventûs Prior, & per triginta annos lectionis Theologicæ ab Ill^mo Cubano fundatæ, Profeſſor. Obiit 1669.

Fundatio Burſarum pro ſtudentibus.

Hic amitam habuit Domicellam Mariam Le Febure Sororem tertiæ Regulæ, ſeu de pœnitentia S. P. N. Dominici. Hæc huic Conventui magna contulit beneficia: nam præter anniverſarium pro refrigerio animæ ſuæ; fundavit Miſſas de SS. Catharina, & Barbara quotannis in perpetuùm celèbrandas. Gratis etiam, & ex pura eleëmoſyna fundavit burſam unam in ſubſidium unius Fratris in Univerſitate Lovanienſi, vel Duacenſi ſtudentis, aſſignato propterea cenſu annuo quatuordecim librarum groſſorum monetæ flandricæ in perpetuùm (ſimiles duas burſas fundarunt anno 1534 Simon vander Banck, & uxor ejus Margarita Ridſaerds pro duobus Fratribus ſtudentibus in Univerſitate Pariſienſi,

in quem finem assignarunt censum annuum perpetuum sex librarum grossorum monetæ flandricæ, quæ summa tunc temporis magni valoris erat) pia hæc filia assiduè occupata erat operibus misericordiæ: nam horrida pauperum ulcera, ac scabiosa capita, cum quibus multi quotidie ad illam confluebant, propriis manibus liniebat, & medicinam eis gratis in eleëmosynam conferebat. Obiit illa die 17 Septembris anno 1631. Habuit etiam prædictus Eximius fratrem unum, Philippum nomine, in Jure Licentiatum, qui cælebs obiit. Item sorores duas Annam, & Mariam. Hi omnes Conventum hunc omnium bonorum suorum quasi ex asse hæredem instituerunt.

Bona illorum prælaudatus Eximius necessariis hujus Conventûs ædificiis impendit: ac imprimis ecclesiæ struendis variis præclaris fornicibus, magnificis ad Christi fidelium confessiones excipiendas confessionalibus, nec non quadripartito ambitu à fundamentis erigendo.

P. Alanus Bouchout Brugensis solemnem professionem emisit die 28 Decembris 1638 postea factus est sui Conventûs Prior, iteratâ vice Supprior, Sororum tertiæ Regulæ Director, & SS. Rosarii Præfectus. Obiit die 5 Decembris anno 1676.

Scripsit *Ducem animæ* septem remedia efficacia docentem, ut peccata vitemus. Flandricè Brugis typis Lucæ van den Kerchove, tertiò impressum 1660. 1664. 1670 in 12.

Speculum Filiarum devotarum docens modum proficiendi in suo statu. Flandricè Brugis typis Joannis Clowet 1669.

Lucem SS. Rosarii in omnes totius anni dominicas, ac præcipua Reginæ SS. Rosarii festa. Latinè. Brugis typis viduæ Joannis Clowet anno 1667 in 4.

Lucem SS. Rosarii proponentem varia motiva in ejusdem propagationem. Latinè. Cui adjecit *Tractatum de præclarissima SS. Nominis Jesu Archi-Confraternitate.* Latinè Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1669 in 4.

P. Cornelius du Lieu Brugensis, professus anno 1616 absolutis Lovanii studiis, Seminarii Episcopalis Brugensis ex fundatione Illmi Cubani S. T. Professor denominatus an-

no 1623 quod munus laudabiliſſimè geſſit uſque ad annum 1655 quo illud reſignavit, & P. Mag. Antonium Le Feburе loco ſuo ſubſtitui curavit. Fuit quoque Capituli Provincialis Diffinitor, & iteratâ vice ſui Conventûs Prior. Obiit menſe Novembri anno 1661.

Scripſit *Tractatum Controverſiarum* ad nobilem quemdam Anglum, Brugis detentum anno 1657 cum ibidem moraretur Carolus Secundus Rex Angliæ è regno exul. M. S. in folio aſſervatur Brugis.

Multa etiam ibidem aſſervantur dictata ejus Theologica M. SS. in 4.

P. Jordanus van den Bempde Tornacenſis, hujus Conventûs Brugenſis filius, qui, florente ætate, obiit die 11 Martii anno 1671.

Scripſit flandricè *Feriam Sextam Paraſceves ſanguineam* de Paſſione Domini. Metricè. Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1670 in 8.

P. Ludovicus Bertha Brugis natus anno 1620, & ibidem Ordinem noſtrum profeſſus die 19 Octobris anno 1644 Conventûs ſui Supprior, Cantor, Procuraror, Syndicus, & Prædicator Generalis obiit die 12 Auguſti anno 1697.

Scripſit *Originem plagarum Chriſtianum orbem devaſtantium*, quamvis ſuppreſſo nomine, Brugis typis Alexandri Michiels anno 1658 in 8.

Medicum Chriſtianum detegentem ſanguineis lachrymis deplorandam ferrei hujus ſæculi cæcitatem, præſentium & imminentium plagarum originem. Antverpiæ typis Engelberti Gymnici anno 1665 in 4.

Compendioſam viam ſalutis per opera charitatis, hiſce temporibus maximè neceſſaria, ſive de ſeptem operibus miſericordiæ corporalibus. Flandricè. Brugis typis Alexandri Michiels anno 1659 in 8.

Sponſum miſericordem hoc corrupto ſæculo mundum punire coactum ob execranda peccata luxuriæ. Ad quæ peccata refrænanda pro remedio adducit cingulum Militiæ Angelicæ D. Thomæ Aquinatis. Flandricè Antv. typis M. Cnobbaert 1665 in 12.

Vitam S. Ludovici Bertrandi à Clemente X Sanctorum

Faſtis

Faſtis adſcripti. Flandricè Antverpiæ typis Cornelii Woens anno 1671 in 12.

P. JACOBUS DE JONCHEERE iteratis vicibus ſui Conventûs Procurator & Syndicus, Supprior, tertiò Prior, & ſemel Capituli Provincialis Diffinitor. Obiit Jubilarius die 9 Aprilis anno 1704.

De hoc venerabili Patre ſic legitur in actis Capituli Provincialis Brugis celebrati anno 1672 „*Commiſſiones*. Com„mittimus R. P. F. Jacobo De Joncheere Conventûs noſtri „Brugenſis Syndico: ut pergat pro curioſo ſuo zelo in con„quirendis, & dirigendis Chronicis hujus noſtræ Germa„niæ inferioris Provinciæ, quæ dein conquiſita, & ritè di„geſta R. P. Provinciali exhibeat per ſe, vel per alium re„videnda, & examinanda.

Item in actis Congregationis Patrum habitæ Vilvordiæ anno 1693 „rogatur Adm. R. P. Jacobus De Joncheere: ut „generalem faciat reviſionem, & connexionem documen„torum ex omnibus Conventibus Provinciæ pro Hiſtoria „Ordinis mittendorum ad Capitulum Generale.

Poſt mortem ſuam reliquit quædam fragmenta concernentia Conventus Fratrum noſtrorum cum hoc titulo: *Hiſtoriarum Belgicæ Cœnobiorum FF. Ord. Præd.* tomos tres in 4.

Item quædam fragmenta *Miſcellaneorum litterarum Apoſtolicarum, & Patriæ Principum, &c. pro reformatione Ord. per P. Conrardum à Pruſſia anno* 1398. M. S.

Pro rebus, & Cœnobiis Congregationis Hollandiæ. M. S.

Item tres codices manuſcriptos, quorum titulus: liber primus. Caput primum. *B. P. Dominicus Ord. FF. Præd. Inquiſitor, per orbem Propagator, & primus Magiſter. Ejus Ordinis memorabilia in Belgio B. P. vivente.*

Caput primum libri ſecundi: *ven. P. Albertus Clavarius decimus Magiſter Ord. FF. Præd. Et ejus memorabilia in Belgio, illo regente.*

Caput primum libri tertii: *ven. P. Thomas De Firmo ex Vicario Ordinis vigeſimus quartus ejus Magiſter, & memorabilia ejus tempore in Belgio.*

Ex fragmentis illis plurima huic Hiſtoriæ Provinciæ

noſtræ Germaniæ inferioris inſerui, & corrigenda ex monumentis ſingulorum Conventuum pro poſſe correxi, adauxi, & in Ordinem redigere conatus ſum.

P. Mag. FRANCISCUS JOYEULX S. T. Mag. Studii Generalis Antverpienſis quondam Regens primarius, vir maximè aſceticus, & SS. Roſario devotus. Obiit 20 Feb. 1707.

Scripſit: *Notas in tranſlationem Belgicam novi Teſtamenti Embricæ evulgatam.* Antverpiæ typis Cnobbaertianis anno 1701 in 8.

Inſtructionem devotè recitandi Roſarium. Flandricè Gandavi typis Joannis Danckaert anno 1696 in 8.

P. Mag. FRANCISCUS JANSSENS ELINGA Brugis natus, & Ordinem noſtrum profeſſus die 28 Januarii anno 1654. Studiis Lovanii perſolutis, ibidem Philoſophiam docuit, & in alma Univerſitate Licentiæ gradum aſcendit kalendis Septembris anno 1665. Poſtea in Studio Generali Antverpienſi Regens Secundarius, & deindè per annos ferè duodecim Primarius. Anno 1675 à R^mo P. Joanne Thoma De Rocaberti totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali (poſtea Archiepiſcopo Valentino) Magiſterii laureâ donatus fuit. Capituli Provincialis Diffinitor, & iteratâ vice Prior Provincialis, in jure Canonico verſatiſſimus, in ſtudendo, & ſcribendo aſſiduus. Tandem octogenario major obiit Jubilarius Brugis die 22 Novembris anno 1715.

Scripſit: *Authoritatem D. Thomæ Aquinatis quinti Eccleſiæ Doctoris nodo indiſſolubili per R. P. Petrum de Alua, & Aſtorga S. Theol. Lectorem Jubilatum, &c. nuper revinctam, nunc verò ſolutam.* Gandavi typis Maximiliani Graet anno 1664 in 8.

Certiſſimum quid certiſſimæ veritatis pro doctrina Doctoris Angelici. Ibidem. *Cribrationem vocabularii R. P. Petri de Alua, & Aſtorga.* Antverpiæ typis Engelberti Gymnici anno 1664 in 8.

Reſponſionem ad epiſtolam alicujus de Ordine FF. Minorum publicatam ſub larva Summuliſtæ minoris. Ibidem.

Libellum cui titulus: *R. P. Matthias Hauzeur Ord. FF. Minorum Lector Jubilatus, ſeu defenſa ab eodem cauſa P. Pe-*

tri de Alva, & Aſtorga appenſa in ſtatera, & inventa minùs habens. Antverpiæ typis Engelberti Gymnici anno 1665 in 8.

Controverſiarum in hæreticos Opuſculum. Antverpiæ anno 1673.

Veritatem manifeſtam pro authoritate R^mi P. Thomæ Turci Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum circa prædeterminationem phyſicam. Item Decretum R^mi P. Joannis Thomæ De Rocaberti ejuſdem Ordinis Generalis contra opera P. F. Joſephi de Vita Siculi, ac exhibitionem authenticam Bullæ Urbani V pro authoritate angelici Doctoris. Antverpiæ typis Jacobi Woens anno 1675 in 4.

Summam Conciliorum dudum collectam per R^mum P. Bartholomæum Caranzam Archiepiſcopum Toletanum ex Ordine noſtro aſſumptum, recognovit, emendavit, & auxit. Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1668 in 8.

Libellum, cui titulus: *Suprema Romani Pontificis Authoritas, ejuſque extra Concilium Generale definientis infallibilitas adverſus epiſtolam R^mi ac Ill^mi Domini Gilberti Epiſcopi Tornacenſis propugnata* 1689. Brugis typis P. van Pee in 8.


Summam totius doctrinæ de Romani Pontificis authoritate, & infallibilitate 13 articulis comprehenſa. Anno 1690. Ibid. in 4.

Formam, & eſſe Eccleſiæ Chriſti, quæ duntaxat eſt apud Romano-Catholicos. Flandricè 1702.

Diſſertationes 26 theologas ſelectas de principalioribus quæſtionibus hoc tempore in ſcholis diſputatis anno 1707.

In fine vitæ ſuæ ſcripſit: *Seriem indulgentiarum, & gratiarum Confratribus, & Conſororibus SS. Roſarii per diverſos ſummos Pontifices conceſſarum.*

P. Mag. DOMINICUS PLUVIER S. T. M. quem Moſætrajectenſes per octennium Profeſſorem Theologiæ, Brugenſes quoque Patres noſtri per 20 annos & ultra habuerunt lectionis itidem Theologicæ ab Ill^mo D. Cubano fundatæ, Profeſſorem publicum, Provincia Germaniæ inferioris Diffinitorem, Sorores tertiæ Regulæ pluries Directorem, Conventus ſuus quintò Priorem, quem Clerus, Senatus, populuſque plurimùm dilexerunt, & venerati ſunt. Obiit in vigilia S. P. N. Dominici anno 1716 ætatis ſuæ 65 profeſſionis 45.



VOLUNTAS DEI.

APPENDIX PRIMA.

De Rmo P. Joanne De Witte Episcopo Cubano.

Ordinem Prædicatorum ingreditur.

RMus P. JOANNES DE WITTE natus est Brugis ex nobilissima, vetustissimaque Albiorum familia. Adolescens à parentibus in Hispaniam missus: ut ad mercaturam, quæ Brugis tunc maximè florebat, informaretur. Cùm ingenio esset ad pietatem, & religionem propenso, gloriæ mundanæ, ambitionis, & opum fugax, sacrum Prædicatorum Ordinem ibidem amplexus est in Conventu nostro Vallisoletano.

Contigit autem: Philippum Primum Hispaniarum Regem è Belgio cum filiabus suis in Hispaniam transfretari, ubi existens, Præceptorem aliquem quæri jussit linguarum hispanicæ, & belgicæ peritum, qui filias suas instrueret. Ad

munus hoc adeò honorificum electus fuit Joannes noſter, qui, cùm illo officio laudabiliſſimè fungeretur, ſumma in veneratione ab illis ſemper habitus fuit, & imprimis Illuſtriſſimæ Eleonoræ Francorum Reginæ benevolentiam expertus eſt. Fit Pedagogus filiarum Regis Hiſpaniarum.

Deindè à Carolo Primo Hiſpaniarum Rege, Philippi filio (poſteà Imperatore) ad Epiſcopatum inſulæ Cubæ denominatus, & à ſanctiſſimo Domino Clemente VII. Romano Pontifice confirmatus, eccleſiam illam brevi tempore rexit: nam voluntati Imperatoris ſatisfacturus, illam dimiſit anno 1530 ut Reginæ Eleonoræ aſſiſteret à Confeſſionibus, & eleëmoſynis. Fit Epiſcopus Cubenſis.

Tandem Brugis, ubi vitam hauſerat, mortem invenit ipſo feſto Aſſumptionis B. M. V. anno 1540 corpus ejus in ſiniſtro latere Chori hujus Conventûs Brugenſis tumultuatum fuit ſub tumba marmorea cum hac inſcriptione: Moritur.

D. O. M.

„ Rdo P. ac Domino D. Joanni de Witte primò ad „Cubam ordinato Epiſcopo, ac Sereniſſimæ Reginæ Fran„ciæ Eleonoræ Archieleëmoſynario, ejuſque confeſſionis „auditori, qui poſteritati in exemplum publicas in hac urbe „prælectiones ſtudioſorum gratiâ liberaliter inſtituit, pietatis, „& religionis ergò hoc monumentum poſitum eſt.

Moriens Eccleſiam hujus Conventûs variis ornamentis legatis non parùm decoravit, & omnia jocalia ſua Conventui reliquit, teſtamentoque ex gratia Apoſtolicæ Sedis condito ordinavit: ut, debitis ſuis, ſi quæ reperirentur, ac nonnullis legatis perſolutis, de reſiduo bonorum ſuorum fieret maſſa, ex qua una, vel plures lectiones in Sacra Theologia, Philoſophia, ac bonis litteris ab executoribus teſtamenti ſui junctim Magiſtratui Brugenſi in perpetuum fundarentur. Hæ primùm duæ conſtitutæ ſunt: theologica una, philoſophica, aut bonarum litterarum altera, à Profeſſoribus Ordinis Prædicatorum, aut ab aliis, eorum defectu, in Conventu Prædicatorum, aut alio urbis loco, Magiſtratûs legitimo arbitrio deſignando habendæ quotidiè. Verùm ſucceſſu temporis, quod erudiendæ juventuti Brugis aliundè ſufficienter proviſum eſſet, Philoſophiæ- Fundatio lectionis theologicæ, &c.

que addiſcendæ juvenes Lovanium, aut Duacum Academias celebres privilegiatas ablegarentur, poſterior lectio in alteram Theologicam Clericis potiſſimùm ex decreto Concilii Tridentini inſtruendis, ab Epiſcopo, annuente Senatu, & aliis, quorum intererat, providè commutata eſt, ambæque à Religioſis Ordinis noſtri, olim ante poſtrema bella in Seminario Epiſcopali, ex tunc in Conventu noſtro habitæ fuerunt, in quo uſque in hodiernum diem perſeverant.

Erectio Epiſcopatûs Cubenſis.

De Eccleſia Cubana ſic ſcribit P. Mag. Fontana in ſuo ſacro Theatro Dominicano folio 182 „Sancti Jacobi De Cu„ba Eccleſia in Cathedralem evehitur ad Caroli V Impera„toris glorioſiſſimi ſupplicationem ab Adriano VI die 28 „Aprilis nati Salvatoris anno 1522 cui quinque Dominicanæ „Religionis inclytos filios præfuiſſe, in dubium verti ne„quaquam poteſt, ex quibus quatuor continuatâ ſucceſſio„ne illam rexêre.

Illius Epiſcopos ita recenſet:

„ P. F. Bernardus de Meſa Toletanus, natalium ſplendore, „doctrinâ, atque ſacrâ prædicatione ſpectabilis, in ipſo fun„dationis limine primus Cubenſis Epiſcopus, &c.

„ Secundus P. F. Sebaſtianus è Salmantica Conventûs S. Ste„phani ejuſdem Civitatis alumnus, quievit in pace anno 1528.

„ Tertius P. F. Joannes (De Witte) flander valliſole„tani Conventûs alumnus, Eleonoræ Reginæ Franciæ, Ca„roli V Imperatoris Sororis Confeſſarius, Cubenſis Epiſco„pus à Clemente VII conſtitutus eſt poſt deceſſum Sebaſtia„ni (quem obiiſſe refert anno 1528) at brevi tempore Cuben„ſem eccleſiam rexit, &c.

Ex P. Fernandez in *Epiſcopis Hiſpanis*, & *Theatro Eccleſiæ Cubenſis*.

„ Quartus. Ex reſignatione Joannis, ut acta conſiſtoralia „inquiunt, P. F. Michaël Ramirez de Salamanca Burgenſis „(in Hiſpania, non Brugenſis in Flandria) Conventûs, „Vir doctus, atque in Lovanienſi Univerſitate Regens, „magni nominis Theologus à Clemente VII conſtituitur „Cubenſis Epiſcopus die 16 Novembris anno 1530 *ex Con„ſiſt. act. auct. ſuprad.*, & *Reg. Cancell. Apoſt.*

Ex quibus patet: Joannem non fuiſſe primum eccleſiæ Cubenſis Epiſcopum, aut, à Paulo III creatum, vel antequam ad eccleſiam ſuam proficiſceretur, obiiſſe, ut putat P. Mag. Seguier in ſuis Infulis Belgicis Ord. FF. Præd. fol. 7 & 8.

Sanderus in ſua Flandria illuſtrata rerum Brugenſium lib. 3. Cap. 3. dicit: Joannem fuiſſe primum, qui Chriſto Salvatori templum Cathedrale Cubenſe exædificavit, & conſecravit, eumque laboribus, & ætate fractum, quietis cauſâ rediiſſe in patriam: ut, ubi primùm vitam hauſerat, animam poneret. Fides ſit penes authorem.

APPENDIX SECUNDA.

De R^mo P. Simone De Laude Epiſcopo Salubrienſi.

P. Simon de Laude Epiſcopus Salubrienſis.

RMus P. Simon De Laude Sluſæ in agro Duaceno verſus Bapalmas natus, Duaci Ordinem noſtrum profeſſus eſt. De illo ſic habet Necrologium Conventûs Duacenſis „Fr. Simon De Laude S. Theologiæ Doctor, Illuſtriſ-

„ſimique Ducis Burgundiæ Philippi Confeſſor benemeritus, „libris, & ædificiis domum hanc decoravit, ac demùm „Epiſcopus Salubrienſis, & Atrebatenſis Suffraganeus.

Conventui ſuo pulcherrima ornamenta reliquit, quæ cum una Mitra Epiſcopali in Sacriſtia Conventûs Duacenſis aſſervantur. Alia Mitra pretioſior cum Pedo anno 1472 vendita fuit Illmo D. Petro De Ranchicourt Epiſcopo Atrebatenſi pretio 460 librarum flandricarum pro ædificio bibliothecæ, & ornamento eccleſiæ ſui Conventûs.

Brugis obiit. Obiit in hoc Conventu Brugenſi die 9 Martii anno 1463. Ejus inteſtina ibidem ſepulta fuerunt retrò ſummum altare ſub lapide cæruleo, cui, aut nulla inſcriptio inſculpta fuit, aut nunc præ vetuſtate deleta eſt (lapidem illum vidi anno 1715.) Corpus ejus tranſvectum fuit ad Conventum ſuum,

Et Duaci ſepultus eſt. & ibidem ſepultum in navi eccleſiæ è regione Suggeſti ſub lapide laminâ æneâ cooperto, quæ incendio eccleſiæ anno 1596 die 10 Auguſti liquefacta eſt, & diffuſa.

P. Philippus Petit quondam ſui Conventûs Duacenſis Prior, in libro ſuo, quem edidit de Fundatione ſui Conventûs folio 119 putat: P. Simonem à Rmo P. Martino Porè ex Ordine noſtro, & Conventu Senonenſi in Epiſcopum Atrebatenſem aſſumpto, creatum fuiſſe Suffraganeum Atrebatenſem; quod non videtur veroſimile: nam P. Martinus obiit die 9 Septembris anno 1426 Simon autem 1463. Præterea Eugenius Papa IV in Bulla ſua data die 4 Martii anno 1436 P. Simoni facultatem concedit adipiſcendi beneficium eccleſiaſticum, & in alia Bulla data die 27 Octobris anno 1439 eum nominat Epiſcopum Salubrienſem.

Ex quibus colligi poſſe videtur: P. Simonem non fuiſſe Suffraganeum Rmi P. Martini Poré, ſed ſucceſſoris ejus D. Hugonis De Cayeu, qui Regis Franciæ, & Ducis Burgundiæ Conſiliarius erat turbatiſſimo illo tempore, quo inter Carolum VII Regem Franciæ, & Philippum Bonum Ducem Burgundiæ confœderatos, & Henricum VI Regem Angliæ bellum erat acerrimum, & prædictus Hugo indubiè plerùmque præfatis Principibus conſilio ſuo adeſſe, & à Diœceſi ſua abeſſe ob commune bonum tenebatur, indige-

indigebatque Suffraganeo, qui vices suas obire capax esset.

APPENDIX TERTIA.

De Begginasio Brugensi.

BEgginasium Brugense fundatum ante annum 1244 à Joanna Comitissa Flandriæ, Hanoniæ, &c. quadraginta circiter Begginas habet, quæ eodem ferè modo vivunt, quo Begginæ Gandenses (de quibus vide folio 116) desuper quædam ex illis septem horas canonicas in ecclesia sua persolvunt. Proprium Pastorem habent, ut ex sequentibus patet litteris:

Litteræ Episcopi Tornacensis.

„ Dominæ Margaritæ, Flandriæ & Hanoniæ Comitissæ „Walterus Tornacensis Episcopus salutem. Cum bonæ me„moriæ Sororis vestræ piam voluntatem devotione debitâ „prosequaris: Capellaniam, quæ fuit de Castellania Bru„gensi, in loco, in quo manent Begginæ Brugenses, qui „dicitur *Vinea*, velitis deinceps deservire; ne Capella con„secrata sine Cultu divino remaneat, videtur nobis expe„diens: ut & ipsam Capellam cum omni suo ædificio, libris, „& ornamentis, ad præfatum locum Begginarum transfer„ri faciatis, & nos dictæ translationi nostrum adhibemus „assensum. Et sciant: quod nos dictum locum Begginarum „à circumjacentium Parochiarum presbyterorum, & per„sonarum impetitione absolvimus, & ipsis Begginabus, „consecrato jam cœmiterio, Parochiam, quæ ipsarum am„bitu clauditur, concessimus specialem. Datum 1244 do„minicâ post Magdalenæ.

Prædicta D. Margareta Curæ Pastoralis, & duarum Capellaniarum illius Begginasii collationem dedit Priori nostro Brugensi, & Superiori Magistræ ejusdem Begginasii, ut testantur sequentes litteræ:

Diploma Comitissæ Flandriæ.

„ Nos Margareta Flandriæ, & Hanoniæ Comitissa no„tum facimus universis, tam præsentibus, quàm futuris: „quod nos ordinavimus, & volumus à nobis, & Successo„ribus nostris firmiter imposterum observari: quod benefi-

„cium parochiale, & duæ Capellaniæ in loco, & Curia „Begginarum de Brugis, qui locus appellatur *Vinea*, ad „noſtram donationem ſpectantia, de conſilio Prioris Fra„trum Prædicatorum Brugenſium, & Superioris Magiſtræ „dicti loci *de Vinea*, qui pro tempore fuerint, in perpe„tuùm conferantur: ſi verò contingeret, quod abſit, di„ctos Priorem, & Magiſtram fore diſcordes in collatione „beneficiorum, ſeu alicujus beneficii prædictorum; volu„mus, & ordinamus ex nunc: quod illa pars prævaleat in „præmiſſis, cui nos conſenſerimus, vel poſt nos Succeſſo„res noſtri Flandriæ Comites duxerint conſentire. In cujus „rei teſtimonium, & munimen præſentes litteras ſigillo „noſtro fecimus ſigillari. Datum anno Domini M. CC. LXXII. „menſe Julio.

DE MONASTERIO VALLIS ANGELORUM BRUGIS,

Sub obedientia Ordinis noſtri.

§. I. *De Statu hujus Monaſterii extra Brugas.*

HUjus Monaſterii ortum, & progreſſum habemus ex antiquo manuſcripto in hoc Monaſterio aſſervato.

Origo hujus Monaſterii.

In Parochia, dicta Aſſenbroeck, quæ ſita eſt extra Brugas ad ſpatium medii magni milliaris, fræquenter olim audita eſt tam ſuavis cantûs melodia in certo ejuſdem parochiæ loco: ut, quiſquis audiſſet, diceret, ſe numquam eloqui poſſe, aut numquam ſuadere: quantam indè dulcedinem, & cordis exultationem ſentiret. Itaque parochiani aliquot hujus tam novæ rei conſcii, & qui ſæpè audierant, & ſenſerant prædictam dulcedinem, venerunt Brugas, & idipſum Magiſtratui Civitatis indicarunt, & tam evidentibus rem ipſam argumentis docuerunt: ut omnes unanimiter concluderent hunc locum à Deo ſingulariter electum, neque

ampliùs ſilentio tegendum : ſed ad gloriam Dei per Prædicatores omnibus divulgandum, & ſic exitum rei expectandum, quid de eadem re Deus fieri vellet. Non multo poſt tempore quatuor mulieres, Dei ſuccenſæ amore, in hoc ad invicem convenerunt, ut eundem locum poſtularent ad inhabitandum, & ad ibidem aſſumendum Religionem Ordinis Fratrum Prædicatorum, quarum duæ erant germanæ Sorores ex utroque parente. Senior vocabatur Avezoeta : junior verò Sybilla, utraque cognomento vanden Damme. Tertia, dicta Margarita van Ghendt, & quarta Chriſtina de Ypere. Igitur iſtæ quatuor mulieres, accepto loco, parvam domum ibidem conſtruxerunt, & religionem Ordinis Fratrum Prædicatorum B. Dominici aſſumpſerunt in feſto Epiphaniæ Domini, quod tunc Sabbatho contingebat, anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto, atque hoc modo fundatum eſt Monaſterium, & ſucceſſu temporis augmentatum de manualibus earum laboribus, quando ſuper neceſſariam earumdem ſuſtentationem aliquid poterant ſupererogare. Primæ Fundatrices.

Quantùm, potiùs providentiâ divinâ : quam Fundatricum opibus accreverit hoc Monaſterium, ex eo patet : quod prædicta Avezoeta nihil habuerit præter annuum triginta ſolidorum reditum ſuper terras, ſitas in *den Dam*.

Anno 1286 Venerabilis P. Munio de Zamora totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis, celebrato Pariſiis Capitulo Generali, in Belgium deſcendit, in eoque Conventus, & Monaſteria Ordinis viſitavit. Hoc ſuæ viſitationis beneficium etiam impendit huic naſcenti Congregationi, quarum filias ad Ordinem aſſumpſit, earumque curam in ſpiritualibus, & in temporalibus commendavit Priori Conventûs Brugenſis. Ad Ordinem aſſumuntur.

Anno 1291 Dominus Balduinus van Aſſenbroeck, illius loci Dominus, videns Congregationem hanc quotidie accreſſere numero, & pietate : ad ejuſdem habitationis, hactenùs anguſtiſſimæ, limites dilatandum, eidem aptiſſimum Monaſterio ſuperædificando fundum dedit cum viginti quatuor menſuris terræ.

Venerabilis P. Stephanus Biſuntinus totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis anno 1293 Inſulis celebravit Capitulum Generale, in quo Congregationem hanc, jam ſufficienter ſtabilitam, in Monaſterium Ordinis acceptavit ſub titulo: *Vallis Angelorum*, & tutela S. Michaëlis Archangeli, quamvis illarum Oratorium S. Ludovico Francorum Regi dedicatum eſſet. Deſuper idem ven. Pater Monaſterium hoc Provinciæ Franciæ incorporavit, illiuſque directionem Prioribus Conventûs noſtri Brugenſis, tamquam vicariis ſuis, reliquit.

Erectio in Monaſterium.

Eodem anno Guido Dampetra Comes Flandriæ Monaſterium hoc, ejuſque eccleſiam, ac tres menſuras terræ abſolvit ab omni onere, & gabellis: ſibi, ſuiſque Succeſſoribus tamen reſervans ſupremum dominium.

Comites Flandriæ hujus Monaſterii benefactores.

Idem Comes anno 1297 feriâ quintâ poſt octavam SS. Trinitatis Monaſterium hoc cum omnibus ad illud pertinentibus ſub ſua protectione ſuſcepit, datis publicis ſuæ protectionis litteris.

Annis 1348 & 1368 peſtilentia in Flandria tot homines ſuſtulit: ut plus quam tertia pars Monialium hujus Monaſterii è vivis deceſſerit.

Anno 1406 Joannes Intrepidus Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, &c. omnia hujus Monaſterii bona, & poſſeſſiones amortizavit, ſub hac tamen conditione: ut in hoc Monaſterio quotannis quatuor anniverſaria in ſuæ, Parentumque ſuorum animarum refrigerium, celebrarentur. Quam amortizationem Carolus Audax Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, &c. anno 1474, & Carolus Auſtriacus Hiſpaniarum Rex (poſtea Imperator) anno 1516 ſuis diplomatibus confirmarunt.

Hoc tempore quam maximè florebat hoc Monaſterium, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus: ſed poſtea multis adverſitatibus obnoxium fuit: nam anno 1558 Galli in Flandriam irruentes, multos pagos igne, & ferro devaſtarunt: quam ob cauſam Moniales Monaſterium ſuum relinquere, & ab undecima uſque ad vigeſimam quartam Julii intra muros Brugenſes aſylum tenere coactæ fuerunt.

Iterum anno 1561 die 15 Auguſti hujus Monaſterii Moniales ob iconoclaſtarum rabiem Brugas fugerunt.

Die 5 Novembris ejuſdem anni veſperi circa horam nonam triginta circiter prædones, in hoc Monaſterium irruentes, Eccleſiæ, ac Dormitorii portas vi perfringere conati ſunt: ſed (ut piè credi poteſt) Deo ſuas protegente, id efficere non potuerunt; quamvis aliarum Monaſterii officinarum januas perfregerint, totumque Monaſterium ſpoliaverint, & quæ auferre non poterant, confregerint. Hac in invaſione P. Joannem Antonii Conventûs Brugenſis, & P. Jacobum de Boots crudeliſſimè trucidarunt, P. Arnoldum vanden Kerchove, multis vulneribus inflictis, ſemivivum, & in ſanguine ſuo volutantem relinquerunt. P. Stephanus De Mey hujus Monaſterii Confeſſarius (de quo vide deſolatam Bataviam Dominicanam folio 107) Conventûs Buſcoducenſis filius, quaſi miraculosè manus illorum evaſit illæſus.

Prædones in hoc Monaſterium irruunt.

Spoliant.

Duos Patres occidunt.

Hâc irruptione Moniales ad tantam egeſtatem redactæ fuerunt: ut vaſa ſua, quæ remanſerant, argentea vendere coactæ fuerint ad reſtaurandos Monaſterii muros, & foſſas, ne ulteriori ſeſe periculo exponerent.

Iterum annis 1572, & 1578 Moniales Monaſterium ſuum deſerere, & Brugis latêre debuerunt: ne in manus hæreticorum inciderent.

Anno 1580 totum hoc Monaſterium ita fuit ſolo æquatum per hæreticos: ut vix rudera apparerent: omnia enim illius materialia, & quidquid Monaſterium habebat, fiſco addixerunt, nihil Monialibus relinquentes: niſi valdè modicam penſionem annuam ad vitam tenuiſſimè ſuſtentandam.

Monaſterium ab hæreticis ſolo æquatur.

Moniales audientes: omnia vaſa ſacra fiſco tradenda eſſe, illa centum quadraginta quinque librarum, & quindecim ſolidorum pretio vendiderunt.

§. II. *De Statu hujus Monaſterii intra Brugas.*

Anno 1584 Civitate Brugenſi ſuo Regi Catholico reconciliatâ, Eccleſiaſtici omnes ad propria redierunt: ſed hujus Monaſterii Moniales, quo redirent non habebant:

undè intrà Civitatem remanserunt in Refugio suo usque ad annum 1597 quo ab inclyto Magistratu Brugensi licentiam obtinuerunt erigendi novum Monasterium intra Civitatem.

Et intra Civitatem restauratur.

Illo igitur anno Sr. Maria Colins junior Monialium primum novi ædificii lapidem posuit, & intra paucos annos, Deo opitulante, novum ingens Monasterium fuit ædificatum.

Anno 1609 cum Monasterii fabrica esset perfecta, nobilis Domina Maria De le Flye primum novæ Ecclesiæ lapidem posuit, quæ anno 1611 ad perfectionem deducta, ab Illmo D. Carolo de Rodoan Episcopo Brugensi Deo consecrata fuit in honorem S. Michaëlis Archangeli, destructi Monasterii Patroni tutelaris.

Anno 1635 Moniales nostræ Antverpienses à tertia Regula, & jurisdictione Episcopi Antverpiensis ad primam Regulam, & Obedientiam Ordinis nostri transierunt, & anno sequenti ex hoc Monasterio ad Antverpiense missæ fuerunt Sr. Catharina Schottys, & Sr. Maria Delhove ad illius Monasterii Moniales, ad Ordinem nostrum admissas, in observantia primæ Regulæ, & Constitutionum instruendas. Prædicta Sr. Catharina in qualitate Prioriss Monasterio Antverpiensi præfuit usque ad annum 1639 quo cum Socia sua Sre. Maria ad hoc suum Monasterium rediit.

Inchoatio Monasterii Sittardiensis.

Anno 1649 ex hoc Monasterio Sittardiam missæ fuerunt Sr. Sybilla Bronchorst (de qua vide desolatam Bataviam Dominicanam folio 196) & Sr. Anna Crocx ad novum Monasterium ibidem inchoandum, quod Dei adjutorio ita accrevit: ut jam ad ultimam ferè ædificiorum perfectionem pervenerit.

Multæ Moniales ob varia pericula ad hoc Monasterium diversis temporibus confugerunt.

Fuit hoc Monasterium sæpè refugium Monialium nostrarum, quæ ob bella, incendia, aliaque infortunia Monasteria sua deserere debuerunt. Venerabilis Mater Sr. Elizabetha Cresner (de qua vide desolatam Bataviam Dominicanam folio 125) Prioriss Monasterii nostri Derfordiensis ob fidem exul cum tribus reliquis Sororibus in hoc Monasterio charitativè recepta fuit. Aliis quoque temporibus ex Monasteriis Auderghemiensi, Tegulariensi, Leydano, & Sittardiensi ob bella, similiaque infortunia profugæ religioso hospitio hîc exceptæ fuerunt.

APPENDIX

De Domo quinque Sororum pauperum de Pœnitentia S. P. N. Dominici.

DOmicellæ Isabella, & Catharina Ondermarck germanæ Sorores, ex speciali affectu, quem erga Ordinem nostrum gerunt, Conventui nostro Brugensi, illiusque Ecclesiæ multa beneficia, & ornamenta contulerunt.

Desuper compatientes egestati quarumdam Consororum de pœnitentia S. P. N. Dominici, ad illam sublevandam magnâ pecuniarum summâ emerunt ex suo proprio fundum quemdam Conventui nostro Brugensi vicinum, in quo, Regio accedente diplomate, simul consentientibus inclyto Magistratu Brugensi, nec non Vicariis (Sede vacante) Generalibus Episcopatûs Brugensis, in quo Gerontocomium erexerunt in subsidium alendarum quinque Sororum pauperum, dictarum de pœnitentia S. P. N. Dominici, præparatis in illum finem quinque domunculis, nitidè ornatis, cui singulæ junctus hortus singulus, ac unicuique ad victum, cum libera hac habitatione, omni mense per annum tres floreni tribuuntur.

Hæ Sorores ad vesperam quotidiè conveniunt ad commune Oratorium: ut pio, ac certo ritu varias persolvant preces pro Fundatricum intentione.

Hujus Gerontocomii Provisores, seu Administratores, cum Præside Conventûs nostri Brugensis sunt duo Fundatricum hodiè superstites Fratres germani, hujus Conventûs filii PP. Vincentius quondam Prior, & nunc Sacrista major, & Dominicus Ondermarck quondam Sacrista major, nunc Procurator & Syndicus, illiusque computus annuè reddendus est coram Patribus à Concilio Conventûs nostri Brugensis. P. Thomas Ondermarck prædictorum frater germanus, ejusdem Conventûs filius, quondam Magister Studii Antverpiæ, S. T. Licentiatus, obiit mense Octobri anno 1709.

DE CONVENTU ANTVERPIENSI

INTRODUCTIO.

ANtverpia titulo Marchionatûs Sacri Romani Imperii insignita, septemdecim Provinciarum Belgicarum una, opibus, & mercimoniis illustris, publicorum, privatorumque ædificiorum magnificentiâ celebris, ad Scaldis ripam, Comitatûs Flandriæ limitem sita, Gandavo decem, Bruxellis, & Lovanio octo, Mechliniâ quatuor, Lyrâ tribus distat leucis. Primariam Deiparæ sacram Ædem in Cathedralem erexit Paulus IV anno 1559. Castrum quoque habet fortissimum, loca sacra plurima, inter quæ numerantur Conventus Fratrum, & Monasterium Sororum Ordinis Prædicatorum.

CAPUT PRIMUM.

§. I. *De Fundatione, & Fundatoribus hujus Conventûs.*

DE hujus Conventûs exordio sic scribit P. Mag. Hyacinthus Choquetius hujus Conventûs filius in libello suo de SS. Belgis Ord. Præd. folio 11.

Litteræ Magistratûs Antverpiensis, quâ petit sibi mitti FF. Prædicatores.

„ Cives (Antverpienses) pari cum Flandris pietatis flammâ arserunt, & novi Instituti Viros ad se mitti non minore religione exoptarunt. Verùm recondito Numinis consilio nostrorum ad eos adventus posterior fuit, & spes diu dilata. Quare, cum sæpiùs, ut Antverpiam Prædicatores mitterentur, frustra tentassent, tandem, occasione Comitiorum Provinciæ Teutoniæ, quæ Argentorati anno 1243 celebrata fuêre, communi nomine litteras ad Patres, in Capitulo Provinciali congregatos, conscripserunt in hæc verba: Religiosis Viris, & discretis, honorando Patri Provin-

„Provinciali Fratrum Prædicatorum Teutoniæ, & Fratri-
„bus Diffinitoribus Capituli Provincialis apud Argentinam,
„Scabini, & Communitas Antverpienſis, Cameracenſis
„diœceſis ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.
„Quamvis mundanis pulveribus obfuſcati comparatione feli-
„citatis ſpiritualis multarum Civitatum, quibus in populo,
„& aliis temporalibus termini noſtri ſuperabundant; no-
„ſtram neceſſitatem vobis invitamur exponere. Cum itaque,
„ſecundum præſentem ſtatum, miniſterium veſtrum Sanctæ
„Dei Eccleſiæ comprobetur perneceſſarium; & nos hucuſ-
„que conſolatione veſtrâ (quod cum dolore proferre poſſu-
„mus) caruimus: niſi inquantum beati Fratres veſtri domûs
„Lovanienſis, vel alii remotiores, nos duxerint viſitare:
„omni devotionis affectu, veſtram piè pulſantes exoramus
„charitatem: quatenùs nobis, & noſtris compatiamini, &
„Collegium Fratrum veſtrorum Antverpiam deſtinari facia-
„tis. Hos enim ipſos affectu ſincero, & dilectione ſtabili
„pertractare compromittimus: firmam tenentes fiduciam,
„quod, cum Dominus benedixerit domui Ægyptii propter
„introitum Joſeph, & domui Laban propter Jacob: bene-
„dictionis divinæ munus ad introitum eorumdem conſeque-
„mur. Datum in inventione Sancti Stephani anno 1243.

Scripſerunt quoque eodem planè affectu Epiſcopus Came-
racenſis, & Sereniſſimus Dux Brabantiæ.

Litteræ Epiſcopi Cameracenſis.

„ Univerſis venerabilibus religioſis Fratribus honorandis
„Priori Provinciali Fratrum Prædicatorum Teutoniæ, &
„Fratribus Diffinitoribus Capituli Provincialis in Argentina
„celebrandi, Guido ordinatione divinâ Cameracenſis Eccle-
„ſiæ Miniſter humilis, & indignus ſalutem, & in Congre-
„gatione Spiritum veritatis non deeſſe, &c. Datum in die
„B. Petri ad vincula anno Domini 1243.

Litteræ Ducis Brabantiæ.

„ Viris honorabilibus, & diſcretis, honorando Priori
„Provinciali Fratrum Prædicatorum Teutoniæ, & Fratri-
„bus Diffinitoribus Capituli Provincialis in Argentina cele-
„brandi, Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ, & Bra-
„bantiæ ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum, &c. Da-
„tum ad vincula Petri anno Domini 1243.

Erectio hujus Conventûs.

Verosimile est: Patres nostros eodem adhuc anno Antverpiæ domicilium inchoasse; nam anno sequenti 1244 locus hic à Capitulo Generali Bononiæ in Conventum Ordinis fuit erectus, & Provinciæ Teutoniæ incorporatus.

Primus locus, quem inhabitarunt Fratres nostri, circa urbis mœnia situs erat juxta illum, in quo postmodum anno 1568 fortissimum Castrum, seu Fortalitium fuit extructum. Cùm autem locus hic Fratrum nostrorum usibus minus aptus videretur: circa annum Domini 1249 alium multò commodiorem munificentiâ Henrici Ducis Brabantiæ, alorumque Donatorum adepti sunt, ut ex sequentibus patet litteris:

Diploma Henrici Ducis Brabantiæ.

„ Henricus Dei gratiâ Dux Lotharingiæ Scolteto, Sca-
„binis, cæterisque oppidanis Antverpiensibus salutem. Cum
„Fratres Ordinis Prædicatorum elegerint in nostro Oppido
„mansionem, illum fundum, quem quondam Arnoldus De-
„Lyra, & Wilelmus post eum natus ejus occuparunt mi-
„nùs justè, eò quod ad dominium nostrum noscebatur per-
„tinere; insuper & fossata antiqua, & nova, quibus area
„ipsorum noscitur circumcingi, cum via à tergo eorum,
„exeunte versus portam vaccariam, eorumdem Fratrum
„usui deputamus. Datum in Lundersele in vigilia Penteco-
„stes 1249.

Hanc donationem non solùm fecit prædictus Henricus: sed & omnes alii, qui in eundem fundum jus aliquod habere videbantur. Illorum litteras lector benevolus inveniet in „libro D. Auberti Miræi, cui titulus: *Notitia ecclesiarum Belgii* foliis 636. 637. & 638.

§. II. *De Ædificiis hujus Conventûs.*

CUjus formæ prima hujus Conventûs ædificia fuerint, non ampliùs apparet: maxima enim pars illorum tempore iconoclastiæ à Geusiis destructa fuit. Nunc splendidissimum cernitur Monasterium, quadripartito ambitu elegantissimo, fornicibus lapideis obtecto, ornatum. Superædificata dormitoria commodissimas habent Fratrum cellas. Il-

lorum ſtructuram notabiliter adauxit. R^mus P. Marius Ambroſius Capello, hujus Conventûs filius, Epiſcopus Antverpienſis. Hoſpitum receptacula, ritè ordinata, ſuperiùs habent dormitorium Patrum, inferiùs alluentem foſſam, ex Scaldi fluvio productam. Infirmaria pharmacopœam habet inſtructiſſimam cum ſpeciali horto botanico. Fratrum Converſorum officinæ hîc melius quàm alibi ſunt ordinatæ, & ab invicem diſtinctæ. Hortus hîc eſt ampliſſimus, ſæcularium domibus (quarum quædam ad hunc Conventum pertinent) circumcinctus, qui propterea, præter utilitatem, magnam huic Conventui ſecuritatem præbet.

CAPUT SECUNDUM

§. I. *De Eccleſia.*

PRima hujus Conventûs Eccleſia conſecrata fuit in honorem S. Pauli Apoſtoli à B. Alberto Magno, quondam Epiſcopo Ratiſponenſi, de licentia Nicolai de Fontanis Epiſcopi Cameracenſis (cui Antverpia tunc ſuberat) anno 1271. Prima Eccleſia conſecrata à B. Alberto Magno.

Templum hoc, decurſu temporis ferè collapſum, curâ, & induſtriâ P. Mag. Cornelii ab Eertborne hujus ſui Conventûs ſæpius Prioris, & Provinciæ Germaniæ inferioris Prioris Provincialis reſtaurari cœptum eſt ſub annum 1546. Et poſtea ab iconoclaſtis fœdè profanatum, Lutheranorum ritibus inſerviit. Deindè profanata ab hæreticis.

Tandem, refloreſcente Antverpiæ fide Catholicâ, P. Michaël Ophovius, hujus Conventûs filius, & ornamentum (poſtea Epiſcopus Buſcoducenſis) anteriorem Eccleſiam, à P. Mag. Cornelio ab Eertborne ædificatam, & ab hæreticis valdè deformatam reſtauravit, & novo Choro à fundamentis extructo adauxit, & exornavit. Poſtea ædificata fuit turris ſplendidiſſima, cui parem nullus ex noſtris in Belgio Conventus habet. Tandem reſtaurata.

§. II. *De Theſauro Sacro.*

HAbet Conventus hic ſequentes SS. Reliquias ritè approbatas: Reliquiæ SS.

Spinam unam Coronæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, &

particulam S. Crucis, in qua ſalus mundi pependit. Particulam Induſii, & Veli B. Mariæ Virginis. Ex Oſſibus S. Pii V. Pontificis. S. Hyacinthi C. Ex Cappa, & Tunica S. Ludovici Bertrandi C. S. Roſæ Limanæ V. B. Ambroſii Senenſis C. S. Pauli Ap. S. Rochi C. S. Agnetis V. & M. S. Marii M. S. Willebrordi Ep. S. Ayæ.

§. III. *De Confraternitatibus.*

Confraternitates SS. Roſarii. SS. Nominis Jeſu. SS. Sacramenti.

PRæter Confraternitates SS. Roſarii, & SS. Nominis Jeſu, in hujus Conventûs Eccleſia quàm maximè floret Sodalitium erectum in honorem SS. Sacramenti, cui Primarii, tam ex Nobilibus, quàm civibus Antverpienſibus ſunt inſcripti.

§. IV. *De quibuſdam Miraculis.*

Miraculum SS. Roſarii.

PAter Vincentius Hensbergius, hujus Conventûs filius, in ſuo *Viridario Mariano* refert hoc miraculum: „circa „annum Domini 1578 Mulier certis perſuaſa deluſionibus, „cum dæmone pactum iniit, ipſumque proprio ſanguine fir„mavit. Hæc cum aliquamdiu in horribili hoc degiſſet ſta„tu: magnus eam conſcientiæ ſtimulus invaſit, & quid „tandem ageret, neſcia; Canonico cuidam Cathedralis ec„cleſiæ negotium revelavit, implorans, & expoſtulans re„media ſalutis. Hic, ut vir prudens, conſiderans humanis „viribus chirographum reſtitui non poſſe: eam adhortatus „eſt; ut Patres Prædicatores accedens, SS. Roſarii Præ„poſitum (*is erat P. Mag. Henricus à Puteo S. T. D.*) con„veniret: eique infame crimen aperiens, ſe ſacro Virginis „Mariæ Sodalitio annumerari juberet: ut ita Roſarii meri„tis chirographum ex tartarei draconis unguibus extrahere„tur. Mulier ad hæc ingreſſa templum, vidit dæmonem, „Roſarii Præpoſito non abſimilem, confeſſiones excipere „præparatum. Et hunc eſſe exiſtimans, atque exomologeſim faciens, conſilium requiſivit: ſed, non invento ſola„tio, & ſæpè admonita: ut rediret, ſemper tamen repu-

„diata; tandem reperto, quem volebat, Patre, iteratò „longam culpans moram, eum consuluit. Illo hærente, & „nullius sibi conscio, rem iterum patefacit. Hîc ille diabo„li machinamenta advertens, confitentem excepit, & ab„solutionem impertiens, sacræ Virginis militiæ inscripsit. „Ubi Rosarium pervolvere cœpit, dæmon, jubente, & „imperante gloriosâ Virgine Mariâ, ut testatus est ipse, „chirographum magnâ suâ confusione restituit.

Tota illius miraculi historia columnæ ecclesiæ hujus Conventûs insculpta etiamnum conspicitur: prout sæpè vidi.

Magna apud Antverpienses in veneratione est exemplar imaginis miraculosæ S. P. N. Dominici in Soriano Calabriæ Oppido: præcipuè post sequens miraculum, cujus meminit B. M. ven. P. Cornelius De Jonghe in suo *triplici compendioso tractatu*, Messanæ in Sicilia edito anno 1685 „in „nostra Antverpiensi Civitate in Belgio contigit. Erat in „prædicta Civitate circa annum 1633 quædam puella nomi„ne Catharina Praet, quæ ex quodam nocivo influxu adeò „infirma decumbebat: ut nec pedibus suis stare posset. Por„tatur ad ecclesiam Prædicatorum, & oleo ex lampade, „quæ Suriani pendet ante prædictam S. Dominici imagi„nem, asportato linita, commendatur filia intercessioni S. „Dominici in Soriano, & subitò suis viribus, atque inte„græ sanitati restituitur: ita ut Joannes Malderus, tunc „temporis Antverpiensium Episcopus, in approbatione „hujus miraculi tale tulerit testimonium:

Miraculum S. P. N. Dominici in Soriano.

„ Nos Joannes Malderus Episcopus Antverpiensis, exa„minatis, & expensis supradictis attestationibus, auditoque „desuper Theologorum, ac piorum virorum judicio, sa„nationem supranominatæ Catharinæ Praet declaramus per „præsentes: videri nobis precibus, & meritis S. Domini„ci miraculosè esse obtentam. Datum Antverpiæ 12 Janua„rii 1633 signatum erat. Joannes Episcopus Antverpiensis.

Alterius Miraculi obtenti eâdem erga S. Dominicum devotione mentionem facit Actuarium, seu Registrum resolutionum Patrum à Concilio hujus Conventûs: „die 25 Au„gusti 1635 conclusum fuit: ut proximâ dominicâ primâ

Aliud Miraculum.

„Septembris promulgaretur Miraculum factum in persona „Catharinæ vande Vaert miraculosè sanatæ unctione olei „lampadis S. Dominici in Soriano, quæ Catharina subitò „sanata fuit à cancro in pectore, quem per septemdecim an„nos habuerat, & ab aliis gravissimis morbis.

§. V. *De Sepulturis.*

In hac ecclesia sepulti sunt.

AD sinistram summi altaris conspiciuntur monumenta marmorea RR. DD. PP. Michaëlis Ophovii VI Episcopi Buscoducensis, & Marii Ambrosii Capello Episcopi Antverpiensis; ex hoc Conventu ad Infulas assumptorum. In monumento verò posterioris sic legitur:

Rms P. Michaël Ophouius Episcopus Buscoducensis.

D. Joannes Franciscus Capello.

„ JOANNI FRANCISCO CAPELLO nobili patricio Casalen„si ex antiquioribus in Monferatto, Toparchæ in Eyck, „Philippi II Regis Hisp. in Belgio, & Gallia Quæstori Ge„ne. Militiæ. Obiit 6 Maii 1612 æt. 81.

D. Maria Boexhorn.

„ Et D. MARIÆ BOXHORN ejus conjugi, Maritum secu„tæ Idibus 7bris 1625 piis Parentibus suis hoc monumen„tum posuit Fr. Marius Ambrosius Capello Episcopus Ant„verpiensis.

Ad dexteram summi altaris in Mausolæo marmoreo D. Henrici de Varick sequens legitur Epigraphe:

D. Henricus de Varick.

„ Ici gist Messire HENRY DE VARICK Chevalier, Vis„comte de Bruxelles, Seigneur de Bonnendael, Bauwel, „& Olmen, du Conseil de guerre, Marcgrave d'Anvers. „Trepassa l'an 1641 le 5 d'Octobre

D. Anna Damant.

„ Et Dame ANNE DAMANT sa Compaigne, Dame de dits „lieux. Trepassa 1630 le 6 de May.

„ Triumphatori mortis.

„ JOANNES BAXIUS Antverpiensis, hujus urbis quondam „Senator, quod corrumpi potuit, hîc deposui XXIX Sep„temb. anno CIↃ IↃCVIII. Itemque Filius ejus ALEXANDER „XXVII Novemb. CIↃ IↃCVI

„ R. I. P.

Aliud.

D. M. S.

„ PHILIPPO DE LANTMETERE hujus Reipub. Sena-
„tori, SUSANNA VAN HEYLICHSEM Marito opt. pietatis
„ſuæ erga eum teſtificandæ gratiâ H. M. P. Obiit anno
„ætatis ſuæ LXV. Chriſti CIↃ. IↃC. XVIII Novemb.
„ Impares naſcimur, pares morimur.

Aliud.

D. S.

„ Hoc monumento ſitus HUGO BONTIUS I. C. heu! quon-
„dam Middelburgenſis Syndicus, quem docti, boni ad in-
„vidiam amavêre: cui Religio, & priſca fides, patriâ,
„officio, opibus, potior. Vale lector, & te etiam morta-
„lem cogita. Hocque ad extremum rogo; hujus inquire vi-
„tam, ut diſcas mori. Hujus inquire mortem, ut vitam
„diſcas. Devixit annos ..... menſes ..... dies .... obiit an-
„no Chriſtiano ..... GEORGIUS UWENYS J. U. D. Civi-
„tati Antverp. à Secretis, bibliothecæ defuncti Legatarius
„totâ animi adfectione L. M. P.

In Ambitu.

„ JACOBO VAN DEN WOUWERE Joan. F. Steph. N. pro-
„bitatis, & modeſtiæ laude ornato Viro, ejuſque Conjugi
„cariſſ. KATHARINÆ STRUYVE Parentibus pientiſſ. hîc ſuo-
„rum apud oſſa cubantibus JOANNES JACOBI F. pietatis
„& memor. H. Mon. reſt. Iſta è vivis deceſſit M. D. LXI.
„Ille ejuſdem ſæculi LXXXII.

CAPUT TERTIUM.

§. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.*

CONventus hic à ſuæ fundationis initio ſubfuit Provinciæ Teutoniæ, & quamvis anno 1500 fuerit reformatus, ſub illa permanſit uſque ad annum 1515 quo novæ, tunc

erectæ Provinciæ Germaniæ inferioris fuit annexus.

Anno 1401 Utini (non Antverpiæ, ut putat Gramayus) celebratum fuit Capitulum Generale, in quo in Magistrum Generalem electus fuit P. Thomas de Firmo. An autem hoc anno Antverpiæ celebratum fuerit Capitulum Provinciale Provinciæ Teutoniæ: nondum inveni.

Anno 1564 in Capitulo Generali Bononiæ celebrato, Conventus hic designatus fuit pro habendo Capitulo Generali anno 1567 sed propter tumultus Belgicos id fieri non potuit.

Provincia Germaniæ inferioris sequentibus temporibus in hoc Conventu Capitula Provincialia celebravit:

Anno 1528 dominicâ post octavam Nativitatis B. Mariæ V.

Anno 1537 die 15 Octobris.

Anno 1543 in Festo S. Joannis Baptistæ.

Anno 1553 die 28 Januarii.

Anno 1576 die 28 Augusti.

Anno 1605 Calendis Maii.

Anno 1637 die 7 Maii. R^mus P. Michaël Ophovius Episcopus Buscoducensis, ex hoc Conventu assumptus, pro fide exul., Capitulum hoc suâ præsentiâ honoravit, & omnes expensas mensæ munificè persolvit.

Anno 1661 die 7 Maii. R^mus P. Marius Ambrosius Capello Episcopus Antverpiensis, ex hoc Conventu assumptus, hoc Capitulum suâ præsentiâ honoravit in Missa, & in Processione, & mensæ expensas generosè persolvit.

Anno 1669 die 19 Octobris.

Anno 1688 die 8 Maii.

§. II. *De Gymnasio Humanarum Litterarum.*

ANno 1605 ex concessione Capituli Generalis Vallisoletani in hoc Conventu erectum fuit Gymnasium ad sæcularem juventutem in litteris, & doctrina christiana instruendum. Duravit hoc Gymnasium usque ad annum 1648 quo die 27 Junii hujus Conventûs Patres concluserunt: Scholas illas abrogandas in suo Conventu, illasque tantùm conservandas esse in Vicariatu suo Lyrano.

§. III.

§. III. *De Novitiatu.*

ANno 1625 in hoc Conventu inſtitutus fuit Novitiatus pro Conventibus Brabantiæ, ut patet ex actis Capituli Provincialis, illo anno Gandavi celebrati. Novitiatus hic ſæpè fuit interruptus, & ſæpè reſtitutus: fuit enim reſtitutus per R^mum Ordinis anno 1641. Iterùm per acta Capituli Provincialis anno 1645. Tandem anno 1679 iterùm fuit diſſolutus, & Novitii Gandavum miſſi.

§. IV. *De Studio Generali*

ANno 1641 in hoc Conventu inchoatum fuit Studium formale theologicum, & philoſophicum, quod poſtea munificentiâ trium neptum P. Mag. Marii Ambroſii Capello egregiè fuit promotum, & tandem à R^mo P. Joanne Baptiſta de Marinis totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali die 27 Novembris anno 1655 in Studium Generale erectum.

Fundarunt autem prædictæ piæ Mulieres penſiones, ſeu burſas annuas pro duodecim Fratribus Philoſophis, & Theologis in ſublevamen hujus, & pauperiorum Conventuum Provinciæ, quam fundationem præfatus P. Marius Ambroſius Capello factus Epiſcopus expenſis ſuis adauxit, & annuas penſiones pro Suſtentatione Moderatorum illius Studii ſuo teſtamento legavit.

In Capitulo Provinciali, celebrato in hoc Conventu anno 1661 inſtituti fuerunt in Moderatores hujus Studii Generalis P. Mag. Gaſpar Dinghens S. T. D., & P. Petrus Muytincx S. T. Licentiatus: in Magiſtrum Studii P. Alexander van Mechelen.

In Capitulo Provinciali celebrato Bergis S. Winoci anno 1664 ordinatum fuit pro Studio Antverpienſi: „ut ſervenntur ibidem leges, conſuetudines, & privilegia Studii Lovanienſis conformiter ad litteras R^mi datas 1655.

Ampliorem hujus Studii mentionem faciunt acta Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1670 „nos præmemora-

„tum Studium ad tanti Antiſtitis honorem, & commune „iſtius Provinciæ commodum: ſpecialiter verò ad paupe„rum Conventuum ſublevamen, ac juge ſubſidium, erigi„mus, erectumque declaramus in Studium Generale, ſeu „Litterariam Ordinis Univerſitatem, adinſtar Generalium „Studiorum noſtrorum Lovanienſis, ac Duacenſis, cum om„nibus horum privilegiis, juribus, legibus, & prærogativis, tam quoad Studentes, quam quoad Patres Modera„tores: quos omnes, tam præſentes, quam futuros, de„bitæ erga tantum Benefactorem gratitudinis ſeriò, ac ſol„licitè admonemus: ut ſaltem religioſis obſequiis, devotis „Sacrificiis, aſſiduiſque ad Deum precibus conentur perpe„tim agnitionem, ac memoriam beneficiorum hujus Illmi „ſui Patroni, ac Promotoris ſedulò conteſtari.

Anno 1676 obiit præfatus Illmus, & anno ſequenti in Capitulo Generali Romæ, & in Capitulo Provinciali Braniæ anno 1680 hoc Studium modo ſupradicto confirmatum fuit.

§. V. *De Viſitatione Rmi P. Mag. Generalis Thomæ Turci.*

Die 4 Aprilis anno 1646 Mechliniâ Antverpiam advènit Rmus P. Thomas Turcus totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis cum P. Mag. Mario Ambroſio Capello ſocio ſuo, Provinciali Terræ Sanctæ, & Provinciarum Teutoniæ, & Germaniæ inferioris Commiſſario ſuo Generali (poſtea Epiſcopo Antverpienſi) P. Ægidius van Swieten hujus Conventûs Prior cum duobus, aut tribus Religioſis ei obviam navigavit. Cum autem navi illâ, ad introitum ejus præparatâ, propiùs ad urbem adveheretur: navis bellica, quæ in Scaldi excubias agebat, explodendo tormenta ſua bellica eum advenientem ſalutavit. Prænobilis quoque D. De la Cotera Gubernator Caſtri Antverpienſis, quod idem Rmus præternavigare debebat, omnium tormentorum bellicorum celeberrimi illius fortalitii exploſione adventum ejus cohonoravit. Ad portam Scaldis, dictam *Maeygat*, illum expectabat ingens rhedarum numerus omnium Nobilium, quarum uni inſidens, in comitatu aliarum ad Conventum vectus

fuit. Undequaque confluebat innumerabilis multitudo cujuſvis conditionis hominum illi omnia proſpera acclamantium. Ad minorem Conventûs portam, inſigniis ejus adornatam, perveniens, à religioſa Communitate proceſſionaliter deductus fuit in Conventum. Illi ambitum ingreſſo, & ſuper cuſſinum holoſericum genuflexo, Prior cappâ chorali amictus, S. Crucis particulam deoſculandam præbuit, & aquæ benedictæ aſperſorium præſentavit. Quo facto, Cantore inchoante, & Choro proſequente Canticum: *Te Deum laudamus* ſolemniter ad chorum progreſſus eſt. Illum ingreſſus, ſtatim viſitavit tabernaculum, & ſedi elevatæ inſidens, manus ſuas Religioſis deoſculandas præbuit.

Poſtridie illum viſitarunt Ill^mus D. Gaſpar Nemius Epiſcopus Antverpienſis, qui centum florenos dedit pro expenſis ejus, Amp^mus D. Chriſtophorus vander Sterren Abbas celeberrimæ Abbatiæ S. Michaëlis Ordinis Præmonſtratenſis, Amp^mus D. Franciſcus Dinghens Decanus Capituli eccleſiæ Cathedralis, cum multis aliis majoris notæ Eccleſiaſticis: Inclytus quoque Magiſtratus Antverpienſis, qui eidem R^mo honoris causâ dedit vas centum poculorum vini rhenani, quo Magnates advenientes honorari ſolent.

Die 6 Aprilis Studentes ſæculares Gymnaſii hujus Conventûs pulcherrimam, in illius honorem, comœdiam exhibuerunt in camera Sodalitatis. In prandio tempore menſæ orationem latinam coram R^mo habuit P..... van Heze.

Die 12 ejuſdem menſis viſitavit RR. PP. Societatis Jeſu Collegii, quod *Domus Anglorum* dicebatur. Hoc prædicti Patres exquiſitiſſimis emblematibus, & Chronicis adornaverant: Studentes quoque Gymnaſii illorum elegantiſſimam repræſentationem in honorem illius exhibuerunt. Ingratiarum actionem idem R^mus præfatos Patres ad beneficia Ordinis noſtri admiſit de gratia ſpeciali.

Die 13 ejuſdem menſis R^mus viſitationi finem impoſuit.

Die 14 præmiſſâ ſalutari exhortatione, Bruxellas diſceſſit.

CAPUT QUARTUM.

§. I. *De Iconoclaſtia, & hujus Conventûs devaſtatione.*

DEplorandam hujus Conventûs ab iconoclaſtis illatam calamitatem paucis verbis expreſſit Eximius P. Mag. Hyacinthus Choquetius in oratione funebri, quam in exequiis Rmi P. Michaëlis Ophovii Epiſcopi Buſcoducenſis Antverpiæ habuit anno 1638 „hujus Cœnobii facies per hæretico-„rum rabiem fœdiſſimè lacerata erat. Monaſticum periſte-„lium, Clauſtrum vulgò dicunt, egregium facie, & ſoli-„do è marmore conſtructum, ſolo æquarunt. Viam, ſeu „vicum, per Cœnobii medium aperuerant, maximum „cœnaculum in varios carceres diſtinxerant: veteris templi, „quod ter magnus Albertus noſter, Ratiſponenſis Epiſco-„pus, olim ſacrarat, odæum dejecerant. Locum, quem Cæ-„pitulum dicunt, & Bibliothecam, illi ſuperſtructam, pe-„nitùs ſpoliarant, perfregerantque: ut deploratiſſimæ pror-„ſus Prædicatorum res hîc eſſent. Rudera ipſa vocem attol-„lere videbantur ad Dei miſerantis opem.

Ex quibus patet: erraſſe P. Joannem à S. Maria, aliàs Rechac in ſua deſcriptione Conventuum noſtrorum Belgicorum; ubi deſcribens fundationem hujus Conventûs folio 942 ſic habet „bien que les batimens n'ayent pas eprouvé la „rigueur des temps comme les autres de Flandres: neamoins „leurs anciens papiers ont eté perdus.

Omnes Patres, ac Fratres noſtri ab impiis illis ſicariis eodem tempore in exilium pulſi fuerunt, nec ad ſua redire potuerunt: niſi anno 1585 quo ipſa Antverpia Eccleſiæ, & Regi ſuo Catholico reconciliata fuit. Interea temporis Sacrilegi illi Sacrorum omnium Deformatores Ven. P. Antonium Timmermans hujus Conventûs filium crudeliter interemerunt in foro publico.

§. II. *De Morbo, dicto Antverpienſi.*

ANno 1678 Antverpiæ graſſatus eſt morbus quidam contagioſus, & ignotus, qui ab ephidemica lue quidem

differebat : ſed maximum mortalium numerum è vivis rapuit. Ardebant Patres noſtri zelo animarum, & infirmis, ac agonizantibus promiſcuè aſſiſtebant, ex quo eundem morbum contraxerunt. Tantus erat in hoc Conventu Patrum, & Fratrum decumbentium numerus : ut vix ſani ſupereſſent ad infirmis ſerviendum, & 26 ex illis ex hac vita migraverint. P. Ludovicus vander Hoſtyne (de quo vide ſupra folio 110) in hac calamitate zeloſiſſimum ſe animarum œconomum exhibuit.

§. III. *De quodam Incendio.*

ANno 1679 Calendis Junii, in quas incidebat feſtum Corporis Chriſti, circa undecimam nocturnam terribilis fulguris, & tonitru tempeſtas exorta eſt. Fulguris ignibus turris eccleſiæ hujus Conventûs adeò violenter icta fuit : ut breviſſimo tempore tota illius fabrica exuſta, campanæ fuſæ, ac templi tectum fuerit inflammatum, & in cineres redactum. Fornices Templi integri quidem apparebant : ſed reverà multis in locis exuſti erant, & poſtridiè collabentes, pretioſiſſimum organum, ſuggeſtum, aliaque plura non contemnenda templi ornamenta confregerunt, & murum collateralem ſecum in ruinam attraxerunt. Corruerat etiam tempore incendii frontiſpicium Eccleſiæ, & non procul diſtantis cujuſdam domûs partem oppreſſerat : neminem tamen vulneraverat ; quamvis ingens populi multitudo adeſſet, quæ ad ſpectaculum tam lugubre confluxerat.

In ſummo incendii periculo verſabatur Conventus totus. Jam indè enim flamma Novitiatum, Templo vicinum invaſerat : attamen piè creditur, Conventum, quaſi miraculosè, à Deo fuiſſe conſervatum propter duo hîc referenda : primò. Tempore incendii Prior votum emiſerat de piis quibuſdam operibus à Communitate exequendis. Secundò. Ven. P. Martinus van den Ende, Jubilarius adhuc ſuperſtes, tunc Sacriſta, aſportans venerabile Sacramentum, ad Eccleſiam parochialem S. Walburgis, tamquam ad locum tutum, Conventu egreſſus, eodem Auguſtiſſimo Sa-

cramento ſignum Crucis formavit verſus Conventum, & in momento tanta cecidit pluvia: ut ignis paulatim fuerit extinctus ſine ulteriore damno.

Quantùm Conventus hic per prædictum incendium fuerit perpeſſus damnum, ex eo conſtat: quod centum millia pataconum, ſive octoginta Scutorum Romanorum millia ad reſarciendum damnum vix ſufficere: judicatum fuerit.

D. Antonius Willemſens trium Confratrum noſtrorum, hujus Conventûs filiorum pater, noſtri miſertus, durante incendio, R. P. Priori mille florenos ad reſtaurationem Eccleſiæ promiſit, illoſque poſtridiè perſolvit. Illos idem Prior expendit ad ſolvendum operariis, lapides, aliaque materialia, & rudera poſtea efferentibus. Ut autem Eccleſia citiùs expurgaretur, quotidiè multi aliorum Ordinum Religioſi ſponte convenerunt, & operam ſuam charitativè impenderunt. Quo non obſtante, multum temporis effluxit, antequam omnia eſſent emundata.

Anno 1680 reſtaurationi hujus Eccleſiæ adeò ſtrenuè fuit allaboratum: ut muri novæ turris lapideæ (cujus lapidem angularem eodem anno poſuerat Ill^mus D. Ferdinandus van Beughem Epiſcopus Antverpienſis) ad faſtigium tecti Eccleſiæ fuerint producti.

Anno 1681 die 29 Octobris, infortunato caſu è turri Eccleſiæ, cujus ædificationi zelosè erant intenti, cum omnium mœrore, ruptis aſſeribus, ceciderunt, & animam circa ſeptimam antemeridianam Deo reddiderunt dilecti nobis Novitii Converſi Fr. Martinus Goedenhuyſen ætatis ſuæ anno 23 indutionis 2, & Fr. Melchior Viſſchers ætatis ſuæ anno 20 indutionis primo, qui die præcedente confeſſi, ac ſacrâ communione fuerant refecti, & in ipſo caſu nomen Jeſu, & Mariæ continuò invocabant.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

COnventus hic quaſi oliva fructifera in domo Dei longè, latèque in regiones longinquas palmites ſuos emiſit,

quorum fructibus animæ fidelium nutritæ, & errantium ad semitam salutis allectæ, suavem virtutum odorem dederunt.

Quorumdam, quorum memoria post iconoclastiam remansit, nomina hîc subjungo. Hi sunt:

P. Jacobus de Maclinia Confessarius Ducis Burgundiæ.

P. Mag. JACOBUS DE MACLINIA S. T. D. quondam sui Conventûs Prior, Vicarius Provincialis Teutoniæ pro Conventibus Brabantiæ, Confessarius, & Consiliarius Philippi Boni Ducis Burgundiæ, Ducis Brabantiæ, &c. obiit anno 1458.

P. Petrus Wellens Provincialis Teutoniæ.

P. Mag. PETRUS WELLENS S. T. D. sui Conventûs quondam Prior, per viginti annos Provinciæ Teutoniæ Prior Provincialis, primus, qui cum P. Mag. Joanne Wyningen in nascente Universitate Lovaniensi sacram Theologiam publicè prælegit. Pro reparatione Conventûs Mosætrajectensis ingentem pecuniarum summam procuravit. Tandem, ut liberiùs Deo vacaret, dignitatibus valedixit, & Monasterium nostrum Audergemiense pro quiete, & salutis suæ studio elegit, ibidemque animam Creatori reddidit, ac sequens encomium, in tanti Viri memoriam, lapidi ejus sepulchrali fuit insculptum:

„ Hîc jacet sepultus Venerabilis, & Eximius Magister „noster P. F. PETRUS WELLENS S. Theol. Doctor, Conv. „Antv. filius & Prior, Regens Lovaniensis, ac viginti an„nis Provincialis Teutoniæ, & Brabantiæ, qui tandem se„nio confectus, hunc sibi locum quietis, & mortis elegit, „in quo animam suam Creatori reddidit, & sub hoc Sarco„phago corpus sepulturæ traditum est anno 1469.

Scripsit *In Cantica Canticorum. In Ecclesiasticum. In aliquot Psalmos. In Epistolas Pauli ad Colossenses, & ad Hæbræos.*

P. Joan. de Beca Legatus Cæsaris.

P. Mag. JOANNES DE BECA S. T. D. sui Conventûs quondam Prior, Legatus Maximiliani Primi Imperatoris ad Alexandrum Sextum summum Pontificem. Obiit in Legatione Romæ anno 1501 die 5 Martii.

P. Mag. ANTONIUS WELLENS S. T. Doctor Lovaniensis, Prior Conventûs Buscoducensis, & tempore, quo Conventui suo anno 1500 præerat, illum reformavit, & ad strictiorem observantiam reduxit. Obiit 1502 die 18 Jannuarii.

P. Mag. PETRUS PISCATORIS Hoochſtratanus, in Univerſitate Lovanienſi eodem die, quo Adrianus Florentii (poſtea Summus Pontifex ſub nomine Adriani Sexti) doctoralem lauream adeptus eſt anno 1491. Hunc Antonius Coronel præfando ad 1. 2. Summæ theologicæ S. Thomæ Aquinatis editæ Pariſiis in 4 anno 1513 vocat *Doctoris Sancti viæ Archicurſorem præſtantiſſimum.* Item: *S. Doctoris doctrinæ armarium refertiſſimum.* Obiit anno 1507.

P. Antonius de Cœmiterio S. T. D. Provincialis.

P. Mag. GEORGIUS AMICI S. T. Doctor Lovanienſis, ſui Conventûs Prior, Vicarius nationis Brabanticæ, & in primo Capitulo Provinciali novæ Provinciæ Germaniæ inferioris ſecundus Diffinitor. Obiit anno 1519 12 kal. Februarii.

P. Mag. ANTONIUS DE COEMITERIO S. T. D., & Prior obiit Valencenis, ubi in loco Capitulari Conventûs noſtri ſepultus fuit cum hac epigraphe:

„ Supremum humanæ conditionis debitum ſolvens clarus
„Theologiæ Profeſſor, Magiſter ANTONIUS DE COEMI-
„TERIO Prædicatorii Ordinis tertius inferioris Germaniæ Pro-
„vincialis, oppreſſor hæreſum, chariſſimam Deo animam,
„corpus ſub hoc marmore terræ reddidit anno Domini 1529
„21 Maii.

P. Cornelius ab Eertborne S. T. D. Provincialis, & Inquiſitor.

P. Mag. CORNELIUS AB EERTBORNE S. T. Doctor Lovanienſis, hæreticæ pravitatis Inquiſitor Cameracenſis, iteratò ſui Conventûs, & Brugenſis ſemel, Prior, Vicarius Provinciæ, & tandem Provincialis, cujus curâ, & operâ Bulla Julii Tertii: *in Sacrâ Sede B. Petri* confirmans privilegia Ordini noſtro conceſſa, placeto Regio die 24 Octobris 1551 corroborata fuit.

Juxta ſummum altare hujus ſui Conventûs inter Mauſolæum R^mi P. Michaëlis Ophovii Epiſcopi Buſcoducenſis, & Monumentum R^mi P. Marii Ambroſii Capello Epiſcopi Antverpienſis parieti appendit tabella cum ipſius effigie, & hac inſcriptione.

„ R. P. Fr. CORNELIUS AB EERTBORNE S. Theol. Pro-
„feſſor, huic Antverpiano Conventui, & Brugenſi, &
„demùm omnibus Belgicis Conventibus Prior Provincialis
„præfuit, & hoc templum ad Dei Opt. Max. gloriam miro

ſumptu

„sumptu excitavit. Rapitur annis tantùm 48 natus 9 Kalen„das Maii Aº 1554.

P. Mag. Damianus a Ligno S. T. D. quondam Supprior Bruxellis, Duaci Regens Primarius. Ibidem obiit die 15 Octobris anno 1577.

Evulgavit (teste Antonio nostro Senensi) librum *de Missa, & ceremoniis ejus* à se ex latino in flandricum versum ad Catholicorum in fide corroborationem.

Jacobi de Vitriaco S. R. E. Cardinalis, Episcopi Tusculani, Theologi, & Concionatoris cum eruditissimi, tum disertissimi, Sermones in Epistolas, & Evangelia dominicalia totius anni. Quos è tenebris eruit, & edi curavit Antverpiæ, typis viduæ & hæredum Joannis Steelsii anno 1575 in folio.

Ejusdem Authoris *Sermones de Sanctis* evulgare intendebat, eosque jam repurgarat, sed morte præventus intentum suum non adimplevit.

P. Ægidius Dominicus Topiarius Flander, Aspelaeriensis, in sæculo dictus *Ægidius*, in Ordine *Dominicus*. Hâc occasione lucubrationibus suis aliquando nomen *Ægidii*, aliquando *Dominici*, præfixit, omissâ qualitate Ordinis, quem professus erat, ne hæreticos illius temporis anti-monachos, ab illarum lectione averteret, & illas calumniandi occasionem præberet. In posterioribus verò editionibus, cum videret opera sua ab omnibus avidissimè expeti, ac legi; religiosi statûs qualitatem apposuit. Illum anno 1574 Bruxellis vitâ functum putant aliqui: sed Conventûs nostri Antverpiensis Necrologium, illum Antverpiæ die 4 Maii 1579 obiisse refert, dum esset grandævus, ac in Ordine quinquagenario major, & turbatissimis illis temporibus, quibus hæretici in Belgio Religiosos Conventibus suis exturbabant, & ipse saluti Catholicorum clanculò invigilaret.

Scripsit *Conciones* (quas Valerius *Enarrationem* vocat) *in Evangelia, & Epistolas, quæ dominicis diebus in Ecclesia populo proponi solent.* Item *Conciones in Evangelia, & Epistolas, quæ festis totius anni diebus populo in Ecclesia proponi solent.* Opus bipartitum, tomis duobus in 8 comprehensum, quod Valerius ab opere prædicto sejungens, vocat *Homilias, sive*

Conciones per annum, & ex uno duo facit. Illas *Conciones* ex Laurentii à Villavicentio tabulis, aliisque Authoribus concinnavit. Quanto in pretio prædictum opus apud omnes fuerit, denotant frequentissimæ ejus editiones: prodiit enim in duobus tomis in 8 Antverpiæ typis Antonii Tilenii annis 1566. 1569 & 1574. Item ibidem typis Christophori Plantini annis 1568. 1569. 1573 & 1574. Parisiis typis Michaëlis Sonnii annis 1565. 1566. 1567. 1568. 1570 & 1572. Coloniæ typis Arnoldi Quintellii anno 1607.

Conciones in Epistolas, & Evangelia, quæ per sacram quadragesimam populo in ecclesia proponi solent. Potissimùm è tabulis Jacobi Veldii elaboratas in 8 Parisiis typis Michaëlis Sonnii annis 1567. 1568. & 1573. Antverpiæ typis Plantinianis anno 1573. Ibidem typis Antonii Tilenii annis 1573 & 1574. Lugduni in Gallia typis Guilielmi Rouillii anno 1668.

Catechismum formandæ in orthodoxa fide juventuti, una cum precibus vitæ christianæ accommodis, linguâ vernaculâ. Possevinus hoc opus vocat: *libellum de Rudimentis, & Mysteriis Catholicæ Fidei.* His addit Valerius *Homilas sive conciones per annum:* sed illas puto idem opus esse, ac *Enarrationem Evangeliorum, & Epistolarum de tempore, & Sanctis*, de qua suprà. Sequentis opusculi non meminit Valerius.

Totius tractationis de quatuor hominis novissimis Epitomen. Quam opusculo suo *de quatuor hominis novissimis* præfixit Joannes Carthenius Carmelita. Antverpiæ typis Joannis Belleri anno 1588.

P. Antoninus Timmermans.

B. M. Ven. P. ANTONINUS TIMMERMANS (FABER, vel FABRI) de quo ita scribit P. Mag. Hyacinthus Choquetius in libello suo de SS. Belgis Ord. Præd. folio 118. „Is Dun„ckerkæ maritimo Flandriæ oppido natus anno 1547 Paren„tes fortunæ mediocris, probos tamen, & longè honestos „habuit, quibus magna fuit proles rectè educandi sollicitu„do. Adolescens humanioribus litteris excultus, melioris „vitæ desiderio ardens, Antverpiæ in B. Dominici Soda„litatem nomen dedit, annos natus 21, in qua eos fecit pro„gressus, ut prædicandi munere cum laude perfunctus sit, „utpotè vir planè pius, eruditus, & Flandrici, Gallici, at„que Hispanici idiomatis æquè peritus.

Ordinem ingreditur.

„ Hæreſes, quæ id temporis fervebant, acriter, &mag- Contra hæreſes prædicat.
„no, atque aſſiduo concionandi ſtudio eſt infectatus. Cum-
„que bellorum, errorumque incendio arderet Antverpia,
„Deo, ut & Principi miſerâ ſeductione rebellis, noſtrique
„exilio damnati, ſuperiorem Germaniam, variaque Belgii Exulan-
„loca peragrarent: ille piorum, quos à fide non dimoverat tibus Fra-
„temporis injuria, ſalutem quærens, ſingulari zelo, & in- tribus no-
„duſtriâ Antverpiæ hæſit, ubi Catholicorum domos, prout ſtris, Ant-
„ferebat occaſio, diligenter circuibat, omnemque navabat verpiæ la-
„operam: ut qui in illa tum Babylone fideles ſupererant, tet, ſaluti
„in plenis errorum vorticibus naufragium non facerent: ſed proximi
„in ſalutis portum ſervarentur. Quod dum ſedulò exequitur, allaborans.
„indieſque plures, ac plures Catholici ei in notitiam veniunt,
„eorum catalogum conſcribit, plateas, domoſque in ſchedu-
„la notat, quò facilius, ſecuriuſque ſingulos adire, & ad fi-
„dei conſtantiam hortari poſſet. Inter hos ab eo conſcribitur
„Joannes quidam Tauregny, qui poſteà privato, quo æſtua-
„bat, zelo Guilielmum Naſſovium, Auriacæ, & Perduel-
„lium Principem adortus eſt, eique necem inferre conatus.
„Interim, ut ſunt aſtuti, & ſuſpicionum pleni, filii tene-
„brarum, Joannem P. Antonino cognitum, eique confeſſum
„fuiſſe; proindè Principis mortem, niſi communicato priùs
„cum P. Antonino conſilio, non attentaſſe, in vulgus ſpar-
„ſerunt Calviniſtæ, & ad Principem pertulerunt. Quidam
„P. Antonino ſcedam illam excidiſſe ferunt, ſic cognitum;
„Joannem iſtum eſſe ex P. Antonino notis. Porrò ad hujus
„prætenſi criminis objectionem comprehenditur, & in vin- Ab hæ-
„cula conjectus, rogatur: cujus fidei eſſet? reſpondit: ſe, reticis ca-
„prout notum erat, Catholicum eſſe, & Dominicanum qui- pitur, &
„dem, ac Sacerdotem. Rurſùſque: an Joannis Tauregny in vincula
„notitiam haberet, ejuſque confeſſionem excepiſſet? quod conjicitur.
„promptè affirmavit. Inſtant Calviniſtæ: num in confeſſio- Fidem, & Ordi-
„ne conſilium occidendi Principem aperuiſſet, aut quid di- nem con-
„xiſſet? ille, ſe nihil eorum, quæ ex cujuſquam confeſſio- fitetur.
„ne noſſet, revelare poſſe: conſtanter reſpondit. Quod reſ-
„ponſum impia illa dæmonis mancipia, pro ſuo more, irri-
„dere cœperunt, & poſt infamia, atque horrenda in Reli-

„gionem convitia, ſe omninò velle ſcire, quid Joannes in „Confeſſione dixiſſet, aiunt; equuleos alioquin, mortemque „minantur. Antoninus verò, per Chriſti gratiam, fidei, & „propoſiti tenax, mortem ſe tanto piaculo anteferre, retulit. „Quocircà rabiem acuunt illi, & tormentis conſtantiam, „ſanctæque Religionis cultum expugnare conantur. P. An-

Crudeliter torquetur.

„toninum, pollicibus fune conſtrictis, in altum ſuſpendunt, „maximiſque ponderibus utrique pedi alligatis, toto corpo- „re diſtendunt, fuſtibus cædunt, eoque in cruciatu diù ver- „ſari patiuntur. Is verò Dei opem ardenter implorans, fre- „quentius illud Davidis orabat: *cuſtodi, Domine, labia mea: „ut non delinquam in lingua mea.* Et aſpirante Martyrum for- „titudine Chriſto, vicit equuleos, &, quam minabantur, „mortem cum deſiderio expectavit. Hæretici, furiis acti, „utrumque, ut aiebant, crimen, ſuperſtitionis videlicet pa- „piſticæ, & conſpirationis in Naſſovii exitum, inſigni ſup- „plicio vindicare decernunt.

„ Ergo fame languidus, carceris ſitu ſqualidus, tormen- „torum acerbitate fractus, ſolo animo, ac fide integer, vul- „tuque hilaris P. Antoninus in publicum forum pertrahitur, „in pleno theatro fidem Catholicam profitetur, ejuſque cau- „ſâ ſe libentiſſimè mortem obire pronuntiat: ſicque ſibi præ- „ſentiſſimus, & cæleſti auxilio confirmatus, parata tormen-

Fune ſtrangulatur, & in quatuor partes diſſecatur.

„ta conſtanter ſubiit, atque fune primùm ſtrangulatus, dein „in quatuor partes ferro ſectus, Deo ſe hoſtiam exhibuit, „Angelis lætitiam peperit, Catholicis lachrymas excuſſit, „hæreticis, & admirationi fuit, & terrori: nunc verò æter- „nâ fruitur (*ut confidimus*) vitæ melioris felicitate. Obiit „anno Salutis 1582 die 27 Martii ætatis ſuæ anno 36.

„ Vidi ego (proſequitur idem P. Mag. Choquetius) ma- „nibuſque attrectavi, & nunc quoque ab omnibus conſpici „poteſt in clauſtro Cœnobii Antverpienſis ſacrum venerabi-

Caput ejus etiamnùm incorruptum aſſervatur.

„lis P. Antonini caput, diù quidem alto ſtipiti ad infamiam „ab hæreticis infixum: ſed cui, nec circumvolantes corvi „oculos eruerint, nec ſolis ardor, pluviæ, venti, grandines, „ullave cœli inclementia pellem detraxerit; nec vermes ce- „rebrum exeſerint: ſed quod carne, pelle, cerebro, oculiſ-

„que, exſiccatis dumtaxat, ſæpiùs circumdederit nocturna „lux, inſederintque innocentiæ teſtes columbæ, ut mihi, „qui viderunt, plures teſtati ſunt.

Die 23 Auguſti ab incarnato Dei verbo 1715; ab impreſſo verò P. Mag. Choquetii libro, nonageſimo ſeptimo, ejuſdem venerabilis P. Antonini caput ego, licet indignus, manibus attrectavi, exactiſſimè examinavi, & non ſine magna admiratione inveni ſequentia, hîc meritò annotanda:

1. Caput illud integrum eſt quoad pellem, carnem, & oſſa, excepto loco illo, per quem ferri cuſpis intravit, qui ſatis latè patet: ita ut per illum valdè diſtinctè exſiccatum cerebrum conſpici, & tangi poſſit.

2. Auris dextera, quæ ordinariè primo confitenti præbetur, integra, & incorrupta: ſed exſiccata, & contracta eſt.

3. Oculus ſiniſter exſiccatus, & contractus, auris ſiniſtra corrupta eſt, nec ampliùs apparet, prout oculus dexter.

4. Extremitas naſi corrupta eſt, prout etiam pellis in fronte.

5. In occipite crines nonnulli, coloris albi, percipiuntur: ſed adeò breves, quales Religioſi habent quinto, aut ſexto die poſt raſuram, vel quando ſub veſte ſæculari inter acatholicos latent, & fictam cæſariem gerunt.

6. Collum omninò integrum eſt, cum nervis, arteriis, aliiſque organis, & ſanguinolentum apparet; non quidem coloris omninò rubri: ſed in atri coloris formam aliqualiter mutatum.

Ad majorem elucidationem venerandi illius Capitis figuram propriis ego manibus coram delineavi, & æri inciſam, hîc apponendam duxi.



Caput B. M. Ven: P. Antonini Timmerman pront in facie, a dextris et a sinistris conspicitur item. Brachium eiusdem ab Hæreticis in foro Antverpiensi interfecti 27 Martii 1582.

Asservatur Caput hoc in pariete Claustri, in monumento marmoreo, clauso portâ ligneâ sculptâ, & deauratâ.

Brachium ejus etiamnùm integrum est.

Brachii hîc delineati nullam quidem mentionem facit P. Mag. Choquetius: sed R. Adm. P. Franciscus Melyn hujus Conventûs filius, anno supradicto Sacrista major, mihi affirmavit: illud esse Brachium ejusdem ven. P. Antonini, inventum post tempora P. Mag. Choquetii. Illud integrum est, sicut hîc delineavi: attamen non eodem loco cum capite, sed in Sacristia asservatur.

P. Baltazar Dresselius Inquisitor.

Ven. P. BALTAZAR DRESSELIUS Prædicator Generalis, & hæreticæ pravitatis inquisitor. Inter continua concionum exercitia hæreticos, maximèque Anabaptistas, sacris argumentis, eruditisque declamationibus publicè, atque acerrimè numquam non perstrinxit; quo factum est, ut illum vicissim implacabili odio, ac rabie prosequerentur hæretici: quocirca nullum non moverunt lapidem, quo eum è vita tollerent.

„ Laudabilis est Dominicanis Antverpiensibus (ut habet „Choquetius) infirmos quoscumque, quocumque tempore

„evocentur, nocte etiam intempestivâ, visitandi, conso-
„landique consuetudo; ex qua maxima Reipublicæ, eo-
„rumque imprimis, qui morbo sunt afflicti, utilitas prove-
„nit. Ex hac verò, post excogitatas mille nocendi artes,
„exequendi sceleris occasionem capiunt Anabaptistæ: quare
„insigni fraude P. Baltazarem noctu è Monasterio evocant:
„rogantque, animam agenti cuidam adesse, & supremâ be-
„nedictione migrantem spiritum munire, ac solari velit. Pro-
„ficiscitur ille, doli nescius, pietatis verò plenus, nefando
„proditori comitem se jungit, domum intrat, in qua nul-
„lus erat æger christiani solatii cupidus: sed ex Anabaptisti-
„ca sentina rabulæ triginta, rogum, quem instruxerant, Ab hæ-
„cingentes. Hi, benè obseratis foribus, hostem suum P. reticis
„Baltazarem convitiis, probrisque lacessunt, paratam ei tot combu-
„adversus eos concionum vindicem flammam demonstrant, rendus, à
„vestes detrahunt, atque efferatâ barbarie multis probris, Catholicis
„contumeliisque vicinæ morti præludunt. Porrò Catholici liberatur.
„quidam, Deo id agente, P. Baltazarem, festino gradu pro-
„perantem, quamquam nox obscurior esset, conspexerant, at-
„que illius quidem lateri hærentem unum, qui pertinax esset
„impiorum dogmatum assertor. Fraudem, nequitiamque il-
„lico suspicati, quònam à perdito illo duceretur pius Pater,
„observant, domumque eos ingredi vident, cujus inquilini
„improbi erant hæretici, & ad quodvis scelus perpetrandum
„faciles. Doli, & occultæ fraudis suspicionem validè con-
„cipiunt, & quid facto opus, aliis etiam accitis, consilium
„ineunt, capiuntque, rei sanè, quæ agebatur, opportu-
„num. Etenim fores pulsant, quibus apertis, ædes audacter
„intrant, & neci proximum, vestibusque jam nudatum Pa-
„trem ex sceleratorum manibus vi abripiunt, atque ad Cœ-
„nobium reducunt.

„ Deinceps exilio damnatus, variaque passus, adversa quæ- Exilio
„que pro Dei gloria forti animo toleravit. Tandem ab exilio damnatur.
„Antverpiam reversus, cum singulari virtutis exemplo, & pie-
„tatis opinione, vitæ reliquum exegit, præduro frequentiùs In maxi-
„ad nudum cilicio cinctus, atque aliis modis carnem edo- ma auste-
„mans: sicque ærumnosam hanc vitam cum beata (ut spera- ritate vi-
vit, &
moritur.

„mus) commutavit anno 1588 *die* 10 *Julii*, *Jubilarius*, re-„licto apud omnes maximo sui desiderio, & præclarâ de sua „Sanctimonia existimatione.

Scripsit *Tractatum in hæreticos*. Item (teste Antonio nostro Senensi, qui illum viventem noverat) *Homilias de filio prodigo*. Et alia quædam M. SS. quæ in iconoclastia fortè perierunt.

P. Henricus Puteanus S. T. D.

P. Mag. HENRICUS PUTEANUS S. T. D. morum innocentiâ clarus, singulari erga Deiparam pietate devotionem SS. Rosarii assiduo studio, atque indefesso labore mirificè propugnavit. Ab hæreticis proscriptus, & juxtà Aquisgranum captus, ac in Castro quodam aliquamdiu detentus, virgis, & vepribus pro Christo dirè cæsus fuit. Ab exilio redux, obiit Antverpiæ anno 1594 mense Octobri.

Ab hæreticis capitur, & flagellatur. Moritur.

Prædicto P. Mag. Henrico Sodalitii SS. Rosarii Præfectum agente, contigit miraculum, de quo vide folio 204.

P. Petrus Ruxius.

P. PETRUS RUXIUS „qui cum magno pietatis exemplo, „quo cæteris præluxit, plures annos in Ordine exegisset, „injuncta sibi munia, præsertim concionandi, diligenter, „ac cum laude obivisset: præclarum quoque, multa ab hæ-„reticis passus, insignis tolerantiæ meritum adjunxit. Is cùm „ad pagum agri Hulstani, vulgò *Hensdyck*, prædicandi gra-„tiâ se contulisset, hæreticis cuncta vastantibus, atque in „illum pagum irrumpentibus, ad ecclesiæ turrim cum in-„colis, quò barbariem hostium fidei declinaret, confugit. „Porrò illam ipsam turrim incenderunt Calvinistæ, &, ser-„pente flammâ, P. Petrus ambustus, & dumtaxat semivi-„vus fit præda, ac Bommeliam abducitur, ubi squalido in „carcere tredecim mensium moras traxit: tandemque, re-„dimiis expeditis, Trudonopolim delatus, ibi post afflictis-„simam toto quinquennio valetudinem, & continua ab igne „illo, à carceris illius fœtore tormenta, quibus patienter „ferendis, ipsis quoque fidei perduellibus admirationi fuit; „obiit anno 1596. Ita Choquetius de SS. Belgis folio 126.

Semivivus ab hæreticis capitur.

Et piè moritur.

P. JACOBUS BUYENS (dictus MOLANUS) Molæ in Campinia Brabantica natus, S. T. Lector, in historiis valdè versatus, contra grassantes hæreses concionator fervidissimus.

SS. Ro-

SS. Rosarii cultor, & Propagator. Obiit Antverpiæ die 12 Junii anno 1604 in ejus memoriam in ambitu Conventûs Antverpiensis positum fuit sequens Epitaphium.

„ RR. PP. Jacobo Buyens, & Petro Hovio Mollanis, „quorum prior Societatem Rosarii Deiparæ eximiè pro- „movit, & fervidum adversus Novatores ecclesiasten egit, „obiitque anno 1604 prid. Id. Junii. Alter œconomiæ, ac „Choro laudabilissimè præfuit, desiitque vivere 1607. Kal. „Maii.

Scripsit *Exercitationem Spiritualem ad assequendam cum Deo unionem* flandricè. Antverpiæ, & Sylvæducis impressam.

Thesaurum Confraternitatis SS. Rosarii Antverpiæ anno 1600, & post ejus mortem, 1614 typis Hieronymi Verdussen in 8.

Vitam B. M. Zegeri Insulensis Ordinis nostri, M. S. in Vicariatu Lillerienſi asservari solitam.

Vitas Illustrium Virorum Anglorum, Scotorum, & Belgarum Ordinis Prædicatorum. M. S. in 4 Antverpiæ.

P. Joannes Nys Vicarius Inquisitoris.

P. Joannes Nys Monialium nostrarum Auderghemiensium Confessarius, Magister Novitiorum Antverpiæ, & Coloniæ, R. P. Cosmæ Morelles Inquisitoris hæreticæ pravitatis per tractum Rheni Vicarius subdelegatus. Obiit Coloniæ die 13 Octobris anno 1622.

Scripsit *Speculum Religiosorum.* Antverpiæ typis Cornelii Verschueren anno 1616. Iterum nonnihil auctum Coloniæ typis Petri Henningi 1619 in 8.

Multas Sanctorum Ordinis nostri Imagines æri incidi curavit: præcipuè *Vitam S. P. N. Dominici* Antverpiæ arte Theodori Gallæi anno 1611 in 4.

Miracula SS. Rosarii anno 1610 arte prædicti Gallæi in 4.

Vitam S. Thomæ Aquinatis ingenio, & manu Otthonis Vœni Sculptoris, & Pictoris clarissimi. In folio.

P. Matthias Heys S.T. Licentiatus, obiit Antverpiæ die 21 Augusti 1625. Ex italico in Belgicum vertit *Vitam B. Mariæ Raggi* Ordinis nostri, cui adjunxit Vitas aliarum quarumdam Sororum nostrarum primæ, & tertiæ Regulæ. Antverpiæ typis Cornelii Verschueren anno 1615 in 4.

Nota. In Conventu noſtro Buſcoducenſi eodem tempore floruit alius ab hoc P. Matthia, nomine *P. Matthias Hees* etiam S. T. Licentiatus, qui ibidem obiit die 10 Maii anno 1624 (de quo vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 117) unde cave : ne hunc cum illo confundas.

P. NICOLAUS JANSSENIUS (JANSSENBOY) unus ex quatuor fratribus germanis, Ordinis noſtri Religioſis, Miſſione Apoſtolicâ, & ſcriptis claris (de P. Dominico hujus Conventûs filio vide infrà folio 233. De PP. Cornelio, & Leonardo filiis Conventûs Buſcoducenſis vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 118, & Hiſtoriam Conventûs Buſcoducenſis in Mechlinia reſtaurati cap. 5.) S. T. Licentiatus, linguarum latinæ, & græcæ peritiſſimus, Miſſionarius Apoſtolicus cum germano Fratre ſuo P. Dominico ad prædicandum Evangelium in Daniam profectus eſt anno 1623. In via exiſtens, Fredericopoli remanſit. Pro illa Civitate à Frederico Tertio Daniæ Rege recenter ædificata ab eodem Rege liberum fidei Catholicæ exercitium impetravit, quo allecti multi Catholici, per Holſatiam deſperſi, ad hanc novam urbem confluebant, quorum curandis, & juvandis animabus P. Nicolaus ſe Paſtorem, & Medicum fidelem exhibuit, & in tam laborioſo munere animam ſuam Creatori reddidit die 21 Novembris anno 1634.

Scripſit *Beneficia FF. Prædicatoribus à Diva Virgine collata, & FF. Prædicatorum erga eandem Virginem obſequia.* Antverpiæ typis Guilielmi à Tongris anno 1632 in 8.

Vitam S. Dominici Ordinis Prædicatorum Fundatoris adjecto in fine in eandem commentario. Antverpiæ typis Henrici Aertſens anno 1622 in 8 latinè, & iterum flandricè.

Animadverſiones, & Scolia in Apologiam de vita, & morte Joannis Duns Scoti adverſus Bzovium pro Bzovio. Coloniæ typis Antonii Boetzeri anno 1622 in 8. Et iterum in folio ad calcem tomi XV Annalium Eccleſiaſticorum Bzovii iiſdem typis, & anno.

Defenſionem Fidei Catholicæ, & Apoſtolicæ Romanæ oppoſitam *Admonitioni neceſſariæ Joannis Mullerii* Miniſtri Lutherani Hamburgenſis, quam in gratiam Fratris ſui Dominici

conſcripſerat. Antverpiæ typis Guilielmi à Tongris 1631 in 8.

Latinam fecit *Inſtructionem Sacerdotum* hiſpanicè conſcriptam ab Antonio de Molina Carthuſiano, quam poſt ſeptem editiones hiſpanicas Antverpiæ evulgavit typis hæredum Martini Nutii annis 1618, & 1626 in 8, & iterum typis Henrici Aertſens anno 1644.

P. VINCENTIUS HENSBERGIUS Geldonienſis, Wallo-Brabantinus, iteratis vicibus ſui Conventûs Supprior, Prædicator Generalis, Lyræ Vicarius, & Monialium noſtrarum Vallis-Duciſſæ Confeſſarius. Obiit Antverpiæ, florente adhuc ætate, die 4 Julii anno 1634.

Scripſit *Viridarium Marianum ſeptemplici Roſario, variis exercitiis, exemplis, ut plantationibus peramœnum* Antverpiæ typis Gaſparis Belleri anno 1615. Ibidem typis Henrici Aertſii anno 1626 in 8.

Roſarium glorioſiſſimæ Deiparæ Virginis Mariæ per choros diſtinctum, ac 150 articulis vitæ Chriſti, variiſque hymnis, antiphonis, & orationibus perpulchrè exornatum. Antverpiæ typis Guilielmi à Tongris anno 1619 in 12.

Cellam vinariam Regiam, ſeu tractatum, quo introducitur Sponſa Chriſti in cellam vinariam Regis cæleſtis. Flandricè. Antverpiæ typis Cornelii Verſchueren anno 1621 in 12.

Apothecam Spiritualium pharmacorum, continentem mirabilem *efficaciam*, & *fructus SS. Roſarii.* Flandricè. Antverpiæ typis Henrici Aertſens anno 1632 in 8.

P. PAULUS RYSTIUS Antverpienſis, in Conventu ſuo S. Theologiæ, & linguæ hæbraicæ Profeſſor, poſteà Miſſionarius Apoſtolicus Ultrajecti, multos convertit ad fidem, & die 22 Januarii anno 1624 per hæreticos ab altari raptus, & vinctus, per plateas civitatis deductus, injurias, & contumelias plurimas patienter ſuſtinuit: in carcerem deindè detruſus, nonniſi magno lytro perſoluto, ex illo liberatus fuit. Non tamen propterà deſeruit ſuſceptos pro Fide labores: nam Roterodamum ſecedens, in eodem Apoſtolico munere vitam finivit, vigente adhuc ætate, die 28 Junii 1636.


Scripſit *Monomachiam Serpentis, & Hominis.* Antverpiæ typis Guilielmi à Tongris anno 1619 quamvis errore typo-

graphi appoſitus fuerit annus 1519. Ad calcem adjecit *Orationem de Jeſu parvulo* ſuper illa verba : *quis mihi det te fratrem meum , ſugentem ubera matris meæ.*

Arcam Noë ſeptuplicem. M. S. Concionatoribus , & linguæ hæbraicæ ſtudioſis utile.

P. GASPAR LUYPAERT Miſſi. Apoſt. obiit Schiedami 13 Julii 1636.

P. HENRICUS VAN MERWEN Miſſi. Apoſt. obiit Amſtelodami 13 Decembris 1636.



LUCE, ET FRUCTU.

P. Michaël Ophovius Epiſcopus Buſcoducenſis.

R^mus P. MICHAEL OPHOVIUS Epiſcopus Buſcoducenſis, cujus vitæ ſeriem Lector benevolus inveniet in *deſolata Batavia Dominicana* folio 120.

Nota. Inſignia hîc appoſita , ſunt hujus R^mi , alia ſunt Epiſcopatûs Buſcoducenſis.

P. Mag. JACOBUS BROUWER Hoochſtraetanus, S. T. Doctor Duacenus creatus die 14 Julii anno 1620 Studiorum noſtrorum Generalium Duaci, & Lovanii quondam Regens, anno 1623 de mandato Sacræ Congregationis *de propaganda fide* Daniam peragravit, & Miſſionum Apoſtolicarum ibidem Commiſſarius inſtitutus fuit. Anno 1631 à Capitulo Provinciali, habito Duaci factus eſt Commiſſarius Miſſionis Hollandicæ. Tandem anno 1637 ſui Conventûs Prior, & Capituli Provincialis Diffinitor, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt die 4 Novembris.

Scripſit: *Clavim Apoſtolicam, ſeu demonſtrationem theologicam*, quâ lucidè, ac ſolidè concludit: fide divinâ credendum; Paulum V eſſe Summum, Maximumque Pontificem. Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1621 in 8.

Ejus operâ à multis mendis caſtigatæ, & illuſtratæ prodierunt eruditiſſimæ atque utiliſſimæ P. Mag. Dominici Soto Ordinis Prædicatorum *Quæſtiones in octo libros phyſicorum Ariſtotelis*. Duaci typis Petri Borremans anno 1613 in 8.

P. DOMINICUS AB ARBORE S. T. Licentiatus, Supprior, Confraternitatis SS. Roſarii Præfectus, Peregrinus Jeroſolimitanus. Obiit Antverpiæ die 2 Martii anno 1640.

Scripſit ſtandricè *Declarationem brevem de Confraternitate SS. Roſarii*. Antverpiæ typis viduæ Cornelii Verſchueren annis 1617 & 1626. Et Ypris typis Joannis Bellet anno 1630 in 12.

P. ANTONIUS DE HUNIS Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Amſtelodami die 6 Maii anno 1640.

P. Mag. JOANNES BOUCQUETIUS Lyræ in Brabantia natus, S. T. Magiſter, ſemel Ypris, Coloniæ, & tertiò Antverpiæ Priorem egit. Die 18 Septembris anno 1605 Supprior exiſtens Conventûs ſui, Lyræ in Cluſa S. Gumari Confraternitatem SS. Roſarii inſtituit, & poſteà die 12 Decembris anno 1611 iterùm Suppriorem agens, unà cum P. Mag. Michaele Ophovio tunc Provinciali (poſteà Epiſcopo Buſcoducenſi) Vicariatum Ordini procuravit, & die 21 Novembris 1612 Prior exiſtens Conventûs ſui, hujus novi Vicariatûs poſſeſſionem adiit, & in Cluſa S. Gumari, Ordini noſtro data, primum Solemne Sacrum decantavit.

P. Joannes Boucquetius S. T. D. & Provincialis.

Inchoatio Vicariatûs Lyrani.

Refugii Monialium noſtrarum Antverpiæ primus Confeſſarius, & ejuſdem loci poſtea in Monaſterium formati ſingularis promotor fuit. Provinciæ item Germaniæ inferioris Prior Provincialis electus anno 1623 pro ſplendore, & incremento Ordinis plurimùm laboravit. Obiit die 11 Julii 1640 Capitulorum Provincialium quintò, & Generalium bis Diffinitor.

Edidit libros tres Joannis Nideri Ordinis noſtri *de Reformatione Religioſorum* à P. Jacobo Buyens Molano ejuſdem Conventûs antea repertos, quibus adjecit *Diſputationem de Imaginibus, ſeu Stigmatibus S. Catharinæ Senenſis* Authore P. Vincentio Juſtiniano Antiſtio, cum quo Coloniæ Prior vixit. Item *præfationem* amplam *ad Religioſos*, à ſe compoſitam, illi operi præmiſit. Antverpiæ typis Plantinianis Viduæ Joannis Moreti anno 1611 in 8.

P. Vincentius Andreæ Miſſionarius Apoſtolicus obiit Ultrajecti die 14 Semptembris 1640.

P. Mag. Vincentius Sohier S. T. D. in Capitulo Generali Pariſiis anno 1611 inſtitutus Provincialis Provinciæ Bohemiæ, in qua qualitate anno ſequenti interfuit Capitulo Generali Romæ celebrato.

P. Franciſcus Hyacinthus Choquetius S. T. D.

P. Mag. Franciscus Hyacinthus Choquetius Inſulis natus, Antverpiæ profeſſus, ob ingenii præſtantiam à R^mo P. Inaco de Brizuela Ordinis noſtri, Archiducis Alberti Belgarum Principis Confeſſario ſpecialiter dilectus, eo ſuadente, in Hiſpaniam ſtudiorum cauſâ miſſus, in Univerſitate Salmanticenſi celeberrimos Profeſſores Ordinis noſtri nactus eſt. Nempè P. Mag. Dominicum Bannez, P. Mag. Petrum de Ledeſma, & P. Mag. Petrum de Herrera Canarienſem, Tudenſem, ac Tiraſonenſem poſtea Epiſcopum, ſub quorum diſciplina miros in ſtudiis progreſſus fecit. Belgio redditus, clareſcere cœpit, Lovanii Philoſophiam, ac Theologiam docens. Indè ſub ſapientiſſimo P. Mag. Thoma Torrez tunc Regente primario Lovanienſi, poſteà Epiſcopo Paraguienſi, & Tucumanenſi Pariſiis in Capitulo Generali anno 1611 theſes theologicas ad ſtuporem omnium facundè, ac ſolidè ſuſtinuit: undè & Magiſtrali laureâ in eodem Capitulo à R^mo P. Auguſtino Galaminio totius Or-

Salmanticæ ſtudet.

In Capitulo Generali theſes defendit.

dinis noſtri Magiſtro Generali decoratus fuit, quam etiam anno 1615 die 28 Julii in Univerſitate Duacena adeptus eſt. Tertiò poſteà Capituli Provincialis Diffinitor. Cum Duaci Studii noſtri Generalis Regentem primarium ageret, illius curâ, & operâ, collaborantibus Rmo P. Inaco de Brizuela Confeſſario ſuæ Celſitudinis, P. Mag. Petro Woeſtynio S. T. D. Conventûs Gandenſis, Provinciali, P. Mag. Michaële Ophovio S. T. D. Conventûs Antverpienſis, Exprovinciali (poſtea Epiſcopo Buſcoducenſi) inchoatum fuit Collegium noſtrum Duacenum ſub patrocinio S. Thomæ Aquinatis. Et anno 1638 die 5 Januarii doctiſſimam orationem funebrem habuit in ſolemnibus exequiis prædicti Rmi Ophovii Buſcoducenſium Præſulis; quæ eodem anno Anverpiæ edita fuit typis Joannis Cnobbaert in 4. Obiit Antverpiæ ſtudio, & ſenio fractus, die 6 Februarii anno 1645.

Inchoatio Collegii S. Thomæ Aquinatis Duaci.

Moritur.

Scripſit *de origine Gratiæ ſanctificantis* libros tres, quibus adjecit tractatum: *de miſtione aquæ in Calice euchariſtico opuſculum theologicum.* Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1628 in 4.

Libellum, cui titulus: *Sancti Belgi Ordinis Prædicatorum.* Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1618 in 8.

Notandum: libellum illum ante decretum editum à SS. D. Urbano VIII anno 1625 impreſſum fuiſſe: & illos, quorum geſta in illo deſcribuntur, non eſſe Sanctos dicendos: niſi conformiter ad idem decretum *de Sanctis, & Beatis.*

Opuſculum illud in gallicum vertit P. Joannes de Neufviville Prior Conventûs noſtri Duacenſis. In flandricum autem P. Leonardus Janſſenboy (Janſſenius) nonnullis additis.

Ex italico in latinum vertit *Compendium Virtutum, & Miraculorum B. Ambroſii Sanſedonii, & B. Jacobi Salomonii ex Ordine Prædicatorum*, quos Gregorius XV in Beatorum numerum retulit anno 1622 Duaci typis prædictis anno 1623.

Vitam B. Ingridis Suecæ Ordinis Prædicatorum. Duaci typis Joannis de Fampoux anno 1623 in 12.

Mariæ Deiparæ in Ordinem Prædicatorum viſcera materna. Antverpiæ typis Joannis Cnobbaert anno 1634 in 8. Opuſculum hoc in flandricum vertit P. Eduardus Bilius, hujus

Conventûs filius. Lovanii typis Everardi de Witte anno 1638 in 8.

Triumphum Rosarii à Sede Apostolica decretum Sodalitati B. V. M. Antverpiæ typis Guilielmi Lesteenii anno 1641 in 8.

Tractatum de Confessione per litteras, seu internuntium. Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1623 in 8. Pars prior ab ipso composita est: posterior verò à P. Francisco d'Avila Abulensi, Ordinis nostri. His adjecit P. Dominici de Soto *de ratione tegendi, & detegendi secretum Refectionem theologicam* Duaci typis Baltazaris Belleri 1628 in 8.

P. Albertus Corporalis S. T. Baccalaureus, ad usque finem vitæ, peculiari Dei munere, illibatam custodivit virginitatem corporis, &, ut omninò creditur, etiam animæ: nam qui ejus generalem confessionem novissimè excepit, testatus est: ipsum religiosæ vitæ suæ curriculum absque læthali noxa totum peregisse. Defuncti dorsum acerrimis disciplinis undique dilaceratum, femora quatuor in locis miserabiliter plagata instrumento, quod ipse scorpionem appellabat, eoque, dum in Conventu Antverpiensi vivebat, quotidie usque ad sanguinis effusionem se discruciare consueverat, antequam ad tremendum Missæ sacrificium accederet. Inventum est post ipsius obitum hoc instrumentum, cum cilicio, & stellulis argenteis non paucis, quibus carnem rigidè semper in officio continuit.

Erga Rosarium Beatissimæ Virginis Mariæ mirâ semper devotione ardens, quotidie tria ejusdem psalteria, priusquam ad studia litterarum mitteretur Bononiam, integrè solitus erat recitare, additis gravissimis corporis afflictationibus, pœnitentiis, ac cilicio totum corpus obtegente, prout ipsemet amico suo spirituali, in Provincia adhuc degens revelavit. A studio verò citrà, usque ad extremam suam ægritudinem dietim bina psalteria Rosariana beatissimæ Dei-parenti attentissimo corde offerebat.

Septenniùm, & ampliùs in Conventu Civitatensi Fori Julii, pro arctissima observantia deputato, observantissimus vixit in continuis, & fructuosis laboribus legendi, prædicandi, Confessiones excipiendi, Novitios educandi, qua in re

re ſingulariter S. Ludovicum Bertrandum expreſſit in compoſitione exteriori quoad ſe, inque vigili, ac ſeria diſciplina quoad ſuos alumnos.

Tandem in Conventu Petovienſi Styriæ, ipſo Dominici natalis ſacro pervigilio anno 1646 divinis Sacramentis ritè ſuſceptis, cum ingenti devotione, & lachrymarum profluvio, oculis per quadrantem horæ circiter in cœlum defixis, placidiſſimè expiravit cum opinione ſanctitatis. *Ex actis Cap. Gen. Romæ* 1650.

P. Dominicus Janssenius (Janssenboy) unus ex quatuor fratribus germanis, Ordinis noſtri Religioſis, Miſſione Apoſtolicâ & ſcriptis claris. (Vide ſupra folio 226) à Sacra Congregatione *de propaganda fide* anno 1623 Hamburgum miſſus, ibidem ſe fortiſſimum fidei athletam, & Miſſionarium verè Apoſtolicum exhibuit, à Lutheranis plurima perpeſſus: nam quidam Joannes Muller, ad S. Petrum pſeudo-Paſtor Lutheranus, ferre non valens fructus, quos P. Dominicus quotidie reportabat ex lucro animarum, ſocios ſuos contra ipſum adeò exacerbavit: ut ſimul omnes ex condicto in pſeudo-prædicationibus ſuis ad plebem multa ſcommata, & contumelias: non ſolum contra P. Dominicum: verumetiam contra ipſum Senatum evomerent, exclamantes: contra leges patriæ tolerari Sacerdotem pontificium, ipſumque, velut malum peſtiferum, urbe pellendum fore. Cum verò clamoribus ſe nihil efficere, perſpicerent: libellum famoſum, multis convitiis, & calumniis refertum, contra P. Dominicum, & Senatum in vulgus ſparſerunt, quo indocta plebs ad tumultum excitaretur. Ad quem præveniendum Senatus P. Dominicum è Civitate diſcedere juſſit, conceſſo tamen biduo ad præparandas ſarcinas: ſed, ſedatâ plebe, in urbe remanſit uſque ad annum 1634 quo tandem abire coactus fuit. Hinc Coloniam tetendit, & indè Antverpiam rediit. Ne autem talentum, adeò pretioſum, in Conventu abſconderetur, à Superioribus Amſtelodamum miſſus fuit, ubi ea, quæ Miſſionarii Apoſtolici ſunt, maximo zelo, & non ſine ingenti animarum fructu, ſtrenuè peregit uſque ad annum 1647 quo ex hac vita migravit die 14 Martii.

Scripsit idiomate Germanico *Tractatum de Jejunio* contra Lutheranos.

Librum, cui titulus: *Scriptor veridicus Christianæ Confraternitatis glorioſiſſimi nominis Dei.* In cujus fine habetur *Davidicum glorioſiſſimi Nominis Dei officiolum.* Latinè. Hamburgi anno 1634 in 8 abſque typographi nomine. Ob hujus libri impreſſionem P. Dominicum Hamburgo à Senatu pulſum: ſcribit P. Guilbertus De La Haye Conv. Inſul.: iterùm ab Authoris exilio prodiit liber ille Coloniæ, quo tunc ſeceſſerat, illique adjecit Germanicè *brevem methodum pro Confeſſione, & Communione* unà cum *orationibus, ac hymnis de nomine Jeſu.* Coloniæ typis Joannis Kinckii anno 1636 in 8.

Poſtea, Antverpiæ degens, prælo ſuppoſuit *alteram partem miraculorum S. P. N. Dominici in Soriano* flandricè ſcriptam à ſuo fratre P. Cornelio ex italico Frangipani. Antverpiæ typis Gerardi van Wolſchaeten anno 1643 in 8. Nomen ſuum in fine epiſtolæ dedicatoriæ ſic appoſuit: F. D. J. B. O. P. P. M. id eſt: *Frater Dominicus Janſſenius Boy Ordinis Prædicatorum Pontificius Miſſionarius.*

P. Alexander Sybille Antverpienſis, ſtudia partim in Belgio, partim in Hiſpania decurrit, & Salmanticæ Philoſophiam docuit. Ad ſuos redux, Lovanii Regentiam primariam in Studio noſtro Generali laudabiliter peregit. Ob ſingularem eruditionem, & in prædicando facundiam, à Sereniſſimo Archiduce Leopoldo Auſtriaco, Belgii Gubernatore in Concionatorem aulicum aſſumptus, florente adhuc ætate, obiit Antverpiæ anno 1657.

Scripſit: *D. Auguſtini, & Sanctorum Patrum de libero arbitrio interpretem thomiſticum* adverſus Cornelii Janſenii Epiſcopi Yprenſis doctrinam, prout defenditur in theriaca Vincentii Lenis, Theologi Arauſicani. Moguntiæ typis Joannis Godefridi Schoonwetteri anno 1652 in folio.

Reſolutiones varias ex logicalibus, phyſicalibus, metaphyſicalibus ſecundùm doctrinam Doctoris Angelici. M. S. in folio aſſervatur Antverpiæ.

Tractatum de viſione Dei. M. S. aſſervatur Antverpiæ, & Inſulis.

Conciones varias, partim hiſpanicè, partim flandricè exaratas M. SS. quæ aſſervantur Antverpiæ.

P. PHILIPPUS PALUDANUS Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Harlemii die 11 Martii anno 1649.

P. ALBERTUS JANSSENS Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Roterodami die 7 Januarii anno 1650.

P. FRANCISCUS ANTONII ſeptemdecim annos communi Provinciæ novitiatui impendit, ad hæc Supprior, & Prior (quo ſe munere ſponte abdicavit) ita incredibili ſpiritûs fervore, ſe primùm, ac ſuos religionis tyrones ad chriſtianæ perfectionis apicem exercuit: ut ceu perfecta Magiſtri Novitiorum idea paſſim celebraretur. Omni auſteritatum genere in ſeipſum ſeverus, ſuis omnibus ſuaviſſimus, in charitate Dei, & patientia Chriſti verè pater. Carnem ſuam, non tantùm neglexiſſe: ſed & odio habuiſſe viſus eſt. Ex abſtinentia à carnibus, quod lethalem morbum contraxerit: nemini dubium fuit. Paupertatis, humilitatiſque ſtudioſiſſimus, regularis obſervantiæ, ac ſacræ Communitatis primus ſemper, & ultimus, noctu, diuque ſectator. Contemplationi addictiſſimus, puram defœcati animi devotionem ſuaviter, ac fortiter omnibus inculcabat. Obedientiam, ſeu pretioſiſſimam, contemptum commoditatum corporis, & æſtimationis inter homines: atque imprimis abnegationem propriæ voluntatis, ſingulis cum energia perſuadebat. Probatione, ac diſcretione ſpirituum admirabilis fuit.

Obiit Bruxellis cum magna Sanctitatis opinione die 17 Novembris anno 1657.

Ex actis Cap. Gen. Romæ 1670.

P. JOANNES BAPTISTA FRANCKEN (aut potiùs LE FRANCQ) Pariſiis natus, & quinquennis in Belgium advectus, Antverpiæ profeſſus, Concionator facundus, Poëta elegans, obiit Miſſionarius Apoſtolicus Bergis ad zomam, ſexagenario major, die 26 Auguſti anno 1660.

Scripſit: *Antiochum*, ſeu *Tragœdiam de Martyrio ſeptem Fratrum Machabæorum.* Gallicè. Antverpiæ typis Hieronymi Verduſſen anno 1625 in 8.

Scholam Sapientiæ Divinæ gallicè, ex operibus B. M.

Henrici Suſonis Ordinis noſtri, cum nonnullis, à ſe additis. Duaci typis viduæ Marci Wion anno 1631 in 8.

Philoſtorgiam, ſeu animam à mundi vanitatibus ad Deum converſam. M. S.

Conciones adventuales, quas Bruxellis habuerat anno 1629 M. S. Duo hæc ultima opera prælo parata fuiſſe ſcribit P. Guilbertus de La Haye Conventûs Inſulenſis: qui, ubinam poſt mortem Authoris lateant, ſe ignorare fatetur.

P. Robertus Collimoer Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Lugduni-Batavorum die 4 Septembris anno 1661.

P. Franciscus Engelgrave quondam Prior Conventûs Lovanienſis, obiit Miſſionarius Apoſtolicus Ultrajecti die 3 Januarii anno 1663.

P. Ægidius van Swieten Amſtelodamenſis, S. T. Lector, per novemdecim annos Lugduni-Batavorum Miſſionarius Apoſtolicus, ultra ducentos hæreticos ad fidem Catholicam convertiſſe: perhibetur. Indè ab Acatholicis pulſus, factus eſt Confeſſarius Monialium noſtrarum Vallis Duciſſæ in Auderghem: poſtea verò iteratâ vice Conventui ſuo Antverpienſi, & ſemel Lovanienſi præfuit. Obiit Antverpiæ, ſeptuagenario major, die 17 Maii anno 1663.

Vertit ex italico in belgicum *Miracula cæleſtis, & celeberrimæ Imaginis S. Patriarchæ Dominici in Soriano, collecta à R. P. F. Sylveſtro Frangipane Ordinis noſtri.* Antverpiæ typis Joannis Cnobbaert anno 1633 flandricè in 8.

P. Petrus Vloers per multos annos fui Conventûs Cantor, & SS. Roſarii Præfectus, Poëta elegans, obiit die 5 Auguſti anno 1663.

Scripſit *Miracula SS. Roſarii* metricè, iconibus illuſtrata, duabus partibus comprehenſa. Antverpiæ typis Adeodati Verhulſt anno 1658 in 8 flandricè.

Roſetum Spirituale, quo Chriſtus Matrem ſuam Mariam ſemper Virginem condecoravit. Flandricè. Antverpiæ typis Jacobi Meſens anno 1661 in 12 cum figuris. Item. *Alteram ejuſdem Roſeti partem.* Antverpiæ typis prædictis cum figuris anno 1662 in 12.

R^mus P. Ferdinandus Delhove quondam Cantor, &

Magiſter Novitiorum Antverpiæ, Ulyſſiponæ, Luſitaniæ Metropoli nationis Flandricæ Concionator, & Confeſſarius, ſucceſſivè denominatus ad Epiſcopatus Tangrenſem, Ceutanum, & Maderanum. Ante conſecrationem obiit Jubilarius menſe Julio anni 1664. P. Ferdinandus Delhove denominatus Epiſcopus.

P. MICHAEL SCELIER Miſſionarius Apoſtolicus, obiit peſte Amſtelodami die 24 Septembris anno 1664.

P. ADRIANUS MUDSAERT Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Schiedami die 26 Septembris anno 1664.

P. PETRUS VERJUS Magiſter Novitiorum, Confeſſarius Monialium noſtrarum Vallis Angelorum Brugis, & tandem Lugduni-Batavorum Miſſionarius Apoſtolicus. Ibidem peſte obiit die 23 Octobris anno 1664.

Prælo ſubjecit *R. P. Didaci Stella Ordinis Minorum Commentaria in Lucam*, quibus notas marginales, & triplicem indicem ex ſuo adjecit. Antverpiæ typis Hieronymi, & Joannis Baptiſtæ Verduſſen anno 1654 in folio.

P. CHRISTOPHORUS VANDER DONCK obiit die 19 Martii anno 1665.

Scripſit flandricè *Indicem cordium* metricè. Antverpiæ typis Franciſci Frickaert anno 1654 in 8.

P. FRANCISCUS DEURWEERDERS, abſolutis ſtudiis, devotionis zelo Romam, & indè Surianum ad viſitandam S. P. N. Imaginem miraculis claram peregrinatus eſt. Romæ P. Mag. Vincentio Candido, tunc Ordinis noſtri Vicario Generali, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, deſiderium ſuum aperuit, quo, ob ſingularem devotionem, quâ ferebatur, erga S. Thomam Aquinatem, intendebat Militiam Angelicam, ſeu Confraternitatem Cinguli D. Thomæ ad refrænandas carnis illecebras erigere. Intentum approbante Candido, ejus litteris munitus, Vercellas digreſſus, cæleſte Cingulum, in Conventu noſtro ibidem aſſervatum, ipſe conſpexit, & in charta delineavit, multorumque authentica de cultu Divi Thomæ Cingulo exhibito, teſtimonia in Belgium retulit. Mox deſignatus Philoſophiæ Lector Lovanii, ibidem præconceptam Militiam Angelicam inſtituit anno 1649. Vide folio 133.

Abſoluto curſu philoſophico, per aliquot annos in Conventu ſuo commoratus eſt. Deindè à Superioribus Miſſioni Apoſtolicæ applicatus, Roterodami in Hollandia animarum ſaluti ſedulò allaboravit. Dum autem, datâ opportunitate, ob negotia quædam Antverpiam veniſſet, ibidem peſtilentiâ ictus, diem clauſit extremum die 4 Julii anno 1666 circiter quinquagenarius.

Scripſit *Militiam Angelicam D. Thomæ Aquinatis*, cui opuſculo inſeruit Regulas ejuſdem Militiæ, & indulgentias à Summis Pontificibus eidem conceſſas. Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1659 in 8.

Flandricè *Confeſſionem ſalutarem peccatorum venialium*. Item eodem idiomate: *Sacrum Convivium, in quo Chriſtus ſumitur*. Item vernaculè: *Communionem Spiritualem*. Hæc tria opuſcula ſimul prodierunt Antverpiæ typis Michaëlis Cnobbaert anno 1661 in 12.

Devotionem Feriæ Tertiæ erga S. P. N. Dominicum ad impetrandum à Deo ea, quæ deſideramus. Flandricè. Antverpiæ typis viduæ Joannis Cnobbaert anno 1657 in 8.

Dum Lovanii Philoſophiam prælegeret, imprimi curavit *Summularum brevem explicationem, cum gravioribus quæſtionibus, à Summuliſtis diſputari ſolitis*, Authore R. P. F. Didaco Ortiz Hiſpalenſi, Ordinis noſtri. Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1649 in 8.

P. PAULUS VANDER STOCK Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Lugduni Batavorum die 20 Julii anno 1666.

P. Joannes Baptiſta Verjus S.T.D. Provincialis.

P. Mag. JOANNES BAPTISTA VERJUS Anverpienſis, natus die 25 Auguſti anno 1610, Lovanii Philoſophiam didicit, & curſum Theologicum inchoavit, quem anno 1635 in Hiſpaniam profectus, Hiſpali in Conventu S. Pauli abſolvit. Indè Ulyſſiponæ in Luſitania nationis Belgicæ Confeſſarium egit. In Belgium redux, Philoſophiam Antverpiæ, Theologiam iteratò Lovanii docuit. Magiſterii gradum in celeberrima Academia Lovanienſi aſcendit die 6 Februarii anno 1646. Deindè Bruxellis, & Lovanii Prior, Studii Generalis Lovanienſi Regens primarius. Cum iteratâ vice Bruxellis Priorem ageret, in Provincialem electus fuit

anno 1657. Deindè factus Commissarius Generalis Fratrum nostrorum, pro fide exulum, Anglorum Bornhemii, & Hybernorum Lovanii, sedulam illorum curam habuit. Post absolutum Provincialatûs quadriennium, Bruxellis Theologiam prælegit. Missioni quoque Hollandicæ sedulò invigilavit in qualitate Præfecti Apostolici ab anno 1657 usque ad diem 21 Septembris 1667 quo Antverpiæ obiit.

Scripsit *Pastorale Missionariorum* continens resolutiones casuum, in Missionibus apud acatholicos occurrentium. Bruxellis typis Baltazaris Vivien anno 1664 in 12 & iterum ibidem anno 1682.

Fragmenta Scriptorum ejus in totam Theologiam M. S. in 4 tomis in 4 asservantur Antverpiæ.

P. Mag. HENRICUS SCELLIERS Antverpiensis, S. T. D. Conventûs Bruxellensis tertiò Prior, interfuit Capitulo Generali Romæ anno 1650 electo Magistri Ordinis. Monialium nostrarum Vallis Ducissæ tertiò Confessarius, Novitiatûs Bruxellensis, anno 1634 erecti, primus Magister Novitiorum, obiit Bruxellis die 15 Novembris 1667.

Regulam S. P. Augustini, & Constitutiones, quæ concernunt Moniales Ordinis nostri, cum quibusdam declarationibus, & ordinationibus Capitulorum Generalium, & Provincialium in flandricum vertit, quibus adjecit *Regulam ad devotè & religiosè vivendum*, cum *Methodo persolvendi exercitia spiritualia decem dierum*. Bruxellis typis Guilielmi Scheybels anno 1658 in 8.

Scripsit *Descriptionem fundationis, & situs Monasterii SS. Trinitatis, dicti Vallis Ducissæ* Ordinis nostri in Auderghem propè Bruxellas anno Jubilæi tetra-sæculari ejusdem Monasterii, salutis 1662 in 4 Bruxellis typis.....

P. ARNOLDUS STEUR (apud Batavos dictus WILLEMSENS nomine Patris sui Guilielmi) Missionarius Apostolicus (vide folio 103.) obiit Hagæ-Comitis, expletis in Missione 45 annis, die 9 Februarii anno 1669.

Scripsit *Lilium Castitatis virginalis* flandricè. Antverpiæ typis Guilielmi à Tongris anno 1622 in 8.

P. JOANNES DE LIXBONA Antverpiensis, Ecclesiastes

valdè celebris, ſui Conventûs Prior, Lyræ iteratò Vicarius, bis quoque Magiſter Novitiorum, obiit die 30 Decembris anno 1670.

E latino in belgicum vertit *Sermones Tauleri noſtri*, quos priſtinæ puritati reſtituit, & ab hæreticis in anterioribus prælis, tam in editione Francofurtenſi Petri van Dueren anni 1569 quàm Amſtelodamenſi anni 1588 corruptos emendavit, & correxit. Huic operi titulum fecit: *Sermones ſpirituales Illuminatiſſimi Doctoris Joannis Tauleri.* Flandricè Antverpiæ typis Hieronymi Verduſſen in folio.

Edidit *Officium B. Mariæ Virginis ſecundùm ritum Ordinis Prædicatorum, multis piis exercitiis, & quotidianis precibus exornatum.* Flandricè. Antverpiæ typis Hieronymi Verduſſen annis 1638 & 1642 in 24.

Regulam S. P. Auguſtini ex commiſſione Patrum Provinciæ in Capitulo Lovanienſi anno 1649 in Belgicum vertit in uſum eorum, qui latinum neſciunt, & illam obſervare tenentur. Antverpiæ typis Jacobi Meſens anno 1657 in 8.

Methodum brevem diem devotè peragendi, cum ſex punctis ſpiritualibus, cui adjecit exercitium quotidianum de præſentia Dei. Antverpiæ typis Jacobi Meſens anno 1660.

P. Eduardus Bilius ſui Conventûs per multos annos Cantor, obiit die 5 Aprilis anno 1669.

Scripſit idiomate Belgico *Legendam*, ſeu Vitas, *memoriâ dignarum, Beatarum, & laudabilium Virginum, & Viduarum Sororum tertii Ordinis de Pœnitentia S. Dominici.* Antverpiæ typis Cornelii Woons anno 1661 in 4.

Viſcera materna Deiparæ in Ordinem Prædicatorum à P. Mag. Franciſco Hyacintho Chocquetio (de quo ſuprà folio 231) ex latino in flandricum vertit, & edidit Lovanii typis Everardi de Witte anno 1638 in 8.

P. Hyacinthus de Ryck Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Amſtelodami die 30 Auguſti anno 1671.

P. Joannes Bodanus in Conventu noſtro Buſcoducenſi profeſſus, ſed huic Antverpienſi affiliatus, Prædicator Generalis Conventûs Lovanienſis, Confeſſarius Monialium noſtrarum Vallis Angelorum Brugis, Prior Conventûs Buſ-


co-

coducensis, Missionarius Apostolicus Ultrajecti (de quo vide *desolatam Bataviam Dominicanam* folio 120) pro fide Catholica durissimum carcerem perpessus, & ex illo liberatus, ad munus Apostolicum rediit. Tandem obiit Antverpiæ die 6 Novembris anno 1671.

P. Franciscus Berckx Missionarius Apostolicus, obiit Amstelodami die 22 Decembris anno 1672.

P. Cornelius Vincx Missionarius Apostolicus Ultrajecti, & in ditione Bredana, obiit die 2 Julii anno 1673.

P. Joan. Bapt. Simoens Miss. Apost. obiit Amstelodami die 21 Augusti anno 1673.



OMNIA DESUPER.

P.Marius Ambrosius Capello Episcopus Antverpiensis.

R^mus P. Marius Ambrosius Capello Episcopus Antverpiensis. Natus Antverpiæ anno 1597 ex prænobilibus parentibus D. Joanne Francisco Capello, nobili Patricio Casalensi ex antiquioribus in Monseratto, Toparcha in Eyck, Philippi Secundi Hispaniarum Regis, in Belgio,

& Gallia Quæſtore Generali militiæ, Matre D. Maria Boxhorn. Anno Domini 1613 ætatis ſuæ 17 ſolemnem profeſſionem emiſit. Indè Duacum ſtudiorum cauſâ profectus, doctiſſimos Philoſophiæ Profeſſores nactus eſt P. Joannem Cabilliau, & P. Jacobum vanden Heede Conventûs Gandenſis filios (de quibus vide foliis 89 & 91) S. Theologiam Salmanticæ comparavit. In Belgium redux, Philoſophiam Duaci in Conventu noſtro S. Crucis, Collegio S. Thomæ nondum erecto, Diaconus, & ſolus docuit. Lovanii deindè Studii noſtri Generalis Regens, in alma Univerſitate Lovanienſi doctoralem lauream promeruit, obtinuitque die 27 Januarii anno 1627 vix 30 ætatis ſuæ annum ingreſſus, quâ pariter ab Ordine donatus eſt communi Patrum conſenſu in Capitulo Generali Romæ anno 1629. Conventuum Moſætrajectenſis primò, deindè Bruxellenſis : ac demum ſui Antverpienſis ter regimen gratioſè ſubiit, Miſſionis Hollandicæ, & Germanicæ Præfectus, trium Capitulorum Provincialium, & Capituli Generaliſſimi quondam Diffinitor, Regiâ Legatione à Philippo IV Hiſpaniarum Rege ad SS. D. Urbanum VIII Summum Pontificem honorificè perfunctus eſt. A R^mo P. Thoma Turco totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali in ſocium aſſumptus, nec non Commiſſarius Generalis per utramque Germaniam, Bohemiam, Styriam, Carinthiam, adjunctaſque Regiones, creatus, ac Provincialis Terræ Sanctæ deſignatus, ipſum Galliæ, Belgii, & Hiſpaniæ Provincias viſitantem aſſociavit, & in illa qualitate Capitulo Generali, Valentiæ celebrato anno 1647 interfuit. Regem Catholicum Philippum IV Matriti convenit, ac in tantùm ei placuit: ut ad vacantes Infulas Iprenſes ab eodem Rege fuerit denominatus : ſed captâ anno ſequenti ante confirmationem Pontificiam à Gallis Urbe Iprenſi, belliſque ingraveſcentibus, dilatâ inauguratione, tranſlato ad Archiepiſcopatum Cameracenſem R^mo D. Gaſpare Nemio Sexto Antverpienſium Epiſcopo, eidem ſubrogatus fuit anno 1652, & accedente Summi Pontificis confirmatione, in Eccleſia ſua Cathedrali B. Mariæ Virginis feriis Nativitatis ejuſdem Deiparæ anno 1654 conſecratus;

Legatus Regius ad Urbanum VIII.

Denominarur ad Infulas Yprenſes.

Deindè ad Epiſcopatum Antverpienſem.

fuit per prædeceſſorem ſuum, Antonium Trieſt Gandenſem, & Andream Creuſen Ruræmundenſem Epiſcopos.

Anno 1656 die 25 Decembris (hoc pio Præſule approbante, & collaborante) erectum fuit Antverpiæ Capitulum Canonicorum in Eccleſia Parochiali, nunc Collegiata, S. Jacobi, ut ex illius Capituli litteris patet. Erectio Capituli Canonicorum in Eccleſia S. Jacobi Antverpiæ.

Anno 1661 die 6 Aprilis Patres noſtros ad Capitulum Provinciale electivum Antverpiam advenientes, frugali epulo refici curavit. Sequenti die fauſtam electionem, Comitiorumque ſucceſſum apprecatus eſt. Die dominicâ ſummum Sacrum, muſicâ ſuaviter concrepante, publicamque per compita viarum proceſſionem, argenteam crucem, ſacris reliquiis refertam (quam Ordini, & ſuo Conventui donabat) manu geſtans, populoque numeroſiſſimo occurenti benedicens, in pontificalibus celebravit. Veſperis, & completorio, & Salutationi B. Mariæ Virginis: *Salve Regina* cum cæteris Fratribus in navi Eccleſiæ collateraliter aſtitit, & concinit. Deniquè toto tempore Capituli Patres ſuis expenſis integrè aluit, ſæpiùs inviſit, fovit, & omne genus benevolentiæ erga omnes, & ſingulos exhibuit.

Anno 1669 cum aliis Epiſcopis aſſiſtentibus Antverpiæ conſecravit R^mum D. Ignatium Auguſtinum Grobbendonck Epiſcopum Namurcenſem (poſteà Gandenſem).

Verus erat pater pauperum, quos proindè tamquam filios chariſſimos, præter ea, quæ in vita ſua eiſdem largâ manû tribuerat, ex aſſe hæredes inſtituit, & animarum Paſtoribus ad paupertatem, & ſenium redactis, piâ ac perpetuâ receptaculi fundatione de ſuſtentatione providit, eleganti & commodo eis ædificio præparato. Fundat Receptaculum Paſtorum.

Studium Generale in hoc Conventu ſuo procuravit, promovit, & in perpetuum fundavit, de quo vide folio 209 Item Studium Generale.

Beatiſſimæ Virgini Mariæ, re, & nomine ipſe *Marius*, devotiſſimus erat, cujus interceſſione ſicut in juventute ſanitatem corporalem obtinuit, ita in ejuſdem Roſarii ſolemnitate mortalem vitam cum immortali (uti ſperamus) commutavit die 4 Octobris 1676. Moritur.

Corpus ejus ſepultum fuit in choro Eccleſiæ ſuæ Cathe-

dralis ſub tumba marmorea, ſuper quam effigies ejus, inſtar jacentis, artificiosè elaborata conſpicitur. Eidem tumbæ inſculpta eſt ſequens Epigraphe.

D. O. M.

F. MARIUS AMBROSIUS CAPELLO.

„ Ex denominato Iprenſi VII Epiſcopus Antverpiæ ibi-„dem natus anno M. D. XCVII. & Ord. Præd. profeſſus A. „M. D. C. XIII. obiit A. M. D. C. LXXVI. IV. Octobris.

Sequens Epitaphium addiderunt DD. Eleëmoſynarii Antverpienſes.

„ Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo Domino FRI AMBRO-„SIO CAPELLO Ordinis Fratrum Prædicatorum, VII Ant-„verpienſium Epiſcopo in vita, & morte Archieleëmoſyna-„rio (ſatis dixi) Eleëmoſynarii ex aſſe hæredes pio & grato „animo P. P. A. MDCLXXVI.

P. Godefridus Marquis S. T. D. Provincialis.

P. Mag. GODEFRIDUS MARQUIS vir in agendis dexterrimus, domi, & ultrà montes apud Eccleſiæ Principes valdè celebris, & honoratus. Lovanii Sodalitatis Marianæ Orator, ibidem Philoſophiam, & Theologiam cum laude docuit. Antverpiæ Studium Generale, quod ſemper fovit, & apud R^mum illius Fundatorem inſtanter promovit, non cum minore laude, quam fructu iteratò rexit. Tungris Vicarius, ſui Conventûs tertiò Prior, diverſis vicibus Capituli Provincialis, & ſemel Generalis Diffinitor, nec non Provinciæ Germaniæ inferioris Prior Provincialis.

Ab Imperatore evocatur, & amatur.

A Ferdinando Tertio Imperatore evocatus, per octo annos continuos Bohemiæ, Moraviæ, ac Sileſiæ Provincialis, ab eodem invictiſſimo Imperatore plurimùm dilectus pro ſua in regendo ſapientia, ac zelo indefeſſo, quem non ſolum teſtabuntur deſolati quondam: at nunc ipſius curâ egregiè reſtaurati Bohemiæ Conventus; verùm etiam gratâ ſemper memoriâ recolent Confœderati Belgii Provinciæ, ſuper quibus Authoritate item Apoſtolicâ Miſſionis ſui Or-

Varios Conventus reſtaurat.

dinis Præfectus, non solùm domesticis fidei instructioni, & ædificationi: sed & fidei hostibus admirationi fuit, ac veneration̄i. Missionis Apostolicæ Præfectus.

Testabuntur item Monasteria Sanctimonialium, tam sui Ordinis Antverpiæ, cui trinâ vice, quàm Nigrarum Sororum ibidem, quibus decem annorum spatio à Confessionibus fuit, ac spirituali regimine. Testabitur Sororum de Pœnitentia S. P. N. Dominici venerabilis cœtus, quem decem annorum decursu spirituali alimoniâ pastus est, ac usque ad obitum suum pacificè rexit. Obiit die 18 Septembris anno 1677 ætatis suæ 67 prof. 49. Moritur.

P. Ferdinandus de Cocquiel Missionarius Apostolicus, obiit Ultrajecti die 11 Octobris anno 1677.

P. Mag. Petrus Muytincx S. T. D. Studiorum Generalium Lovanienſis, & Antverpiensis Regens, Lyræ Vicarius, Lovanii Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, obiit die 10 Octobris anno 1678.

P. Joannes Baptista Kempens Missionarius Apostolicus, obiit Harlemii primâ die anni 1679.

P. Mag. Joannes Baptista Pluyms S. T. Doctor Hispalensis, qui in eadem Universitate Cathedram publicam per concursum obtinuit, & in Universitate Parisiensi Artium lectionem habuit. Verùm has dignitates charitatis erga pauperes operibus postponens, in domo pia Hispali in Hispania, pauperibus dicata, nationum utriusque Germaniæ, Daniæ, Dantisci, &c. cujus fuerat per multos annos Administrator, diem clausit extremum Kalendis Octobris 1680.

P. Petrus Muliers Missionarius Apostolicus, obiit Schiedami die 20 Novembris anno 1680.

P. Philippus de Rossiaux Missionarius Apostolicus, obiit Amstelodami die 22 Aprilis anno 1684.

P. Thomas Verschueren Missionarius Apostolicus Hagæ-Principis propè Bredam, & districtûs Bredani Decanus Christianitatis, ibidem obiit die 14 Octobris anno 1684.

Hic fratres habuit D. Maurum Abbatem Exemptæ Abbatiæ S. Petri Ordinis S. Benedicti juxtà Gandavum, Pri-

matem Flandriæ, Principem Camphinii, &c. Et ven. P. Hieronymum hujus Conventûs Antverpienſis filium, quondam Miſſionarium Apoſtolicum Lugduni-Batavorum, ſui Conventûs Priorem, & Conventûs Lyrani primum Prædicatorem Generalem, qui obiit Antverpiæ die 23 Januarii anno 1706.

P. JACOBUS DE BACKER Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Lugduni-Batavorum die 25 Martii anno 1686.

P. Cornelius De Jonghe Ordinem ingreditur.

B. M. ven. P. CORNELIUS DE JONGHE natus in Dunghen propè Bredam, in Conventu Antverpienſi ſacri Ordinis noſtri habitum accepit à ven. P. Ægidio van Swieten (de quo vide folio 236) ejuſdem Conventûs Priore die 31 Julii anno 1662, & die 5 Auguſti anno ſequenti ſolemnem profeſſionem emiſit anno ætatis ſuæ circiter 19 ſub P. Mag. Godefrido Marquis S. T. D. (de quo vide folio 244) & ab ingreſſu Religionis adeò reluxit in eo gratia divina: ut videretur natus, & à Deo electus ad munus apoſtolicæ prædicationis: nam vigeſimo quinto poſt emiſſam profeſſionem die à Superioribus inſtitutus fuit Magiſter Grammatices, & Præfectus Sodalitatis Gymnaſii noſtri Lyrani, quæ munia adeò laudabiliter peregit: ut die 10 Septembris anni ſequentis 1664 in iiſdem fuerit continuatus.

Multos hæreticos convertit.

Peractis Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudiis, factus Prædicator, & Confeſſarius, nec non Philoſophiæ Lector, & Magiſter Novitiorum, ferventiſſimo animarum zelo exardeſcens, converſioni peccatorum; & maximè hæreticorum ſe totum dedit, ſæpiſſimè, tum Antverpiæ, tum in Hollandia cum à fide aberrantibus diſputavit, pluresque illorum, etiam doctiores ad abjurationem hæreſeos, & gremium Eccleſiæ, Deo favente, perduxit. Diebus dominicis, & feſtis in Eccleſia conciones, & catecheſes ad doctos pariter & indoctos habebat, &, ut omnes Chriſto lucrifaceret, non ſolum ad ægrotos, etiamſi morbo contagioſo infectos, & in carceribus detentos per Civitatem circuibat: verùm etiam ad ipſa proſtibula, poſthabito vitæ diſcrimine, intrepidè properabat, peccatrices ad pœnitentiam excitabat, & nonnumquam ſtipatus urbis ſatellitibus, obduratas

extrahebat, & deducebat ad carcerem, cujus per plures annos fideliſſimum Paſtorem, ſeu Patrem ſpiritualem egit, ſpecialem habens gratiam gratis datam in aſſiſtendis morte plectendis, quorum obdurata quantumvis corda flectebat ad pœnitentiam. Paſtorem carceris agit.

In pauperes miſericors, plurimas eleëmoſynas, quas ipſe à divitibus emendicaverat, eis diſtribuebat, & medietatem quotidianæ ſuæ frugalis religioſæ portionis egenis erogabat, quam piam conſuetudinem uſque ad finem vitæ ſuæ firmiter retinuit: ita ut Pater pauperum meritò diceretur. In pauperes miſericors.

Exorciſtam agebat publicum Antverpiæ ſub Eccleſia Conventûs ſui, turmatim eò confluente populo; quandoque etiam acatholico ex partibus Hollandiæ, in cujus conſpectu admirabilem in dæmones exercebat poteſtatem, & plurima facta præternaturalia fiebant ab ipſis energumenis, quorum multos liberabat, obſtupeſcentibus etiam ipſis fidei Catholicæ adverſariis. Exorciſtam agit.

Devotioni ſacratiſſimi Roſarii addictiſſimus, illam auditoribus ſuis aſſiduè inculcabat. Ven. P. Ambroſius Meſtdach ſui Conventûs Gandenſis quondam Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, &c. etiamnùm ſuperſtes, in fide Sacerdotis teſtatus eſt: ſe ex ore P. Cornelii audiviſſe duo ſequentia, ſi non miracula, ſatis mirabilia.

1. Filia quædam deſperatione acta, laqueo ſibi vitam adimere tentans, omnem conatum adhibuit: ut laqueus collum ſuum conſtringeret. aliquamdiù pependit: ſed irrito conatu. Dæmones advocat, corpus, animamque poteſtatibus devovet infernalibus; utque ſibi mortem accelerent: invocat. Tandem ſuſpicata: conatibus ſuis obſtare Roſarium, quod in marſupio habebat, illud furibunda extrahit, & magnâ vi in tabulatum dejicit. Res mira! ſtatim laqueus pendentis guttur comprimit: ſed domeſtici ſtrepitu projecti Roſarii ſe vocari autumantes, accurrunt, triſte ſpectaculum conſpiciunt, laqueum præſcindunt, corpus ferè exanime igni admovent, & P. Cornelium advocant. Is deſperabundam, ac ſalutaribus admonitionibus reluctantem filiam paulatim ad pœnitentiam diſponit, & generalem omnium peccatorum ejus exomologeſim excipit. Virtus SS. Roſarii.

2. P. Cornelius ægrotantem militem quemdam inviſit, & ad veram fidem amplectendam multis argumentis, & ſermonibus adhortatus eſt: ſed, cum nihil proficeret; decumbenti prædixit: dæmonem poſt duas horas venturum, ut animam ejus ad infernum pertrahat. His dictis, receſſit, & ad recitationem SS. Roſarii confugit. Vix horâ elapſâ, dæmon in forma terribilis ſerpentis ægroti cubiculum ingreditur, ex cujus aſpectu perterritus æger, P. Cornelium citò advocari jubet, hæreſim deteſtatur, fidem catholicam profitetur, & peractâ peccatorum ſuorum confeſſione, tranquillo animo ſe ad æternitatem diſponit.

Hæreticum ægrotantem convertit.

Cortraci Terminarium agens SS. Roſarii devotionem adeò promovit: ut Magiſtratus ejuſdem Oppidi de eo ſequens publicum dederit teſtimonium:

Præclarum de P. Cornelio teſtimonium.

„ Nos Urbis Cortracenæ Scabini teſtamur: R. P. Cornelium De Jonghe ſacri Ordinis Fratrum Prædicatorum promulgando Roſarium, omneſque à puero uſque ad ſenem eidem Fraternitati ſanctiſſimæ inſcribendo magnam devotionem, tum in Urbe, tum extrà, cauſaſſe: ita ut illius tempore; ſcilicet ſpatio biennii, duodecim, & ultrà, millia hominum, ut unus noſtrorum calculatus eſt, Roſario inſcripta ſint: imò quandoque tanta Civium, & Ruſticorum multitudo ad Sacrum *de Roſario* confluxerit: ut centeni, & centeni tempore illius Sacri extrà Eccleſiam (*quæ valdè ſpatioſa, & inſigni Canonicorum Collegio celebris, à Balduino Imperatore Conſtantinopolitano, Comite Flandriæ, &c. fundata eſt*) ſub dio coacti fuerint manere. Datum Cortraci ſub noſtro ſigillo die 22 Decembris 1682. Signatum P. W. Ghinſter.

Cum autem mirum videri poſſet: quomodo poſſibile foret, quod in Civitate Cortracena, quæ non eſt adeò populoſa, tot millia hominum tempore hujus biennii potuerint inſcribi; cum multi antea inſcripti eſſent: idem P. Cornelius in *triplici* ſuo *Tractatu* (de quo infrà hujus eventûs his verbis rationem reddidit: „ſed præ admiratione petet fortè „aliquis: quomodo poſſibile fuerit in tam parva Civitate tot „millia hominum, præter illos, qui jam ante erant inſcripti,

„ti, ad amorem Rosarii potuisse adduci? respondeo ut „oculatus testis: quod pueri innocentes, qui vix sciebant „recitare *Pater*, & *Ave Maria* Parentes, & affines ad amo- „rem SS. Rosarii vel maximè allexerunt; quandò enim pri- „mò ad præfatam Civitatem veni, me contuli ad exitus via- „rum, & angulos platearum, parvulis, ac infantibus præ- „dicavi Rosarium, & ut modus orandi in Rosario facillimus „ipsis videretur; docui ipsos legere unam decadem manè, „& alteram vesperi, & die dominicâ tres, quas isti parvuli, „qui vix sciebant loqui, cum tanta diligentia, ac amore „persolvebant: ut sæpissimè flerent, quandò ipsis non da- „batur tempus legendi; imò fratres, ac sorores adhuc ju- „venes, qui nondum sciebant perfectè orationem domini- „cam, atque salutationem angelicam recitare, vexabant „tamdiu matres suas, vel affines, donec etiam instruerentur, „quod ita placuit Parentibus, & amicis: ut ego faciendo „circuitum per totam Civitatem de domo in domum, tan- „tùm repererim unam personam, quæ Fraternitati SS. Ro- „sarii inscribi recusabat: sed omnes à puero usque ad senem, „ut Magistratus testatur, inscribebantur, inter quos, ut „ego expressè notavi, multæ erant personæ ultrà 60. 70. „80. 90. imò nonnullæ ultrà centum annorum, quæ sum- „mo gaudio afficiebantur, quod adhuc ante mortem Fra- „ternitati SS. Rosarii possent inscribi: sed dolebant, quod „non haberent pedes juveniles; ut & ipsi cum aliis Missam „*de Rosario*, ad quam tota Civitas confluebat, potuissent „adire. Hinc omnes circumjacentes pagi excitabantur ad „magnam hanc SS. Rosarii devotionem.

Cortraci Rosarium prædicat.

Deindè Romam proficiscens, & in itinere ad Conventus Ordinis divertens, Superiores rogabat: ut sibi liceret in Refectorio coram religiosâ Communitate latinè concionari, quod ei sæpiùs concessum fuit. Tantus erat viri apostolici zelus: ut, etiam itinerum molestiæ prædicandi fervorem diminuere, multò minus extinguere, non possent. Romæ, ubi per annum, vel ampliùs, commoratus est, pari modo in Refectorio coram R^mo P. Antonio de Monroy totius Ordinis nostri Magistro Generali (postea Archie-

Romam tendit.

piſcopo Compoſtellano) aliquandò prædicaſſe : fertur.

A Pontifice accipit crucem Miſſionis Apoſtolicæ.

Acceptâ à SS. D. Innocentio XI Summo Pontifice benedictione, & ab eodem Chriſti Domini ligneâ cruce munitus, nec non per ſpeciales litteras patentes Miſſionarius Apoſtolicus conſtitutus, profectus eſt primò in Calabriam, ubi S. P. N. Imaginem thaumaturgam Suriani viſitavit: deindè in Siciliam, ubique relinquens regularis vitæ, & ferventiſſimæ prædicationis ſuæ ſpecimina. Ibidem plurimos, non ſolùm cives: verùm etiam ruſticos rudiores, & quaſi ſylveſtres, aſperos montes incolentes, quibuſcum per menſes integros converſabatur, verbo, & exemplo in viam ſalutis dirigere conabatur.

In Sicilia prædicat.

In Conventu Tauromenienſi, B. M. V. annuntiatæ ſacro, degens (ut teſtatus eſt illius Conventûs tunc temporis Prior) ſanctam humilitatem, & veram obedientiam demonſtrabat, Chorum diu, noctuque fræquentabat, & poſt orationem mentalem, quam cum religioſa communitate de nocte habebat poſt matutinas, uſque ad primas in Choro pernoctabat, & omni nocte duro flagello ferreo corpus ſuum in ſervitutem redigebat. Quotidiè verbum Dei prædicabat, & in prædicationibus ejus conſpiciebantur portenta, ſicut in antiquis Sanctis noſtris, quoniam licet ordinariè latinè loqueretur, ſuper pulpitum, ſive Cathedram idiomate italico expeditè prædicabat.

Ejus auſteritates quotidianæ.

Italicè concionatur.

In exorciſando mirabilis, tres energumenos à dæmone liberavit: cum autem Dominam quandam liberare non poſſet, Coronam B. M. V. SS. Roſarii, & partem habitûs ſui capiti ejus impoſuit, quæ nullam dæmonis vim paſſa eſt: ſed adeò quieta, ſeu libera remanſit, acſi nihil mali habuiſſet.

Exorciſtam agit.

Stupendam quoque adverſus dæmones poteſtatem oſtendit in Conventu Meſſanenſi S. P. N. Dominici, ubi in illa parte clauſtri, quam utriuſque ſexûs ſæcularibus ingredi licet, energumenos exorciſabat, multoſque à dæmonibus liberavit.

Ægrotum ſanat.

Cum Illuſtris D. Cæſar de Corvaia pleuritide laboraret, imponens capiti ejus crucem, quam à Summo Pontifice acceperat, præfato Domino reddidit ſanitatem. Utebatur etiam illâ cruce in exorciſmis adverſus dæmones.

Pro propagatione ſanctæ Fidei Romano-Catholicæ zeloſiſſimus, & Martyrii cupidiſſimus, in ſpiritualibus cum Confratribus ſuis colloquiis, omnes deteſtans hæreſes, de fundendo pro fide ſanguine cum magno deſiderio loquebatur. Martyrium deſiderat.

Tandem quinque dierum ſpatio acerbâ pleuritide afflictus, cum ſumma devotione SS. Eccleſiæ Sacramentis præmunitus, cum vitæ terminus inſtaret, coram congregata religioſa Communitate publicam Fidei Catholicæ profeſſionem recitavit, de offenſis veniam, & à Priore ſanctam benedictionem ſibi dari poſtulavit, quâ acceptâ, aſpectu hilari, facie formoſâ, integris ſenſibus, & intellectu, Antiphonam *Salve Regina* inchoavit, cæteris Religioſis illam proſequentibus, & cum perveniſſet ad dulciſſima illa verba: *ô clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria* placidâ mente expiravit die 27 Martii anno 1686 ætatis ſuæ 42, profeſſionis 23, Sacerdotii 18. Piè moritur.

Cum corpus ejus aſſociatum omni Clero, Ordinibus Religioſis totius Civitatis, ac maximo Nobilium, & plebeorum concurſu, Nobilium humeris poſtridiè ad Eccleſiam deferretur, in introitu majoris portæ Eccleſiæ factum eſt, ut omnis populus ei, velut Sancto, acclamaret, vociferando: *Pater Sancte! Pater Sancte! cur diſceſſiſti à nobis, relinquendo nos tuâ ſanctâ prædicatione privatos*? videbatur: tunc renovari priſcus primitivæ Eccleſiæ modus Canonizationis Sanctorum. Populus autem in particulas decerpſit cappam nigram, & habitum album, ſolo induſio laneo manente integro. Deindè traditum fuit communi Fratrum ſepulturæ in arca lignea. Pompa funebris. Vox populi.

Subjungo propria verba R. P. Joſephi Roſſo, qui tunc temporis Conventui Tauromenienſi præerat, & publicum, ac fide dignum de P. Cornelio teſtimonium ſcripſit: „poſt ali„quod tempus accidit: ut famulus quidam Monaſterii, Jo„ſeph Ferro nominatus, leprâ percuteretur in toto ferè „corpore; ego autem in qualitate Prioris demiſi eum de „Conventu: ne illo morbo Communitas religioſa contami„naretur; famulus autem ille operari non valens, videns: „ſe cum diſceſſu è Monaſterio pane, ac victu privatum, ad

Leprosus mundatur.

„Ecclesiam accurrens, accepit particulam habitûs P. Cor„nelii, eamque applicando carni leprosæ dixit: *P. Corneli,* „*sana me*: & in momento mundatus fuit à lepra: adeò, acsi „numquam fuisset infectus in minimo, ad stuporem om„nium Religiosorum. Hodiedum, & usque in præsentem „diem (*quintam nempè Decembris*) anni 1693 populi accur„runt ad communem Fratrum Sepulturam, in qua P. Cor„nelius sepultus jacet.

De Conventu Tauromenienſi.

Nota. *Tauromenium*, incolis *Tauromina*, seu *Taormina*, Civitas est Regni Siciliæ, in alto monte juxtà mare mediterraneum sita, & insigni arce munita. In illa, præter alia loca sacra, conspicitur Conventus Ordinis nostri, Deiparæ Annuntiatæ sacer, strictioris observantiæ laude celebris, fundatus anno 1430. Ad illum divertit Erud. P. Joannes Baptista van Ketwich Conventûs Antverpiensis filius (nunc S. T. Lic. & Studii nostri Generalis Antverpiensis Regens primarius) ex sacris Palestinæ locis ad Patriam rediens anno 1693 prædicti ven. P. Cornelii, quocum vixerat, antiquâ amicitiâ, & præcipuè sanctitatis illius famâ allectus, ibidemque ven. P. Cornelium, quem vivum fraternè dilexerat, mortuum coram piè veneratus est: nam, uti incolarum erat opinio, P. Cornelius tamquam alter illius regionis Apostolus, & Civitatis Tauromenienſis apud Deum Intercessor, & Conservator habebatur; putabant enim: Deum Civitati illi eodem anno intercessione P. Cornelii peperciſſe in terribili illo terræmotu qui in adjacentibus Civitatibus, & pagis tantam causavit desolationem: quo tempore ne lapis quidem motus fuit in tota Civitate Tauromenienſi, quamvis paucis tantùm milliaribus dissita ab Æthna monte ignivomo. Dicebant etiam: P. Cornelium dæmonibus adeò formidabilem; ut, si quis penes se haberet particulam habitûs illius, & ad energumenos accederet; illi lamentabiles voces, & ejulatus emitterent, clamando: *longè*, *longè hinc cum isto panno*, &c.

Miranda narrantur.

Testimonia de P. Cornelio.

Hæc sunt gesta ven. P. Cornelii De Jonghe Missionarii Apostolici, desumpta ex fide dignis testimoniis Actuarii, seu Regiſtri Conventûs Antverpiensis, & supradictorum Pa-

trum Joannis Baptiſtæ van Ketwich, Ambroſii Meſtdach, & Joſephi Roſſo Lectoris, & Prædicatoris Generalis, cui P. Cornelius in Conventu Tauromenienſi ſubfuit, & in cujus præſentia ex hac vita migravit, & de quo Senatus Tauromenienſis ſequens dedit teſtimonium:

Urbis Tauromenienſis.

„ Urbs nobilis atque fidelis Tauromenii univerſis ut pa-
„teat: qualiter ſupradictus R. P. F. Joſeph Roſſo, Lector,
„& Prædicator Generalis Ord. Præd. qui manu propriâ ſub-
„ſcripſit præſentem fidem, & ſcripturam, erat Prior Con-
„ventûs SS. Annuntiationis Ord. Præd. hujus Urbis, cui
„tamquam authenticæ, indubiè ſit adhibenda fides. In cujus
„rei teſtimonium has præſentes fieri fecimus manû infra-
„ſcripti Magiſtri Notarii, noſtroque parvo, quo utimur,
„Urbis ſigillo munitas. Ex Urbe præfata Tauromenii hodiè
„die 6 Decembris ſecundæ indictionis 1693. Signatum.
„Antonius Cacopardo Magiſter Notarius.

Locus ✠ Sigilli.

Plura de hoc ven. P. Cornelio enarrantur: ſed quia tantâ fide, quâ prædicta non nituntur, illa omiſi; donec certiora appareant teſtimonia, de iis præcipuè, quæ ab anno 1693 contigerunt.

P. Christophorus Flores Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Ultrajecti 15 Junii 1686.

P. Alexander de Keyser Miſſi. Apoſt. obiit Amſtelodami die 23 Novembris anno 1686.

P. Dominicus de Herre Bruxellenſis, ſui Conventûs iteratâ vice Supprior, & Prior, Monialium noſtrarum, & Sororum tertiæ Regulæ Antverpiæ, & Sororum Monaſterii de Luythaegen tertiæ Regulæ S. Franciſci, nec non nationis flandricæ Inſulis Confeſſarius, ac director ſedulus, Alcmariæ in Hollandia Miſſionarius Apoſtolicus, Prædicator Generalis, Capituli Provincialis Diffinitor, Vicarius Provinciæ, Socius Ill^mi ac R^mi P. Marii Ambroſii Capello Epiſcopi Antverpienſis, ex hoc Conventu ad Infulas aſſumpti. Obiit die 11 Maii anno Domini 1687 ætatis ſuæ 80 Sacerdotii 56 Jubilæi 12.

Scripſit flandricè *Faſtos Dominicanos* ſeu *Annum Domini-*

canum ſingulis diebus anni Sanctum, Beatum, aut Virum illuſtrem ex Ordine noſtro aſſignando. Antverpiæ typis Jacobi Meſens 1675 in 8.

P. Petus Callebout omnibus charus, ſuavis, mitis, & humilis, omnibus virtutum exemplar, in Studio noſtro Generali Antverpienſi primò Philoſophiæ Lector, deindè Studentium Magiſter; tandem Miſſionarius Apoſtolicus, Lugduni-Batavorum inter parietes domeſticos erexit Scholam Controverſiarum omnibus, tam Acatholicis, quam Catholicis quotidiè patentem, non ſine magna Catholicorum in fide confirmatione, & hæreticorum confuſione, & reliquum temporis, quod ei poſt habitas inſtructiones, & diſputationes ſupererat, aliis charitatis operibus impendebat.

Tot, tantiſque præclarè geſtis fama ejus per Aſiaticas, & Africanas plagas divulgata eſt, ut expertus eſt Erud. P. Joannes Baptiſta van Ketwich S. T. Lic. Studii noſtri Generalis Antverpienſis Regens Primarius, dum ex Paleſtina in Italiam rediens, Archipelagum transfretaret.

Summoperè deſiderabat mitti ad converſionem Indorum Orientalium: ſed antequam voti compos fieret, diem clauſit extremum die 14 Junii anno 1690.

P. Antonius Scobbens Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Amſtelodami die 3 Decembris anno 1692.

P. Abraham vande Greyn ſui Conventûs Prior, & SS. Roſarii Præfectus, obiit die 21 Octobris anno 1693.

Scripſit *Collationes ſpirituales, ſeu Conceptus prædicabiles de SS. Nomine Jeſu*, quibus in fine addidit *Bullas à ſummis Pontificibus conceſſas in favorem Confraternitatis SS. Nominis Dei.* Antverpiæ typis Jacobi Meſens anno 1687 in 4.

P. Judocus de Mangelaere Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Roterodami die 26 Februarii anno 1696.

P. Gaspar Pauwens Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Amſtelodami die 14 Martii 1698.

P. Mauritius Giffort Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Londini in Anglia anno 1699.

P. Mag. Henricus van Hedichuysen S. T. M. multas quadrageſimas glorioſè prædicavit, in Studio noſtro

Generali Antverpienſi Philoſophiæ iteratò Lector, Magiſter Studii, Regens Secundarius, & iteratâ vice Primarius, docendo ultrà viginti annos impendit, & pietatis, ac eruditionis ſuæ ſpecimina dedit. Ætate adhuc integrâ, dulciter ſpirando nomen Jeſu ſuaviter expiravit die 26 Octobris anno 1701 ætatis ſuæ 48 profeſſionis 27 Sacerdotii 24.

P. Carolus Petri Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Roterodami die 27 Octobris anno 1703.

P. Joannes vander Horst Miſſi. Apoſt., obiit Amſtelodami die 9 Martii anno 1704.

P. Petrus Schillemans Miſſi. Apoſt., obiit Amſtelodami die 24 Novembris anno 1704.

P. Andreas Melyn Miſſi. Apoſt., obiit Schiedami Calendis Maii anno 1711.

P. Joannes Baltazar Cornelissens Miſſi. Apoſt. obiit Lugduni-Batavorum die 30 Auguſti anno 1712.

P. Joannes vander Steen Miſſi. Apoſt., obiit Roterodami die 27 Julii anno 1715.

P. Michael Kersavonts S. T. Licentiatus in Hiſpania ſtudiis incubuit, ad ſuos redux, Philoſophiæ Lector, Magiſter Studentium, Monialium noſtrarum Antverpienſium Confeſſarius, ſui Conventûs iteratò Syndicus, Lyræ ultimus Vicarius & primus Prior, Conventûs ſui Supprior, Prior, SS. Roſarii Præfectus, Gandavi in xenodochio Bylocæ Paſtor vigilantiſſimus. Tandem agonizans, in proferendo *Gloria Patri, & Filio*, & ulteriùs, morte vocem, ac vitam reſecante, pronuntiare non valens, animam Creatori reddidit die 24 Januarii anno 1716.

P. Mag. Norbertus Willemsen S. T. M. Lovanii Philoſophiæ Lector, Antverpiæ per ſexennium Studii, & Clericorum Magiſter, ibidem Monialium noſtrarum, & nigrarum Sororum Confeſſarius, Studii Generalis Regens, Capituli Provincialis Diffinitor. Obiit ultimâ die anni 1716 ætatis 72 prof. 53 Sacerdotii 47 jubilæi 4.

DE MONASTERIO ANTVERPIENSI

De inchoatione hujus Monasterii sub jurisdictione Ordinarii.

Origo hujus Monasterii.

MOnasterium hoc nullos fundatores, aut fundatrices sæculares habuit: sed mirâ Dei dirigente gratiâ ex infinitis ferè adversitatum procellis enatavit, & ad desideratum successum pervenit.

Anno 1621 circà finem induciarum inter Regem Hispaniarum, & Status Hollandiæ, denuò insurgente bello, ven. Mater Soror Catharina Brys Priorissa Monasterii Tamisiensis quindecim, aut sedecim ex suis Religiosis Antverpiam misit die 18 Aprilis: ut sibi de refugio, durante bello, providerent. Cum autem illuc advenientes, nullum locum congruum paratum invenirent, à cive quodam Jacobo Forminos, & uxore ejus Catharina Derkennis, Sorore Sororis nostræ Saræ Derkennis charitativè hospitio exceptæ fuerunt.

Die 20 ejusdem Mensis Aprilis prædictæ Moniales R. P. Joannem Boucquetium consilii, & auxilii gratiâ accesserunt, qui illas R. P. Michaëli Ophovio, tunc Conventûs sui Priori (postea Episcopo Buscoducensi) commendavit, qui illas salutatum misit Ill^m D. Joannem Malderum Episcopum Antverpiensem, qui illas benignè excepit, iisque licentiam concessit confitendi peccata sua uni Confessario ex Ordine nostro.

Hâc obtentâ licentiâ, prædictum P. Joannem Boucquetium in Confessarium suum elegerunt.

Post sex circiter hebdomadarum decursum, superatis multis difficultatibus, conduxerunt domum quandam, dictam *den Dom van Ceulen* propè Conventum Patrum Minorum, & in illa Scholam puellis instruendis erexerunt.

Die 5 Maii anno 1623 hæ Moniales emerunt domum Domini

mini de Berchem, nuper defuncti, quam inhabitare cœperunt die 6 Septembris, & die 8 ejusdem mensis primum in illa Sacrum celebratum fuit.

Inchoatio hujus Monasterii sub jurisdictione Ordinarii.

Prima, quæ Antverpiæ de consensu Tamisiensium Ordinis nostri habitum suscepit, fuit Sr. Anna vande Moer, induta die 21 Februarii anno 1624. Elapso illius novitiatûs termino, quædam illam Antverpiæ, tamquam in alia à Diœcesi Gandensi, cui Tamisienses subsunt, profitere non posse asserebant. Aliæ ex hoc occasionem sumpserunt se à Tamisiensibus separandi, in quem finem tertiâ die Martii anno 1625 cum Tamisiensibus contractum inierunt, quo Moniales Antverpiæ degentes, à Tamisiensibus omninò fuerunt separatæ, & uterque locus pro distincto Monasterio fuit habitus. Contractum hunc ab utraque parte initum, Priorissa Tamisiensis detulit ad Illm D. Episcopum Antverpiensem, cui etiam tradidit litteras, quibus Illmus Episcopus Gandensis consentiebat: quod dictæ Moniales jurisdictioni Illmi Antverpiensis subderentur. His visis, Illmus Antverpiensis illas perbenignè excepit, & contractum initum approbavit die ultimâ mensis Martii ejusdem anni 1625.

Prima Priorissa.

Die 7 Aprilis ejusdem anni R. D. Zegerus van Honsem Pœnitentiarius Antverpiensis nomine Illmi his Monialibus facultatem dedit: ut, invocato Spiritu Sancto, aliquam sibi in Priorissam eligerent, elegeruntque Sm Saram Derkennis anteà Tamisiis Supprioriſſam, hactenùs hîc Antverpiæ Vicariam, in primam hujus novi Monasterii Priorissam, cujus electio postridiè ab Illmo Antverpiensi confirmata fuit, & die 21 Aprilis Sr. Anna vande Moer solemnem professionem emisit, & una alia filia habitum suscepit.

His ita dispositis, Moniales inter se optimè convenerunt de introducenda stricta clausura, de lineis non portandis ad carnem, &c. Et casu quo contingeret: quod Fratres Prædicatores in Belgio à carnibus abstinerent, ipsæ quoque eandem abstinentiam observarent.

In festo Translationis S. P. N. Dominici, nempè die 24 Maii 1626, quâ die inchoanda erat clausura, in Sacello hujus Monasterii, concrepantibus vocibus, & instrumentis

muſicis, cantatum fuit Sacrum ſolemne ab Amplmo Domino Pœnitentiario præfato, & præclariſſimus ſermo habitus à R. P. Ferdinando Delhove Dominicano Antverpienſi (poſteà denominato ad Epiſcopatum Tangrenſem, &c.) textus erat: *ingredere tu, & omnis domus tua in arcam..... ingreſſus eſt Noë..... & incluſit eum Dominus deforis. Gen. 7.*

Introductio Clauſuræ perpetuæ.

Finito ſermone, prædictæ Moniales accenſos ferentes cereos, ab Illuſtriſſima D. Duciſſa de Bournonville, ad hanc ſolemnitatem invitata, ſucceſſivè introductæ fuerunt in clauſuram. Nempè Sr. Sara Derkennis Prioriſſa, Sr. Joanna Janſſens, Sr. Anna Bomael, Sr. Catharina vanden Bergen, Sr. Anna vande Moer, Sr. Maria Cavigonſens, Sr. Catharina Claeſſens, Sr. Suſanna Camoux Novitia, & Sr. Elizabetha vander Hoſtadt etiam Novitia. Quo in loco primâ vice unà cum præfata Duciſſa per cancellos ſacram Communionem acceperunt.

Die 3 Julii obiit Sr. Maria Cavigonſens, quâ occaſione oratorium, & cœmiterium benedicta fuerunt, & S. Catharina Senenſis in hujus loci Patronam ab initio electam, iterum in Patronam tutelarem fuit aſſumpta.

Anno 1628 hæ Moniales profeſſionem ſuam renovarunt, & ſeſe ad ſtrictam clauſuram in perpetuum obligarunt.

Inchoatio Monaſterii Caſteletani.

Eodem anno ad inſtantiam Magiſtratûs Caſteletani propè Caroloregium in terra Leodienſi, & de conſenſu Illmi D. Joannis Malderi Epiſcopi Antverpienſis, ex hoc Monaſterio Caſteletum diſceſſit Sr. Anna Bomael, natione Leodienſis, cum duabus religioſis Tamiſienſibus ejuſdem nationis, ad ibidem inchoandum novum Monaſterium, quæ à Rmo D. Suffraganeo Leodienſi in ſcriptis benigniſſimè exceptæ fuerunt. Et anno 1636 præfata Sr. Anna Bomael Monaſterii Caſteletani prima Prioriſſa inchoavit Monaſterium Monialium noſtrarum in ſuburbio Civitatis Leodienſis.

Item Monaſterii in Glano.

Hujus Monaſterii Antverpienſis Moniales inexplicabili deſiderio ſemper deſideraverant ſubdi obedientiæ Ordinis noſtri: ſed fruſtrà. Tandem diù exoptata illuxit dies, quâ id eis conceſſum fuit ab Illmo D. Gaſpare Nemio Epiſcopo Antverpienſi die 17 Novembris anno 1635.

De progreſſu hujus Monaſterii ſub obedientia Ordinis noſtri.

DIe 17 Novembris anni 1635 Illmus D. Gaſpar Nemius Epiſcopus Antverpienſis accerſiri fecit P. Mag. Joannem Boucquetium, tunc ſecundâ vice Provincialem, eique reſignavit juriſdictionem, & directionem hujus Monaſterii, quam idem Eximius ad beneplacitum Rmi P. Mag. Generalis Ordinis acceptavit.

Die 29 Decembris ejuſdem anni Rmus P. Nicolaus Rudolphius totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis, omnes hujus Monaſterii Religioſas ad obedientiam Ordinis acceptavit, & die 12 Februarii ſequentis anni 1636 omnes hujus Monaſterii Sorores obedientiam voverunt Rmo P. Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum, & ejuſdem Ordinis Priori Provinciali Provinciæ Germaniæ inferioris. Primus illarum Confeſſarius inſtitutus fuit P. Franciſcus Coſyn Conventûs Antverpienſis. *Subditur hoc Monaſterium Obedientiæ Ordinis noſtri.*

Cum autem hujus Monaſterii Sorores ſub directione Sacerdotum ſæcularium hactenùs vixiſſent, & Regulæ, Conſtitutionum, & ordinationum Capitulorum Generalium, ac Provincialium exactam notitiam non haberent; ut omnia illa perfectè edocerentur, & modo vivendi Monialium noſtrarum facilius aſſueſcerent, ex Monaſterio Monialium noſtrarum Vallis Angelorum Brugis accerſitæ fuerunt Sr. Catharina Scholtens (Schottys) & Sr. Maria Delhove, quæ Antverpiam appulerunt die 2 Junii. Et die 5 ejuſdem menſis prædicta Sr. Catharina inſtituta fuit prima Prioriſſa, & Sr. Sara Derkennis Supprioriſſa. *Prima Prioriſſa ſub Obedientia Ordinis.*

Anno 1639 inſtante termino triennalis regiminis præfatæ Prioriſſæ, Inſulis in Capitulo Provinciali propoſitum fuit dubium: an hujus Monaſterii Sorores verè eſſent profeſſæ primam Regulam noſtram, & non requireretur novus Novitiatus, & nova Profeſſio? illi, qui partem affirmativam tenebant, adferebant exemplum Sororum illarum, quæ ex eodem Monaſterio Tamiſienſi Gandavum venerant ad *Quædam difficultas circà profeſſionem harum Monialium.*

novum Monaſterium primæ Regulæ inchoandum, quæ tempore Provincialatûs P. Mag. Petri Woeſtinii novum novitiatum integrè peregerunt (vide folio 124) quo peracto, novam profeſſionem ſecundùm primam Regulam emiſerunt. Alii verò, qui pro negativa erant, dicebant: ſufficere profeſſionem illarum, quam ſub Epiſcopo emiſerant, & quâ ſe obligaverant ad recitationem majoris officii Romani, clauſuram perpetuam, &c. deſuper: illas iterùm aliam profeſſionem feciſſe R^mo P. Magiſtro Generali Ordinis noſtri, & hujus Provinciæ Priori Provinciali, & pluſquam triennium ſub obedientia Ordinis peregiſſe. Antequam hæc controverſia decideretur, effluxit terminus regiminis S^ris Catharinæ Schottys primæ Prioriſſæ, quæ cum ſocia ſua S^re Maria Delhove ad Monaſterium ſuum Brugenſe reverſa eſt, & illius loco ſuffecta fuit Sr. Elizabetha Poutryn (quæ ſub prædicta Prioriſſa erat profeſſa) non quidem tamquam Prioriſſa: ſed tamquam Vicaria; quia prædicta controverſia de profeſſionibus illarum nondum erat determinata.

Anno 1641 in Capitulo Provinciali Gandavi prædicta controverſia deciſa fuit, & declaratum: quod hæ Sorores à tempore, quo ſub Ill^mo D. Joanne Maldero Epiſcopo Antverpienſi poſt annum probationis ſtrictæ clauſuræ profeſſionem emiſerant, reputari deberent tamquam primæ Regulæ. Et conformiter ad hoc conceſſit venerabile Diffinitorium his Sororibus poteſtatem, ut ſimul, ſine differentia, an ſub Epiſcopo, an ſub Ordine profeſſæ eſſent, ſecundùm conſtitutiones noſtras Prioriſſam ſibi eligerent. De quo non parùm gaviſæ ſunt hucuſque anxiæ Moniales.

Die 8 Maii ejuſdem anni Capitulariter convenerunt hæ Moniales, &, invocato Spiritu Sancto, elegerunt in Prioriſſam S^rem Saram Derkennis, quæ hoc Monaſterium inchoaverat, & pro illius promotione jam per viginti annos plurimas moleſtias, & tribulationes perpeſſa erat. In Supprioriſſam elegerunt S^rem Catharinam Wellens.

Anno 1644 abſoluto triennali regimine præcedentis, in Prioriſſam electa fuit Sr. Anna van Eſpelghem.

Anno 1646 menſe Aprili R^mus P. Thomas Turcus totius

Ordinis noſtri Magiſter Generalis Monaſterium hoc perſonaliter viſitavit, & eidem nonnullas gratias conceſſit. Viſitatio R. P. Magiſtri Generalis.

In feſto S. Raymundi Confeſſoris Ordinis noſtri anno 1654 ex hoc Monaſterio Lovanium diſceſſerunt Sr. Anna, & Sr. Maria van Eſpelghem Sorores germanæ, ad novum Monaſterium ibidem inchoandum. Inchoatio Monaſterii Lovanienſis.

Die 7 Julii anno 1675 horâ quintâ pomeridianâ Eminentiſſimus D. P. Philippus Thomas Howard S. R. E. Cardinalis, & R^mus P. Marius Ambroſius Capello Epiſcopus Antverpienſis, ex Ordine noſtro aſſumpti, comitantibus illos P. Mag. Godefrido Marquis Priore Antverpienſi, & P. Dominico de Herre venerunt ad Eccleſiam hujus Monaſterii, in qua præfatus Eminentiſſimus, cantato Cantico *Te Deum laudamus*, dedit benedictionem SS. Sacramento.

Deindè idem Eminentiſſimus ad cancellos acceſſit, & Sororibus beneficium ſuæ benedictionis impendit.

Die 11 Auguſti ejuſdem anni idem Eminentiſſ. in Eccleſia hujus Monaſterii ſolemne Sacrum decantavit ſub concentu, & inſtrumentis muſicis.

Anno 1654 die 25 Februarii obiit Sr. Sara Derkennis prima hujus Monaſterii Prioriſſa, & Fundatrix.

Ex quibus patet: erraſſe P. Joannem à S. Maria aliàs Rechac in libro ſuo gallico *de Fundationibus Conventuum, & Monaſteriorum* noſtrorum *in Flandria*, vel potiùs in Belgio folio 943 ubi putat: virtuoſas quaſdam Dominas deſiderantes ſtabilire Monaſterium Monialibus noſtris Antverpiæ, idem adeò efficaciter procuraſſe; ut modò ibidem ſit Monaſterium pulcherrimum: nam Monaſterium hoc nullas, præter ſupranominatas Sorores, Fundatrices habuit, eique ſemper defuerunt media ad novum Monaſterium ædificandum: & prædictæ Moniales etiamnum inhabitant domos quaſdam conjunctas, & in formam Monaſterii, & Sacelli pro paupertate illarum redactas.

DE CONVENTU MOSÆTRAJECTENSI.

INTRODUCTIO.

DUæ in Belgio non infimæ notæ Urbes *Trajecti* vocabulo designantur. Illi, qui exactiùs scribunt, aut loquuntur, illas per ly *superius*, & *inferius* distinguunt. Aut melius *Ultrajectum* seu *Trajectum ad Rhenum*, & *Mosæ-Trajectum* seu *Trajectum ad Mosam* dicunt. Utraque in Urbe Ordo noster celeberrimum Conventum habuit ante tumultus belgicos. Conventus Ultrajectinus illorum tempore periit: Mosætrajectensis, de quo hîc agimus, etiamnum supersest.

Est autem Mosætrajectum præclara Brabantiæ Ducatûs Civitas, ab alluente Mosa nominis sui etymologiam habens. Huic fluvio superstructus est pons lapideus 500 pedum longitudinis. Partem illius non exiguam construxit Fr. Franciscus Roman Conversus Ordinis nostri, natione Gandensis: professione Mosætrajectensis, Architectus celeberrimus. In hujus pontis termino suburbium est, cui nomen *Wyck*, quod multis oppidulis comparari potest. Hâc ad Ducatum Juliacensem via est. Plurimis mutationibus agitatum fuit hoc *Trajectum*; donec tandem anno 1678 vi pacis Neomagensis concessum fuit Statibus Hollandiæ, qui publicum ibidem permittunt fidei Catholicæ exercitium: sed intra parietes sacros coarctatum. Distat Mosætrajectum Aquisgrano sex, Leodio quatuor, Tungris tribus leucis. Diversorum rituum templa habet, plerumque antiquissima, duo Canonicorum Capitula, & nonnulla utriusque sexûs Monasteria, inter quæ non infimum locum obtinet noster FF. Prædicatorum Conventus, antiquitate, & observantiâ regulari valdè celebris.

CAPUT PRIMUM.

§. I. *De hujus Conventûs Fundatione, & Fundatoribus.*

QUamvis litteræ fundationis hujus Conventûs, vel omninò perierint, vel alibi lateant: ex sequentibus tamen instrumentis aliqualem illius habere possumus notitiam; donec certiora documenta appareant de anno Fundationis hujus Conventûs.

P. Michaël Pio in Elencho Conventuum nostrorum Belgicorum sic habet: *di Trajetto Superiore fundato sopra la Mosa lanno* 1254.

P. Joannes à S. Maria aliàs Rechac in simili elencho: *Mastric sur la Meuse en Brabant à quatre lieües de Liege* 1254.

In antiquo Regiſtro Conventûs mei Gandensis folio 43 ponitur: *Conventus Trajectensis super Mosam* 1254.

In monumentis mihi transmissis à R. P. Eugenio De Surmont Conventûs Insulensis, Agente R^mi P. Magistri Generalis nostri, Provinciæ S. Rosæ Secretario §. *extructio novæ Provinciæ inferioris Germaniæ*, &c. traditis similiter singulorum Conventuum Belgicorum Fundationum annis, sic legitur: *Trajecti ad Mosam* 1254.

Ad objectionem ex *Ephemeride* P. Frederici Steill respondi in *desolata Batavia Dominicana* folio 4.

In Capitulo Provinciali habito Gandavi anno 1663 propositum fuit quoddam *Quæritur* (cujus originale hîc Gandavi asservatur) nempè: *an Conventus Mosætrajectensis non sit antiquior Conventu Bergensi? Pro parte affirmativa facit authoritas P. M. Choquetii in libello suo de Sanctis Belgii, & idem docet S. Antoninus noster in parte historiali, &c.* Et ordinatum fuit: *respondeat ad hæc pars.* Responsum: *Quoad notitiam meam de antiquitate Conventûs nostri Bergensis. Reperi in litteris Archiducum Alberti, & Isabellæ, & testimonio Magistratûs, & antiquis libris: fuisse fundatum Conventum Bergensem anno* 1240 *in Julio, & hactenùs hic ordo præcessionis servatus fuit ab immemorabili tempore non sine fundamento in-*

Capitulis Provincialibus. Sequitur Sententia: *Conventus Bergenſis maneat in poſſeſſione præcedentiæ: donec alii contrarium clariùs oſtenderint. Actum Gandavi in Diffinitorio* 17 *Aprilis* 1663. Signatum. *F. Franciſcus Boſchman Secret. Diffinitorii* cum paragrapho.

Quod in Capitulis Provincialibus Conventus Bergenſis ab immemorabili tempore præceſſerit Conventum Moſæ-trajectenſem: patet ex actis Capituli Provincialis celebrati in Conventu noſtro Buſcoducenſi die 20 Septembris anno 1556 aſſervatis in Conventu meo Gandenſi, in quibus §. *iſtæ ſunt aſſignationes.* Conventus Provinciæ noſtræ diſpoſiti ſunt hoc ordine:

1. Inſulenſis.
2. Gandenſis.
3. Lovanienſis.
4. Trajecti inferioris.
5. Brugenſis.
6. Valencenenſis.
7. Atrebatenſis.
8. Bergenſis.
9. Antverpienſis.
10. Leowardienſis.
11. Harlemienſis.
12. Trajecti ſuperioris.
13. Ziericzëenſis.
14. Yprenſis.
15. Duacenſis.
16. Winſumienſis.
17. Zutphanienſis.
18. Buſcoducenſis.
19. Neomagenſis.
20. Groeningenſis.
21. S. Audomari.
22. Hagenſis.
23. Roterodamenſis.
24. Calcarienſis.
25. Bruxellenſis.
26. Zwollenſis.

Nota. Hoc Capitulum celebratum fuit anno quadrageſimo ſecundo inchoato ab erectione novæ Provinciæ Germaniæ inferioris, quo tempore indubiè ordo, quem Conventus ſinguli in Capitulis Provincialibus tenere debebant, ſatis innoteſcebat, & decennio ante iconoclaſtiam Belgicam, quando monumenta, & documenta Provinciæ noſtræ adhuc erant integra, & hæreticorum rabiem nondum perſenſerant.

Aliqui ex teſtimoniis extraneorum, quæ non vidi, prætendunt: Conventum hunc Moſætrajectenſem fundatum eſſe ante annum 1234 ſed, dum adſunt teſtimonia domeſtica, puto: illa ſufficere; donec, omnibus maturè examinatis,

minatis, aliquid certi de anno fundationis hujus Conventûs clariùs innoteſcat, & à Superioribus determinetur.

§. II. *De Ædificiis hujus Conventûs.*

COnventus hic in Urbis ferè meditullio ſitus eſt. Introitus ad Eccleſiam, & Conventum valdè ſpatioſus, magnâ portâ veſperi occluditur. Illi vicinum eſt braxatorium cum area particulari. Huic adjacent hoſpitum cameræ, valdè commodæ, & infirmaria aptiſſima, quæ ſuperpoſitum habent dormitorium in varias cellas ad hortum, non ita amplum, proſpicientes, diſtinctum. Horto item adjacet refectorium æſtivale (quod prima hujus Conventûs Eccleſia fuiſſe fertur) cui adhæret culina contigua alteri refectorio hyemali.

Nota: me inſcio, in delineatione hujus Conventûs quædam fuiſſe mutata.

CAPUT SECUNDUM

§. I. *De Eccleſia.*

PRimam hujus Conventûs Eccleſiam ſucceſſu temporis in Refectorium fuiſſe mutatam, fert opinio. Illius conſecrationis litteræ ſunt hujus tenoris:

Litteræ Conſecrationis Eccleſiæ.

„ Notum ſit univerſis præſentes litteras inſpecturis: quod „nos Fr. Franciſcus Ordinis Prædicatorum divinâ permiſſio„ne Selumbrienſis Epiſcopus, vices gerens venerabilis Do„mini Joannis Guidonis Dei gratiâ Leodienſis Electi, anno „Domini 1294 in feſto Michaëlis dedicavimus in Trajecto „Eccleſiam, & Cœmiterium Fratrum Ordinis Prædicato„rum, & altare ſummum in ea conſecravimus in honorem „Beati Pauli Apoſtoli ſecundum ritum Sanctæ Romanæ „Eccleſiæ, & anniverſarium altaris in proxima dominica „ante feſtum Beati Remigii ſingulis annis impoſterum cele„bretur. Cupientes igitur: ut dicta Eccleſia à Chriſti fideli„bus devotione congruâ frequentetur, omnibus verè pœ„nitentibus, & confeſſis, qui ad eandem Eccleſiam ad au-

„diendum verbum Dei, vel cauſâ devotionis acceſſerint, „in ſingulis diebus dominicis, & præcipuis feſtivitatibus; „inſuper & omnibus, qui ad fabricam, vel ad luminaria, „ſive ornamenta prædictæ Eccleſiæ, ſeu ad ſuſtentationem „prædictorum Fratrum, manum porrexerint adjutricem, „de omnipotentis Dei miſericordia, glorioſæ Virginis Ma„riæ, nec non BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus me„ritis, & authoritate confiſi, quadraginta dies de injuncta „ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſti„monium præſentes litteras fecimus ſigilli noſtri munimine „roborari. Datum die, & loco prædictis.

Eodem anno idem Epiſcopus conſecravit Tungris altare in Begginaſio die 21 Octobris.

Eccleſia moderna hujus Conventûs ſatis ſpatioſa, tres naves habet, & ad partem meridionalem Sacellum SS. Roſarii, in quo imago B. Mariæ Virginis à populo magnâ veneratione colitur.

Ad commodiorem Chori hujus Eccleſiæ extenſionem, venerabile Capitulum S. Servatii huic Conventui dedit rudera, & fundum Sacelli S. Georgii anno 1567 ab iconoclaſtis deſtructi, cujus collatio, proviſio, ſeu quævis alia diſpoſitio ad prædictum Capitulum pertinebat, & in eodem loco ædificatus fuit chorus ſatis amplus, mediæ hujus eccleſiæ navi adhærens.

§. II. *De Confraternitatibus.*

Confraternitates SS. Roſarii, SS. Nominis Jeſu.

PRæter Confraternitates Sanctiſſimi Roſarii, & SS. Nominis Jeſu, quæ dudum in hujus Conventûs Eccleſia floruerunt; Sereniſſimus Princeps Maximilianus Henricus Bavarus Archiepiſcopus Elector Colonienſis, Epiſcopus & Princeps Leodienſis die 17 Februarii anno 1657 licentiam conceſſit in hac Eccleſia erigendi Militiam Angelicam S. Thomæ Aquinatis, quam multis gratiis, & indulgentiis illuſtravit.

Militia Angelica.

Die 7 Martii ejuſdem anni maxima cum ſolemnitate erecta fuit prædicta Militia contra carnis illecebras. Huic ſo-

lemnitati interfuit totum Canonicorum S. Servatii venerabile Capitulum. Amp^mus D. Nicolaus Micault ejuſdem Capituli Præpoſitus ſub ſummo Sacro ab hujus Conventûs Priore primus caſtitatis cingulo præcinctus, & libro, ad hoc deputato, inſcriptus fuit. Poſt ipſum omnes Canonici pariter præcincti, & inſcripti fuerunt. Ad amplectendam hanc Militiam tantus eo die, & durante octavâ, fuit omnis conditionis utriuſque ſexûs perſonarum concurſus: ut illo tempore pluſquam octingenta nomina fuerint inſcripta. Alexander Septimus Summus Pontifex Militiam hanc confirmavit, & multis indulgentiis donavit per Bullam ſuam, datam menſe Aprili ejuſdem anni.

Singulis feriis tertiis tanta hîc conſpicitur ergà S. P. N. Dominicum devotio, ut aliquando obſervatum fuerit: uno die pluſquam ſeptingentos homines in hac Eccleſia ſacrâ Synaxi fuiſſe refectos.

§. III. *De quibuſdam Miraculis.*

IN Actis Sanctorum, editis à P. Godefrido Henſchenio, aliiſque Societatis Jeſu Scriptoribus, in vita S. Petri Martyris folio 705 refertur ſequens Miraculum: „in Provincia „Teutoniæ apud Trajectum mulieres quædam, videntes: ad „Eccleſiam Fratrum Prædicatorum in honorem B. Petri Mar- De S. „tyris magnum fieri populorum concurſum, dum ipſæ in Petro „platea conſiſterent, & filarent, adſtantibus ſic dicebant: Martyre. „ecce iſti Prædicatores omnes iucrandi modum invenerunt; „nam, ut magnam poſſent pecuniam cumulare, & lata „ædificare palatia, novum nunc invenerunt Martyrem. „Quibus hæc, & his ſimilia dicentibus, ecce ſubitò filum „totum ſanguine cruentatur, & digiti, quibus filum tor„quebatur, ſanguine mox replentur. Quod illæ videntes, „& admirantes, digitos diligenter abſtergunt: ne fortè eis „ex inciſura proveniſſet: ſed dum digitos omninò ſanos con„ſpicerent, & filum ſic ſanguinolentum viderent, tremen„tes, ac pœnitentes dicere cœperunt: verè quia pretioſi „Martyris ſanguini detraximus, nobis hoc prodigium ſan-

„guinis, tam ſtupendum evenit. Currentes igitur ad domum „Fratrum, omnia Priori expoſuerunt, filum ſanguine cruen- „tatum præſentantes. Prior autem ad multorum inſtantiam, „ſolemni prædicatione indictâ, quidquid prædictis accide- „rat mulieribus, omnibus retulit, filumque cruentatum „oſtendit. Verùm quidam artis Grammaticæ Magiſter, in „eadem conſiſtens prædicatione, factum illud cœpit mali- „tiosè pervertere, adſtantibuſque dicere: videte, quomo- „do, & qualiter iſti Fratres ſimplicium corda decipiunt: „nam cum aliquibus mulierculis, de ſuis familiaribus, con- „dixerunt: ut filum ipſum in aliquo tingerent ſanguine, „& ſic: quod miraculosè accidiſſet, narrarent. Dum hæc „ille diceret: plagam protinùs divinæ ultionis excepit, & „in ipſum validiſſimarum febrium impetus irruens, multis „conſpicientibus, ſic vexavit, ut de prædicatione ipſa inter „amicorum manus ad domum deferretur propriam. Sed dum „vehementer febris excreſceret, prædictum Priorem acver- „ſiri fecit, & reatum ſuum confitens, Deo, & B. Petro „coram dicto Priore votum vovit: quod, ſi ejus meritis ſa- „nitatem reciperet, eum in ſpeciali devotione haberet, & „de cætero linguam ad talia non laxaret. Mira res. Mox, „ut prædictum votum emiſit, ſanitatem integram recepit.

Aliud item Miraculum refertur in vita prædicti Sancti à

De eodem. „ſupradictis Authoribus folio 718 „quâdam vice, cum Sup- „prior Conventûs Trajectenſis in Teutonia quoſdam pul- „cherrimos lapides, & magnos, in navi quadam duceret: „ex improviſo cuidam littori ſic inhæſit: ut nullatenus mo- „veri poſſet. Diſcedentes verò nautæ, quod ipſam unani- „miter impellentes nullatenus movere poſſent, & navem „ſe amiſiſſe putarent; Supprior, omnibus amotis, manum „ad navem appoſuit, & leviter eam impellens, dixit: in „nomine S. Petri Martyris, in cujus honore lapides iſtos „deferimus, vade. Statim navis velociſſimè mota, de lit- „tore integra, & illæſa receſſit; ſupra quam nautæ aſcen- „dentes, ſalvi, & hilares ad propria redierunt.

Nota. Putant prædicti Authores: quod miracula prædicta non concernant hunc Conventum, ſed Conventum Ultrajecti-

num, sive Trajecti inferioris, & meritò dubitari potest; nam in Ecclesia Conventûs Ultrajectini post canonizationem S. Petri Martyris (quæ facta est anno 1253) erectum fuit altare ad majorem Dei gloriam, & ejusdem Sancti Martyris honorem, & illius altaris curam assumpsit nobilis Familia de Drakenborch (vide *Desol. Bat. Dom.* folio 4).

§. IV. *De Sepulturis.*

In hac Ecclesia jacent D. Hermannus Fredericus Comes de Berg. D. Judoca Walburgis Comitissa de Leeuwenstein, &c.

IN Sacello SS. Rosarii Mausolæum est; sub quo jacent prænobilis Dominus HERMANUS FREDERICUS Comes de Berch, s'Heerenberch in Clivia, &c. qui obiit die 29 Martii anno 1669. Et prænobilis Domina JUDOCA WALBURGIS Comitissa de Leeuwenstein, Rochefort, &c. prædicti vidua, quæ obiit die 25 Decembris anno 1683.

Si quæ alia præclara monumenta ante iconoclastiæ tempora in hac Ecclesia fuerint: illa ad notitiam meam non pervenerunt.

CAPUT TERTIUM.

§. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Generali, & Provincialibus.*

CONventus hic à suo initio subfuit Provinciæ Teutoniæ. Anno 1490 substitutus fuit Vicario nationis Brabanticæ ejusdem Provinciæ, & anno 1515 annumeratus fuit aliis Conventibus deputatis ad constituendam novam Provinciam Germaniæ inferioris, cujus etiamnùm membrum est.

Anno 1330 Coloniæ celebrandum erat Capitulum Generale: sed Deus non permisit nos tentari suprà id quod possumus (idem Capitulum apud Trajectum collectum est). Nam cùm Ludovicus Bavarus, Ecclesiæ, atque Ordini nostro infensissimus, certioratus fuisset de Capitulo habendo apud Coloniam, quæ sub ipsius erat ditione, instante Capituli tempore, multos milites sibi fideles: infideles autem maximè Ecclesiæ sanctæ Dei, Coloniam misit, qui

Historia notatu digna.

latentes, dum congregati essent Patres nostri in Capitulo, in eos irruerent, & cunctos Ordinis Provinciales, ac præstantissimos Patres trucidarent, Cœnobiumque incendio devastarent.

Accesserunt innocentes Patres Coloniam, nihil tale cogitantes, & nocte antecedente dominicam infrà octavam Ascensionis, quâ die Capitulum intrare tenebantur, Soror quædam ex nostris, monita in somnis à S. Servatio (Mosætrajectensium Patrono) de cæde, quam paraverat Ludovicus, manè diluculò ad Conventum accedens, revelata sibi Fratribus revelavit, qui clam, bini & bini, secedentes, ac de nocte fugientes, Capitulum, atque se, in proximam Civitatem Trajectensem transtulêre, Bavaro deluso.

Capitulum Generale. Ibi igitur Capitulum celebrantes, à jurisdictione, & dominio illius alieni, in tanti beneficii recepti memoriam, decreverunt Patres: quod in toto Ordine officium de S. Servatio, qui Ordinem ab imminenti tanto periculo vindicaverat, 3 idus Maii haberetur perpetuis futuris temporibus, &: quod Fratres magis, ac magis partes Joannis XXII veri Pontificis contrà Ludovicum, hostem Ecclesiæ, ubique in publicis, ac privatis congressibus susciperent, ac defensarent. Ibi igitur S. Servatius patrocinari voluit nostris Prædicatoribus, qui causam Ecclesiæ Catholicæ, atque illius Pastoris Maximi, constanti pectore defensabant.

Capitula Provincialia. Hoc Capitulo Generali finito, secundum morem, hîc celebratum fuit Capitulum Provinciale Provinciæ Teutoniæ.

Provincia Germaniæ inferioris in hoc Conventu sequentibus temporibus Capitula sua Provincialia celebravit.

Anno 1533 die 27 Aprilis.

Anno 1576 in Capitulo Provinciali Antverpiæ statutum erat: ut sequens Capitulum anno 1579 in hoc Conventu haberetur: sed ob tumultus Belgicos, plurimorum Conventuum devastationes, & exilium Fratrum, illud habitum non fuit.

Anno 1584 rebus Belgicis ferè pacatis, P. Nicolaus de Myrica, ob mortem Provincialis, Provinciæ Vicarius,

& hujus sui Conventûs Prior, die 2 Julii in hoc Conventu Capitulo Provinciali in initio præsedit, & in eodem Capitulo in Provincialem electus fuit P. Mag. Nicolaus Neelsius Conventûs Gandensis, Studii Generalis Lovaniensis Regens primarius.

§. II. *De Novitiatu.*

IN Capitulo Provinciali Atrebatensi anno 1627 data fuit commissio P. Mag. Petro Woestinio Conventûs Gandensis, in eodem Capitulo in Provincialem electo: ut hunc Conventum visitaret, & in illo Novitiatum erigeret, quod & fecit. Ex hoc Novitiatu plurimi viri illustres prodierunt ad maximum animarum lucrum, & Ecclesiæ, ac Ordinis ornamentum.

§. III. *De Studio Generali.*

ANno 1679 R^mus P. Antonius de Monroy totius Ordinis nostri Magister Generalis, Studium, quod dudum in hoc Conventu floruerat, erexit in Studium Generale Provinciæ, eique omnia privilegia, quibus Studia Generalia fruuntur, concessit.

CAPUT QUARTUM.

§. I. *De hujus Conventûs devastatione per Iconoclastas.*

HErmanus, iconoclastarum Antverpiensium Coryphæus, Mosætrajectum profectus, tantos ibidem tumultus excitavit: ut ipsis Calendis Januarii anni 1567 nefanda Monasteriorum, templorumque strages secuta sit. *Monasteriorum devastatio.*

Iterùm anno 1578 post militum hispanorum, & italorum è Belgio discessum, Mosætrajecto in perduellium potestatem redacto, bellum contrà templa, Monasteria, & quæcumque sacra, renovatum fuit, & quisquis Ecclesiasti-ci Ordinis, aut muneris erat, in exilium abactus fuit. *Fratres nostri cum Ecclesiasticis in exilium pulsi.*

Quantas calamitates Fratres noſtri, miſerrimo illo tempore, ſint perpeſſi, aliqualiter explicavit P. Andreas à Myrica, hujus ſui Conventûs poſt devaſtationem Prior, in libello ſupplici, quem anno 1598 præſentavit Alberto Auſtriaco, tunc S. R. E. Cardinali, & Belgii pro Rege Hiſpaniarum Gubernatori, ex iis quæ viderat P. Nicolaus à Myrica ſuus Frater germanus, & hujus ſui pariter Conventûs ſæpiùs Prior, qui tempore exilii Fratrum Moſætrajecti delituerat: „ſoli Fratres Prædicatores ad ultimam uſque „diem exilii ſui contrà hæreticorum ſævitiam, & inanes „eorum latratus in defenſione Fidei orthodoxæ, corrobo„ratione vacillantium civium, & publicâ confutatione hæ„reticorum perſtiterunt. Ob hanc eorum conſtantiam, pri„mò quidem, admiſſi in Civitatem milites hæretici, tem„plum eorum ſacrilegis manibus calicibus, aliiſque pretioſis „ornamentis, ut juge Domini ſacrificium abrogarent, nu„daverunt, & relictam, ſeu potiùs abſconditam partem eos „dimittere coegerunt in ſtipendium militum erogandam.

Sacrorum profanatio.

„ Sacrarium effregerunt, auguſtiſſimum, ac diviniſſi„mum Euchariſtiæ Sacramentum confricarunt, Oleum Sa„crum extremæ unctionis effuderunt, vaſa ſacra ſibi rapue„runt, Patrum cubicula, uſque ad lectiſternia, ſpoliaverunt.

„ Poſt aliquot dies compleverunt milite Monaſterium, „à quo conſumpta, & exhauſta ſunt, quæ in communem „Fratrum neceſſitatem repoſita erant, &, indies calamita„tibus eorum augmenta capientibus, auſi ſunt paraſitales „animi quorumdam civium (horrendum dictu nefas) inva„dere mortuorum ſepulchra, humoque effodere cadavera, „& ex cineribus mortuorum, & confractis mortuorum oſ„ſibus conficere nitrum ad pulveres tormentarios confi„ciendos.

Crudelitas hæreticorum.

„ Hæc ſacrilegia, & damna patienter ferentes, ſteterunt „infracto animo Fratres noſtri contrà omnem hæreticorum „impetum, civiumque multorum contumelias. Id dum hæ„retici non ferrent, irruptione factâ in templum, & Con„ventum, omnes Fratres innoxios, & inopes, ſenes, cum „junioribus, in omnem viam diſperſerunt, & exilii ærumnas.

„Tunc

„ Tunc ſævitum eſt in omnia templi altaria, quæ ſolo „æquarunt, & ænea ejuſdem ornamenta fuſilia, ex quibus „bellica tormenta pro ſuæ hæreſis defenſione adnixi confi„cere; tantùm non effecerunt ex omni illa ingenti metalli „maſſa: ut, ne vel unam guttam conſervarent, ſeu inve„nirent; cum putarent, ſe immenſæ molis tormentum in„venturos; etenim divino nutu, terræ hiatu omne illud æs „liquatum irrecuperabiliter fuit abſumptum.

„ Fratribus itaque exulantibus, inque diverſa loca erran„tibus, Monaſterii omnia bona diripiuntur, milite, & ci„ve prædicta dividentibus. Repoſita ad Conventûs reſtau„rationem, tegulæ, lapides, calx, totaque ſupellex diri„pitur, contabeſcentibus inediâ interim quibuſdam Fratri„bus, qui in Civitate adhuc deliteſcebant, quorum & duo „gladio interierunt. Bibliothecam combuſſerunt, dormito„rii cubicula diruta, ejuſque pars una combuſta, tecta om„nia perſtillantia, hortus inter cives, & hæreticum Pre„conem diviſus.

Duo ex noſtris ab hæreticis occiſi.

„ Civitate ab exercitu regiæ Majeſtatis recuperatâ, Fra„tres redierunt, & multi inediâ perpeſſâ in exilio interie„runt. Poſt hæc graviſſima incommoda, & irrecuperata „adhuc damna, nemo illorum inopiæ ſuccurrens, quid„quam ſubminiſtravit: ne quidem panis micam.

In quam deplorabili ſtatu Conventus hic adhuc fuerit anno 1610, patet ex actis Capituli Provincialis eodem anno Bruxellis celebrati, in quibus legitur: „volumus: ut in „Conventu Trajectenſi ob magnam paupertatem, & debi„ta, oſtiatim, & hebdomadatim, more aliorum Conven„tuum, circumeant pro piorum elëemoſynis colligendis.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

COnventus hic, tamquam ſchola virtutis, multos viros illuſtres protulit. Plurimorum memoriam iconoclaſtia abſtulit: quorumdam tamen etiamnum ſupereſt. Inter illos numerantur:

B. M. Ven. P. GUINANDUS, de quo ſic ſcribit Cantipratanus noſter lib. 2. de Apibus cap. 25. num. 11. „narraverunt mihi Fratres Ordinis Prædicatorum in Trajecto, „quod Prior eorum Frater Guinandus, quem ipſe cognovi, „domum hoſpitum poſt prandium introivit, & dixit Cellerario: vade, & affer Fratribus, & mihi ſcyphum vini, „ſi potes. Et ille: verè, ait, tres dies ſunt, quod, elevato dolio, „vinum totaliter eſt extractum. Quid plura? jubente Prio„re, redit ad dolium Cellerarius, repletum invenit, & ultrà „ſpem Fratribus poſteà ad augmentum miraculi miniſtravit.

In Clauſtro hujus Conventûs jacet quidam lapis ſepulchralis, in quo ſequens legitur inſcriptio: *hic jacet F. Guinandus Prior Ordinis Prædicatorum*, & ſub eodem lapide ſepultus eſt P. MATTHIAS VAN DUEREN Prædicator Generalis, iteratò ſui Conventûs, ſemel Lovanienſis, & Bruxellenſis Prior. Obiit 2 Octobris 1528.

Nota. Nec ex Cantipratano, nec ex prædicto lapide ſepulchrali conſtat, quo anno P. Guinandus obierit. P. Leander Albertus Italus Bononienſis (quem citat P. Mag. Choquetius in libello ſuo *de SS. Belgis Ord. Præd.* folio 74) in libro ſuo *de Viris Illuſtribus* de P. Guinando refert idem miraculum, fortè ex Cantipratano deſumptum, additque: illud contigiſſe circà annum ſalutis 1236. Fides ſit penes Authorem.

R^mus P. JOANNES EPISCOPUS VARRENSIS, de quo ità hujus Conventûs quidam liber antiquus: *in menſe Auguſto obiit Dominus Joannes Epiſcopus Varrenſis de Herderen hîc non ſepultus ad imaginem.* Solebant enim imagines per modum epitaphiorum poni ad parietes circà ſepulchra præclariorum Patrum noſtrorum, ut in aliquibus Conventibus etiamnum conſpicitur.

P. BRUNO OVERSTOLT Prior, & Lector principalis,

Fundatio Begginaſii Moſætrajectenſis.

cujus conſilio pia mulier Elizabeth de Molendino anno 1350 Moſætrajecti fundavit Begginaſium pro tredecim, vel ſedecim Begginis, quarum admiſſionem, prout & Magiſtræ electionem reliquit penes quatuor meliores Domicellas cum conſenſu Prioris Fratrum Prædicatorum. Begginaſium hoc,

ut audivi, non ampliùs ſubſiſtit: ſed mutatum eſt in Cœnobium Ordinis S. Franciſci.

P. Petrus Floryn Vicarius Generalis Ordinis.

P. PETRUS FLORYN Prior, Provincialis Teutoniæ, Vicarius Generalis Ordinis noſtri, Columbariæ ſepultus, floruit circà annum 1380.

P. Gisbertus de Vleytingen Provincialis.

P. GISBERTUS DE VLEYTINGEN Prior, iteratis vicibus Provincialis Teutoniæ, obiit anno 1451, ſepultus Francofurti in choro noſtro ante aram principem.

P. JOANNES PLACENTINUS Trudonopolitanus, in proſa & carmine verſatiſſimus, tempore regiminis Gerardi à Marca S. R. E. Cardinalis, Principis, & Epiſcopi Leodienſis, electi anno 1506 ſcripſit *Vitas Epiſcoporum Leodienſium*. Item. *Annales*, deductos à tempore Apoſtolorum uſque ad annum 1408 continentes omnia per orbem memorabilia: præcipuè concernentia Epiſcopos Leodienſes.

Varia quoque Illuſtrium Perſonarum Elogia, & Epitaphia.

Multas *Antiquitates Leodienſes, Tungrenſes, & Moſætrajectenſes*, quæ diu latuerant, in lucem edidit ſtylo poëtico.

P. FRANCISCUS AB HASSELT ſæpiùs ſui Conventûs Prior, iteratò Capituli Provincialis Diffinitor, S. T. Lector, Prædicator Generalis, obiit die 14 Martii 1559.

P. PAULUS A MOLENDINO ſui Conventûs, & Roterodamenſis Prior, Confeſſarius prænobilis Monaſterii Herlacenſis Monialium Ordinis Præmonſtratenſis, ubi obiit die 19 Martii anno 1569.

P. NICOLAUS A MYRICA quondam Provinciæ Vicarius, Prædicator Generalis, & iteratis vicibus alternatim cum germano Fratre ſuo P. ANDREA Conventûs ſui Prior, & poſt devaſtationem in plurimis reſtaurator.

P. Toſſanus Walterus Prædicator Aulicus.

P. Mag. TOSSANUS WALTERUS S. T. D. ſui Conventûs, & Yprenſis quondam Prior, per multas quadrageſimas cum ingenti animarum fructu prædicavit: præcipuè Bruxellis in primaria Eccleſia SS. Michaëlis, & Gudulæ, ubi author fuit: quod in dicta Eccleſia, prout & in Eccleſia primaria S. Servatii Moſætrajecti quotannis prædicetur durante octavâ venerabilis Sacramenti.

Tantæ facundiæ erat: ut auditores, erectis ſcalis, ad

feneſtras Eccleſiæ aſcenderent, ut eum concionantem audire poſſent. Variarum urbium incolæ tanto deſiderio conciones ejus appetebant: ut concives ſuos, armis inſtructos, mitterent, qui P. Toſſanum ad ſe adducerent, reducerentque; ne per viam ab æmulis opprimeretur. Sereniſſimus Archidux Albertus Auſtriacus Belgarum Princeps, hujus tanti viri eruditione, & facundiâ motus, eum in ſuum Prædicatorem aulicum aſſumpſit, eique infulas præparavit, quas immatura mors prævenit die 21 Martii anno 1619.

P. Dominicus Nullens S. T. Baccalaureus, ſui Conventûs iteratò Prior, & poſt devaſtationem in multis reſtaurator obiit anno 1633.

P. Matthias Meyers.

P. Matthias Meyers circà annum 1599 ſui Conventûs Prior, vir pius, & zeloſus. Hic, percepto nuntio: Haſſeleti multos errores ſpargi ab hæreticis, multoſque indoctos Catholicos ab eorum preconibus ſeduci, eò ire ſtatuit ad hæreticorum inſidias detegendas, Catholicos in fide corroborandos, & lapſos erigendos. Perſpiciens autem: vias hæreticis latronibus, Eccleſiaſticos maximè perſequentibus, ubique plenas, & valdè periculoſas fore: Sacro Ordinis habitu depoſito, lineum ruſticale indumentum aſſumpſit, ſuumque ruſtico cuidam, itineris comiti, qui per aliquot paſſus præiret, in ſacco deportandum dedit: ut, cum Haſſeletum adveniſſent, habitum ſuum, ad publicè prædicandum, paratum haberet. Cum jam ambo per viam incederent, latrones, in ſacco ruſtici prædam quamdam ſuſpicantes, in eum irruunt, apertoque ſacco, nihil, præter habitum P. Matthiæ inveniunt, moxque venerabilem virum, lento paſſu ſubſequentem, aggrediuntur, eumque, velut criminoſum, Bredam abducunt. Cum autem ad portam Bredanam perveniſſent: P. Matthiam, non honeſtatis: ſed majoris vituperii intuitu, ſacro habitu induerunt, eumque per Oppidi plateas cum ludibrio circumduxerunt, contumeliis, & irriſionibus affecerunt, & luto, ſordibuſque conſpurcatum, vinctumque catenis, teterrimo carceri manciparunt, in quo illi ſolummodò tantum panis, & aquæ quotidiè ſubminiſtrarunt, quantum ſufficere judicabant:

Ab hæreticis capitur, & incarceratur.

ne fame, aut ſiti moreretur. Pia mater ejus, condolens filii ſui ærumnis, videnſque: Conventum ejus poſt devaſtationem omninò inopem, & ad redimendum filium ſuum minùs habentem, pauculas opes, ſupellectilemque ſuam divendidit, quarum pretio filium ſuum è carcere liberavit. Ille verò; ne Matri ſuæ debitæ gratitudinis ſigna negare videretur; priſtinæ libertati reſtitutus, de Superiorum licentia, pagi de Meeuwen in Campiniis Paſtoratum obtinuit, Matremque ſuam, ſui cauſâ depauperatam, ad mortem uſque ſuſtentavit. Illâ defunctâ, ipſe ad diu deſideratam cellulam ſuam rediit, & in Conventu ſuo ad multos annos adhuc ſupervixit.....

E carcere liberatur.

Paſtorem agit.

P. Henricus Matthiæ iteratâ vice Prior, per triginta duos annos Syndicus, Prædicator Generalis, Capituli Provincialis Diffinitor, inchoavit Vicariatum Sittardienſem, qui poſteà in Conventu erectus fuit. Obiit die 5 Septembris anno 1649 ætatis 60 prof. 40 Sac. 36.

P. Mag. Fredericus Servatii S. T. Doctor Colonienſis, ſui Conventûs, & Conventuum Oſnaburgenſis, Luxemburgenſis, Monaſterienſis, & Brunenſis quondam Prior, & Provinciæ Teutoniæ Vicarius Generalis. Obiit Prior Brunæ in Moravia anno 1649.

P. Antoninus a Campo Prædicator Generalis, ſui Conventûs, & Calcarienſis Prior, ultimus Vicarius, & primus Prior Sittardienſis. Obiit die 9 Julii anno 1659.

P. Mag. Thomas Leonardi S. T. D. hic 22 ætatis ſuæ anno, raro exemplo, Duaci Philoſophiam docere cœpit, ejuſque repetitum curſum emenſus, ad Magiſterium ſtudii Lovanii, & Regentiam ſecundariam conſecutivè promotus fuit. Anno 1628 licentiæ, & anno 1642 doctoratûs gradum aſcendit, & biennio poſt in Magiſtrorum, S. Theologicæ facultatis Regentium, collegium Lovanii cooptatus fuit. Præter orationem, & ſtudium nihil ei cordi erat. Undè ſextò ſtudiorum noſtrorum Generalium Regentiam laudabiliter obivit.

P. Thomas Leonardi Provincialis.

Ex continuis tot annorum ſtudiis, licet optimæ complexionis eſſet, in pertinacem, ac deſperatum morbum incidit,

à quo, ex medicorum consilio, sanari non poterat: nisi studiorum interruptione. Eo igitur tempore, authoritate apostolicâ, in Priorem Bruxellensem institutus fuit anno 1636.

Cum jam Conventum Bruxellensem binâ vice, & totidem Lovaniensem summâ prudentiâ, & mansuetudine rexisset, multos vitæ suæ annos: nempè à 22 usque ad 68 (excepto tempore, quo Bruxellis præfuit) studiis, ac eruditis disputationibus, tum Duaci, tum Lovanii impendisset, in Capitulo Provinciali, habito Lovanii anno 1668 in Provincialem electus fuit, eodemque anno in actuali visitatione Conventûs Brugensis obiit Calendis Septembris, ætatis suæ anno 72.

Scripsit *Thesaurum gratiarum SS. Rosarii* cum appendice *de Confraternitate SS. Nominis Jesu* Bruxellis typis Martini de Bossuyt annis 1640 & 1643. Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1646. Opusculum hoc in gallicum vertit P. Thomas Parmentier S. T. Lic. Conventûs Branienſis.

Libellum, cui titulus: *Christus crucifixus, sive de perpetua cruce Jesu Christi.* Bruxellis typis Martini de Bossuyt anno 1648 in 12. Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1649, quem in flandricum vertit P. Joannes Bliterswyck Carthusianus, Monialium sui Ordinis Brugis Oeconomus. In gallicum verò Eximius P. M. Traum Ordinis nostri S. T. D. Gallus, Bruxellis habitans. Ibidem typis Martini Bossuyt anno 1648.

Angelici Doctoris D. Thomæ Aquinatis Sententiam de primæ hominis institutione, ejus per peccatum corruptione, illiusque per Christum reparatione, tribus libris comprehensam, adversus Joannem Georgium Dorschæum, Doctorem Lutheranum, per 27 annos Professorem, & Ecclesiasten Argentorati, nunc Ducum Mecklenburgensium Consiliarium, Professorem Theologiæ, & Consistorii Provincialis Assessorem primarium Rostochii, qui gloriatur: se Thomam (AQUINATEM) *exhibere Confessorem veritatis evangelicæ, Augustanâ* (uti ait) *confessione repetitæ. Ad SS. D. N. Alexandrum VII.* Bruxellis typis Baltazaris Vivien anno 1661 in folio. Horum Principum Mecklenbur-

genſium unus, mortuo Dorſchæo, cum Thoma noſtro ad aquas ſpadanas coram egit, & in Galliis, laudatiſſimo exemplo, ejurato Lutheraniſmo, fidem Catholico-Romanam amplexus, & profeſſus eſt.

Confutationem cujuſdam libelli hæretici, cui titulus: Capucinus excaputiatus. Quem ediderat Joannes ab Hamerſtede Miniſter Calviniſta Moſætrajecti. Prodiit hæc confutatio Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1662 in 8. ſuppreſſo tamen nomine Authoris: ne ab acatholicis Moſætrajectenſibus malè exciperetur: ſed nec propter hoc Author illius fuit ignotus: nam poſtea, dum Parentes ſuos inviſeret in eadem Civitate, ab adverſariis quæſitus, ad carceres deducendus, à fideli quodam Catholico admonitus, fugâ libertati ſuæ conſulere coactus fuit.

Quædam huic operi oppoſuit Hamerſtedius; ne primo ictu proſtratus videretur: ſed ſtatim ei reſpondit P. Mag. Leonardi in ſuo libello, cui titulum præfixit: *Unicæ Chriſti Sponſæ, id eſt, Catholicæ ſub Pontifice Romano Eccleſiæ integritas, & ſanctitas denuò aſſerta. Itemque Calviniſmus de violata myſtici thori fide clarè convictus ..... adverſus ſpuria vitulamina cujuſdam Joannis Hamerſtedii, Trajecti ad Moſam concionatoris pſeudo-reformati.* Lovanii typis Hieronymi Nempæi anno 1664 in 8.

Illius operâ prodierunt P. Marci de los Huertos Ordinis noſtri *Quæſtiones in univerſam dialecticam*, in plurimis emendatæ. Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1622 in 8.

P. Mag. HENRICUS WALSENIUS in Univerſitate Lovanienſi S. T. Lic., & in Ordine Magiſter, ſui Conventûs quartò, & Tungrenſis ſemel Prior, obiit die 28 Septembris anno 1669.

P. Mag. DOMINICUS JAMAR S. T. Doctor Sorbonicus, Illuſtriſſimi D. Comitis de Soiſons ex Regali Ducum Sabaudiæ proſapia nati, Archieleëmoſynarius, per decennium in Palatio illius valdè exemplariter vixit, & tandem paralyſi tactus, Pariſiis piè obiit die 3 Januarii 1672.

P. MATTHIAS KEMPENERS ſui Conventûs Syndicus, Conventûs Sittardienſis Prior, Philoſophiam Aquiſgrani,

Philoſophiam, & Theologiam Revinii, & Moſætrajecti docuit. Theologiam etiam iteratis vicibus prælegit in celeberrima Abbatia S. Cornelii Ordinis S. Benedicti, illiuſque Abbatiæ bona temporalia fideliter adminiſtravit.

P. Stephanus Schaep ſui Conventûs, item Sittardienſis, & Tungrenſis Prior. Moniales noſtras Ruræmundenſes anno 1646 ad ſtrictam clauſuram adduxit. Sittardiæ Vicarius exiſtens, in eodem Oppido locum pro inchoando novo Monialibus noſtris Monaſterio procuravit, in eumque die 25 Februarii anno 1649 duas primas fundatrices ſub ſtricta clauſura introduxit. In Oppido Zwollenſi anno 1673 ab Illmo Monaſterienſi Antiſtite expugnato, noſtriſque Fratribus aliquâ parte deſolati ibidem Conventûs noſtri conceſſâ, illius coloniæ Præfectus inſtitutus, ſummo, quo ardebat, fidei zelo novellæ plantationi, paſtorali, & verè paternâ ſolicitudine inſudavit. Tandem factus Prædicator Generalis Conventûs Calcarienſis, & Confeſſarius prædictarum Monialium noſtrarum Ruræmundenſium, ibidem obiit die 5 Septembris anno 1676 ætatis ſuæ 72 profeſſionis 46 Sacerdotii 45.

P. Alanus Gulpen ſui Conventûs, & Tungrenſis Supprior, Philoſophiæ, & Theologiæ Profeſſor, iteratâ vice Novitiorum Director, zeloſiſſimus SS. Roſarii propagator, illud aſſiduè, & ubique in Oppidis, Pagis, Caſtellis, & exercitibus ſummo fervore prædicavit, & multa millia hominum huic ſacro Sodalitio aggregavit. Voti cauſâ Surianum tetendit ad thaumaturgam S. P. N. Dominici imaginem viſitandam. Indè rediens, Venetiis, apoplexiâ ictus, obiit die 6 Novembris anno 1677 ætatis ſuæ 47 profeſſionis 31 Sacerdotii 23.

Scrpſit *Compendium percelebris Confraternitatis SS. Roſarii.* Cui adjecit *Officium quotidianum B. Mariæ Virginis, & officium defunctorum.* Flandricè Leodii typis Henrici Hoyoux anno 1672 in 12.

Opuſculum *de Roſario* à P. Mag. Guerard compoſitum, & à ſe in multis auctum, gallicè edidit Leodii typis Guilielmi Henrici Streel 1671 in 12.

P. Mag.

P. Mag HENRICUS HECHTERMANS tertiò ſui Conventûs Prior, variis in ſtudiis, Aquiſgrani, Bruxellis, Moſætrajecti, & Lovanii Regens, in alma Univerſitate Lovanienſi S. T. Licentiatus, in Ordine S. T. Magiſter, Capituli Provincialis Diffinitor, Conventûs Buſcoducenſis in Mechlinia Prior, primus Vicarius Tungrenſis, Sereniſſimi Principis Maximiliani Henrici Bavari Archiepiſcopi, & Electoris Colonienſis ad Philippum IV Hiſpaniarum Regem Legatus, varia Conventui ſuo procuravit; inter quæ ſplendidiſſimum ædificium, recipiendis hoſpitibus, & infirmis curandis aptiſſimum, quod omni neceſſariâ ſupellectili adornavit. Obiit jubilarius die 4 Maii anno 1679.

Ex hiſpanico in latinum vertit *Sermones doctiſſimi P. Ignatii Cotiño* Ordinis noſtri. Bruxellis typis Franciſci Vivien anno 1652 in 3 tomis in 4.

Item *Compendium totius doctrinæ Chriſtianæ*, compoſitum à P. Joanne à S. Thoma Ordinis noſtri. Bruxellis typis Franciſci Vivien anno 1658.

Ex germanico in belgicum vertit *Vitam B. M. Sororis Agnetis à Jeſu* Ordinis noſtri. Lovanii typis viduæ Adriani de Witte anno 1675 in 8.

P. JOANNES CUYPERS Sittardienſis, ſui Conventûs, & Sittardienſis Prior, Vicariatûs Tungrenſis quondam Vicarius, & in Conventum erecti Prior electus, quam tamen dignitatem: prout & Prædicaturam Generalem, vir verè humilis modeſtè recuſavit. Zeloſiſſimus fidei Catholicæ propugnator, magnum vitæ ſuæ tempus, tam in oppidis, quàm in pagis, prædicando verbum Dei impendit. Controverſias fidei magno cum Catholicorum, & acatholicorum concurſu in Eccleſia Conventûs ſui per multos annos fructuoſiſſimè prædicavit, Catholicos in Fide corroboravit, multos hæterodoxos ad fidem convertit, & pertinaces confudit. Tantis tandem fractus laboribus obiit die 15 Julii anno 1688.

P. Mag. JOANNES NIPELS S. T. D. Lovanienſis, Lovanii Magiſter Studii, Tungris Prior, Coloniæ, & Antverpiæ Regens ſecundarius, Studii noſtri Generalis Lovanienſis Regens primarius denominatus, obiit Antverpiæ die 19 Junii 1688.

P. Mag. ALBERTUS KLEINEN, de quo meritò dici poteſt:

Vir magnus meritis, nomine PARVUS erat.

ſui Conventûs iteratâ vice Prior, juvenis Salmanticæ ſtuduit. Ad ſuos redux, Scientias, quas in celeberrimo illo Studio hauſerat, Lovanii deprompſit, Studii Generalis ibidem iteratâ vice Regens, & in alma Univerſitate S. T. Doctor. Poſtmodum in Eccleſia ſui Conventûs, applaudentibus Catholicis, frementibus fidei hoſtibus, controverſias doctiſſimè prædicavit: Ob hæc, aliaque laudabiliſſima ejus merita evectus ad Præfecturam Miſſionis Apoſtolicæ Confœderati Belgii, ſe in illo munere irreprehenſibilem præbuit, ac tandem morti ceſſit die 29 Aprilis 1694.

P. Guinandus Winants S. T. D. Theologus Imperatoris.

P. Mag. GUINANDUS WINANTS S. T. D. invictiſſimi Imperatoris Leopoldi primi Theologus, & Conſiliarius, R^mi P. Antonii de Monroy totius Ordinis noſtri Magiſtri Generalis (poſteà Archiepiſcopi Compoſtellani) ſocius, Conventuum utriuſque Germaniæ Ordinis noſtri Viſitator Generalis, Provinciæ Teutoniæ Prior Provincialis: Commiſſarius, & Vicarius Generalis deſolatæ Provinciæ Hungariæ. Obiit Viennæ Auſtriæ die 7 Martii anno 1695 ætatis ſuæ 60.

P. JOANNES QUICX ſui Conventûs Supprior, Prior, & per triginta duos annos Magiſter Novitiorum. Vir admodum exemplaris, & ab omnibus habitus ut Sanctus. Obiit cum opinione ſanctitatis die 24 Februarii anno 1709 ætatis ſuæ 89 profeſſionis 71 Sacerdotii 63.

P. JACOBUS NIPELS S. T. Præſentatus, abſolutis in celebri Univerſitate Barcinonenſi in Hiſpania ſtudiis, ad ſuos redux, Philoſophiam, ac Theologiam iteratò in ſuo Conventu, & in variis Cœnobiis docuit. Poſtmodùm iteratâ vice Supprior, ac tandem Prior; quibus officiis laudabiliſſimè geſtis, ad Regentiam Secundariam Studii noſtri Generalis Antverpienſis evocatus, paralyſi tactus, ad Conventum ſuum redire coactus; per plurimos annos ex illa infirmitate multa incommoda, & dolores perpeſſus eſt. Obiit die 27 Maii anno 1716 ætatis ſuæ 67 profeſſionis 50 Sacerdotii 42.

DE CONVENTU LUXEMBURGENSI.

INTRODUCTIO.

LUxemburgum (olim Lucis-Burgum , Lucelburgum) totius Ducatûs Provinciæ Belgicæ iſtius nominis Metropolis , Treviri decem , Metis totidem , Theonis-villâ ſex , Arluno quinque leucis diſſitum : partim in rupe , partim in valle extenſum , reſecante Aliſontiâ fluvio , in ſuperius , & inferius bipartitur.

Civitatem hanc Concilium Provinciale multùm illuſtrat. Inter loca ſacra numeratur Conventus Ordinis noſtri , inter Eccleſias parochiales : S. Michaëlis , & S. Udalrici , quarum Paſtores ſunt Patres noſtri , qui ad libitum Superiorum Ordinis ad illa munia deputantur , & amoventur.

Cum Conventus hic à paucis tantùm annis à Provincia Teutoniæ ad noſtram Germaniæ inferioris tranſierit , & omnia illius monumenta non viderim : malo de illo pauca ſcribere , quàm in multis errare.

Beatrix Bellomontana, Margaretæ Conſtantinopolitanæ, Comitiſſæ Flandriæ , Hanoniæ , &c. & Brochardi Aveſnenſis ex Balduino filio neptis , aviæ ſuæ , Ordinis Prædicatorum in Belgio zeloſiſſimæ promotricis , veſtigiis inhærens , unà cum filio ſuo Henrico, tunc Comite Luxemburgenſi (poſteà Romanorum Imperatore) Luxemburgi Conventum Ordini Prædicatorum fundare ſtatuit , eumque in finem Legatos ſuos ad Capitulum Provinciale Provinciæ Teutoniæ , Ultrajecti congregatum, miſit cum ſequentibus litteris :

Litteræ Fundatricis.

„ Honorabilibus , & diſcretis Viris religioſis , F. Conrardo Provinciali Fratrum Prædicatorum per Teutoniam, „ nec non Diffinitoribus Capituli Provincialis in Trajecto

„inferiori proximè celebrandi, Beatrix Comitiſſa Lucelbur-
„genſis, & Henricus ejus filius primogenitus, ejuſdem loci
„Comes, ſucceſſus in ſemitis regularibus ſalutares. Sacræ
„veſtræ religionis beatitudo nos admonet: ut erga illam,
„pro ſalute fidelium in agro Domini conſtructam, devo-
„tionis plenitudine ferveamus; ipſam enim, ſicut ſperamus,
„& credimus, in æternitatis ſpecula ſuperni ſpecie contem-
„plantur, eamque ſtatuit providentia cœleſtis in terris ſalu-
„tis, & gratiæ fidelibus oſtenſuram: ſicut quam præfulgi-
„dis viatorum ſemitas eminentiâ ſui ſplendoris illuſtrat: quod
„ad ejus radium, mentis puritate converſi ad viam rectitu-
„dinis retrahantur ab inviis: præſertim in tenebris aberran-
„tes. Cum igitur dives in omnibus Deus in vos reciprocam
„veſtram noluerit gratiam coarctari: ſed in regionibus, quæ
„ad meſſem albæ fiunt, & in quibus operarii pauci ſunt,
„emiſſiones radioſas extendere beneficiorum multiplicium:
„ut ſitis laſſis appodiamentum, lapſis levamentum. Ad vos
„affectu, quo poſſumus ampliori, propinquamus, humiliter
„poſtulantes: quatenus nobis in territorio noſtræ juriſdictio-
„nis; videlicet in Lucelburg, domum veſtri Ordinis con-
„cedere dignemini pro remedio animarum noſtrarum per
„nos conſtruendam, quam ſecus decurſus noſtrarum con-
„ſolationum radicatam, ſic noſtri favoris reſpergat irri-
„guum, ſic veſtræ benedictionis infundat alluvium: ut ſicut
„unius, qui plantat, & rigat, coloni cuſtodiâ virens, flo-
„rens, & fructificans; nec cœli ſuffocabitur ab avibus:
„nec à terræ beſtiis depaſcetur, gratanter advertentes: quod,
„etſi nobis adhuc non blandiatur multorum copia merito-
„rum: in hoc tamen dono, tamquam accepto cœlitùs,
„gloriamur: quod mentis devotione, ſedulo etiam favore,
„libenter proſequimur ſervos Chriſti, quos, ſicut in
„ipſis cunabulis didicimus, & à noſtris progenitoribus,
„quaſi pro quodam hæreditario jure accepimus, ſinceriùs
„amplexamur: offerentes nos vobis, tamquam amabilibus,
„& præcharis, ad omnia illa, quæ de poſſibilitate noſtra
„veſtra duxerit ſinceritas requirenda. Valeat veſtra Societas
„noſtri memor, atque noſtrorum. In cuius rei teſtimonium

„ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum M. C. C. „nonageſimo ſecundo Sabbato poſt diviſionem Apoſto- „lorum.

Eaſdem litteras prædicti Comites eodem anno paulò ante miſerant ad Capitulum Generale, Romæ congregatum, à quo, prout & à Capitulo Provinciali Teutoniæ, gratanter acceptæ fuerunt, & ad petitionem illorum Luxemburgi Conventus Ordini noſtro eodem anno fuit erectus. Erectio hujus Conventûs.

Quam benignè Fratres noſtri Luxemburgi fuerint recepti, ex eo colligi poteſt: quod ſupradicta Comitiſſa, cum filio ſuo, ad orientalem palatii ſui portam Conventum Ordini noſtro ædificari juſſerit, &, ut continuo Fratrum noſtrorum conſortio perfrui poſſet, aditum aperiri mandavit: quo ex Caſtro ſuo ad Conventum, & ex Conventu ad Caſtrum, tam prædicti Comites: quàm Fratres noſtri commodiùs pertranſire poſſent. Notatu dignum.

Qualis formæ, aut fabricæ Conventus hic à prædictis Fundatoribus extructus olim fuerit, nunc deſcribi non poteſt: cum poſt illius deſtructionem, factam anno 1544 vix rudera ſuperſint.

Conventus hic anno 1543 à Gallis Luxemburgum vi occupantibus combuſtus, in favillam, & cinerem redactus, & anno ſequenti in Urbis munimen ſolo æquatus fuit juſſu Caroli V Romanororum Imperatoris, qui Fratribus noſtris alium fundum in domicilium dedit. Secunda habitatio.

Alium prædicto commodiorem locum obtinuerunt Fratres noſtri munificentiâ R. D. Joannis Baronis in Brandenburg, & Meiſenburg, &c. Sacerdotis ſub annum 1599. Fundus hic continebat Sacellum SS. Trinitatis cum fundo quodam illi adjacente, in quo aliqualem Conventum ædificarunt Fratres noſtri, quem inhabitare cœperunt ſub annum 1611. Tertia habitatio.

Erat in hac Civitate Eccleſia quædam Parochialis, S. Michaëli Archangelo ſacra, cujus proventus adeò exigui erant: ut ex illis Paſtor aliquis vix ſuſtentari poſſet, quod cauſa fuit frequentiſſimæ mutationis Paſtorum. Inclytus Senatus Luxemburgenſis, & Parochiani conſiderantes: hanc

mutationem bono ſpirituali tot animarum obeſſe ; Fratribus noſtris conſuluerunt : ut onus paſtorale illius Eccleſiæ aſſumerent , & non procul ab illa Conventum ædificarent in fundo longè ampliore , & commodiore. Hoc conſilium, utpotè affectu benevolo datum , Patres noſtri approbarunt, & ſedem , quam per triginta quatuor annos tenuerant, mutare decreverunt.

Quædam Religioſæ , dictæ *de Congregatione B. Mariæ Virginis*, Luxemburgum ab aliquo tempore advenerant: ſed nullum domicilium fixum hactenùs habuerant. Illæ igitur de noſtro ſibi emendo agere cœperunt, & cum Patribus noſtris contractum emptionis inierunt die 13 Martii anno 1628 qui approbatus fuit à R^mo P. Seraphino Sicco totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali , & à Concilio Provinciali Regio Ducatûs Luxemburgenſis.

Mox Fratres noſtri duas domos , & fundos juxtà præfatam S. Michaëlis ædem coemerunt : ſed cum fundi illi adhuc nimis anguſti forent ; niſi tertia domus , quæ erat D. Marchionis Badenſis adjungeretur, illam idem D. Marchio, pro innato ſibi erga Ordinem noſtrum affectu, Fratribus noſtris in puram eleëmoſynam dedit in perpetuum poſſidendam.

Moniales noſtræ celeberrimi Monaſterii Mariæ-vallis, & Moniales inclyti Monaſterii Brandenburgenſis Ordinis Ciſtercienſis, quibus jus patronatûs prædictæ Eccleſiæ parochialis S. Michaëlis alternativè competebat, idem jus huic Conventui noſtro dederunt, & ceſſerunt. Quæ donatio, & ceſſio confirmata fuit ab Eminentiſſimo D. Archiepiſcopo Electore Trevirenſi, & Ampl^mo D. Archidiacono S. Agathæ in Longiovo Canonico Capitulari Eccleſiæ Trevirenſis, qui P. Nicolaum Fleſgin hujus Conventûs Priorem, tamquam primum ex noſtris Eccleſiæ parochialis S. Michaëlis Paſtorem acceptavit , & introduxit de conſenſu, & placeto Concilii Regii Ducatûs Luxemburgenſis.

Incorporatio Eccleſiæ Parochialis S. Michaëlis.

Loco ad S. Michaëlis in formam Conventûs aliqualiter redacto , die 19 Novembris anno 1628 Fratres noſtri ex ſupradicto ad SS. Trinitatis domicilio ad hunc novum Conventum proceſſionaliter tranſmigrarunt, Auguſtiſſimum Sa-

Quarta habitatio.

cramentum deferente P. Nicolao Frolich hujus Conventûs Priore; & hoc modo Ecclesiæ S. Michaëlis possessionem inierunt.

Anno 1616 hæredes, & tutor hæredum Illmi quondam Domini Petri Ernesti Principis, & Comitis in Mansfelt, Gubernatoris (dum viveret) Generalis Ducatûs Luxemburgensis, & Comitatûs Chinensis, &c. curam parochialem pagi de Ventingen jure patronatûs ad eosdem hæredes devolutam, unierunt, & incorporarunt huic Conventui: quam unionem, & incorporationem Eminentissimus D. Lotharius Archiepiscopus Elector Trevirensis confirmavit die 27 Junii anno 1617. Incorporatio Ecclesiæ de Ventingen.

Anno 1621 die 16 Julii prænobilis D. Sebastianus à Tynner Dominus temporalis in Hollenfeltz, & D. Maria ab Hochstein uxor ejus huic Conventui dederunt jus suum patronatûs Ecclesiæ parochialis de Oberkerschen cum omnibus, ac singulis ad ipsum quovis modo spectantibus, juribus, aut emolumentis: nihil penitùs excludendo, vel sibi, posterisve, aut hæredibus suis reservando. Hanc donationem, & cessionem approbavit, ratificavit, & confirmavit Eminentissimus D. Philippus Christophorus Archiepiscopus Elector Trevirensis die 28 Januarii anno 1625. Item Patronatus de Oberkerschen.

Die 31 Julii anno 1679 vesperi circà horam septimam exortum est incendium, quo Ecclesia cum præcelsa turri combusta, & campanæ liquefactæ sunt. Testudo chori concremata, & confracta, organum, & cives aliquot, qui ad extinguendum ignem concurrerant, oppressit: sed adjacentes civium domus intactæ permanserunt.

Anno 1683 Galli triduo ante festum Nativitatis Domini multas machinas bellicas, quas *Bombas* vocant, in hanc Urbem injecerunt, quibus magnum damnum civium domibus, & huic Conventui intulerunt.

Anno sequenti Gallorum exercitus Luxemburgum obsidione cinxit, & post 35 dies, pactis quibusdam conditionibus, Regi suo subjugavit. Hujus obsidionis tempore Conventus hic multum damni passus est à majorum tormentorum bellicorum globis, & bombis, quæ totum te-

ctum, campanile, & Sacellum SS. Rosarii devastarunt.

Anno 1687 Ludovicus XIV Rex Christianissimus Luxemburgum venit, & Conventum nostrum visitans, vidensque miserrimum ejus statum, quatuor millia dalerorum ad illius restaurationem numerari jussit.

APPENDIX APOLOGETICA.

PRo P. F. Bernardo de Monte Politiano Confessario Henrici VII Imperatoris, Fundatoris Conventûs nostri Luxemburgensis adversus quosdam Calumniatores, necem prædicti Imperatoris falsò imponentes præfato P. Bernardo, quos secuti sunt Meyerus in Annalibus Flandriæ, folio 117 & novissimè D. Jacobus Leydekker Sectæ Calvinianæ Minister Medioburgensis in Zelandia, vicinia nostra.

Eximius P. Mag. Thomas Du Jardin S. T. D. quondam Studii nostri Generalis Lovanienſis Regens Primarius, & nunc tertiâ vice Prior Conventûs sui Gandensis anno 1711 edidit sexaginta Controversias, pro defensione Fidei Catholicæ, tum Lovanii, tum Gandavi coram Catholicis, & Acatholicis, qui sub vexillis Potestatum Confœderatarum tunc in Belgio militabant, in publicis concionibus antea prædicatas: frementibus quidem; sed nihil scripti opponentibus Fidei Romano-Catholicæ adversariis.

Tandem D. Jacobus Leydekker, cujus oculis ægris odiosa erat lux veritatis, calamum strinxit, sed à veritate auditum avertens, ad fabulas autem conversus, multa scommata, & convitia, ad controversias fidei non pertinentia, libro suo inseruit. Huic præfatus Eximius oppositit secundum magnæ molis, & maximæ eruditionis volumen bipartitum, editum Gandavi typis Augustini Graet anno 1716 in folio, cui flandricè conscripto titulum præfixit: *de Spoore der Catholycken.* Id est: *Stimulus Catholicorum.* Et anno sequenti idem Opus multò compendiosius edidit typis prædictis in commodiorem usum Missionariorum, & viatorum, sub titulo: *de Schole der Waerheydt*, id est *Schola Veritatis.*

Inter cæteras calumnias, quas evomuit supranominatus Jaco-

Jacobus, duæ ſunt, quæ potiùs Hiſtoriam Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris, quàm controverſias fidei concernunt, nempè : intoxicatio Henrici VII Fundatoris Conventûs noſtri Luxemburgenſis à quibuſdam malevolis ficta, & P. Bernardo de Monte Politiano impoſita.

Alia : ritus ſumendi Sacram Hoſtiam in SS. Miſſæ Sacrificio diu ante mortem prædicti Imperatoris in Ordine noſtro uſitatus, & malitiosè interpretatus.

Præter teſtimonia multorum, quæ videri poſſunt in ſecundo libro ſupradicti Eximii, folio 664. Et in libro, cui titulus : *l'Année Dominicaine* tomo 1 menſis Septembris folio 18. Et in fine ejuſdem tomi folio 48. Innocentiam ejuſdem P. Bernardi teſtantur litteræ Joannis Regis Bohemiæ ejuſdem Imperatoris Filii, quæ ſunt hujus tenoris :

„ Joannes Dei gratia Bohemiæ Rex, Luxemburgenſis „Comes, univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in „eo, qui cuſtodit veritatem in ſæcula, & facit judicium „omnibus, qui injuriam patiuntur. Quia Salvator noſter in „hunc mundum venit, ut perhiberet teſtimonium veritati, „& nos ſecundùm modum noſtrum debemus ipſum, quan„tùm poſſumus, imitari, & maximè : quando per vanitates, „& inſanias falſas veritas corruit in plateis, & ſalus populi „graviùs impeditur ex eo, quòd aliqui diminuant bonam fa„mam illorum, qui pro veritate fidei mittuntur : ut ſint in „lucem gentium, & loquendo, & exhortando uſque ad „extremum terræ proficiant cuilibet ad ſalutem : quicum„que enim ſic cogitant infamiam, vel procurant contrà „Dei nuntios, ſeu miniſtros; reſtat proculdubio, quod con„trà populum Dei conſilium malignantur ; undè ait Pro„pheta : *ſuper populum tuum malignaverunt conſilium*, & cauſa „illicò ſubinfertur : *quia cogitaverunt adverſus Sanctos tuos.* „Et ſequitur : *ut non memoretur nomen Iſraël ultrà.* Nuper „autem retulit coram nobis religioſus vir Fr. Petrus de Ca„ſtro Reginaldi Ordinis Fratrum Prædicatorum : quòd in „magnum ipſius Ordinis dedecus, & contemptum facti ſunt „Romantii, Chrónicæ, & Moteti, in quibus continetur : „quòd claræ memoriæ Dominum, & genitorem noſtrum

„Imperatorem Henricum Frater quidam Bernardus de Mon-
„te Politiano Ordinis ſupradicti, adminiſtrando ei Sacra-
„mentum Euchariſtiæ venenârit; & propter hoc ad defen-
„ſionem veritatis prædictus Frater de Caſtro Reginaldi ha-
„bere ſuper hoc litteram teſtimonialem humiliter ſuppli-
„carit, & nos ipſius ſupplicationi, prout poſſumus, incli-
„nantes, notum facimus univerſis: quòd à principio, quan-
„do rumores audivimus de prædictis, nos, & amici noſtri
„de his inquiſivimus diligenter, & contrà dictum Fratrem
„Bernardum de Monte Politiano nihil invenimus fide dig-
„num; idcircò ipſum credimus prædictum facinus nullate-
„nùs commiſiſſe; quia Dominum Genitorem noſtrum in
„ſua infirmitate ultima ipſe Frater Bernardus diligenti obſe-
„quio cuſtodivit, & pacificè in ſua Religione inter fideles
„Imperii commorando (*a*) ubi à familiaribus prædicti Domi-
„ni Genitoris noſtri longo tempore ſupervixit, (*b*) & hoc
„fuit non modicum ipſius innocentiæ argumentum. Duæ
„etiam Amitæ noſtræ, Sorores prædicti Domini Genitoris
„noſtri habitum prædicti Ordinis ſuſceperunt (*c*) quarum
„una fuit Prioriſſa in quodam Monaſterio, & ſic profeſſæ
„in dicto Ordine uſque ad mortem manſerunt. Poſteà etiam
„Domina Maria Soror noſtra germana ſuſcepit habitum Or-
„dinis memorati: (*d*) tamen antequam eſſet profeſſa, in-
„clytæ recordationis Carolus (*e*) Rex Francorum eam ſibi
„in uxorem petiit copulari, & ſic facta Regina Francorum,
„quamdiù vixit, habuit Confeſſarium de Ordine ſupradicto,
„& poſt mortem, ſicut elegerat, habuit inter Sorores ip-
„ſius Ordinis ſepulturam (*f*) & ſimiliter Avia noſtra Domi-

(*a*) Aretii ut teſtantur litteræ teſtimoniales D. Guidonis Epiſcopi Aretini, Frederici Comitis Feltri, Poteſtatis, Concilii, & Communitatis Civitatis Aretinæ, Capitanei, & Concilii partis Imperialis extrà Florentiam.

(*b*) Indè apparet falſitas: illum à Gibellinis fuiſſe excoriatum, ut falsò aſſerit Meyerus.

(*c*) Senior erat D. Felicitas vidua D. Joannis Lovanienſis, Hasbecani, Herſtalii, cujus Filiæ in eodem Monaſterio, nempè Bellomontano Valencenis, poſteà etiam factæ ſunt Moniales.

Junior erat D. Margarita Prioriſſa Monaſterii noſtri Vallis B. Mariæ in Ducatu Luxemburgenſi.

P. Rechac malè habet: *Brugenſi.*

(*d*) Etiam in Monaſterio Bellomontano.

(*e*) Carolus IV cognomento *Pulcher* Confeſſarium habuit P. Wibertum Bonvelli Conventûs Rotomagenſis.

(*f*) In Monaſterio Montis Argæi.

„na Beatrix Mater dicti Domini genitoris noſtri, quæ poſt „eum aliquo tempore ſupervixit (g) fecit ſe inter Sorores „prædicti Ordinis ſepeliri. Nos etiam, & chariſſima Con„ſors noſtra habuimus poſteà de prædicto Ordine Confeſ„ſores, & ſi nobis, & amicis noſtris apparuiſſet: quod ali„quis de Fratribus Ordinis ſupradicti in Dominum Genito„rem noſtrum tam doloroſum, & nefandum flagitium per„petraſſet, numquam voluiſſemus tot, & tantas familiari„tates Fratribus ipſius Ordinis exhibere. Ideò rogamus, „quantùm poſſumus, univerſos: ut, ſicut docet Apoſtolus, „*deponentes mendacium*, *loquatur unuſquiſque veritatem cum* „*proximo ſuo*, quòd non credat narrationibus igno„rantium, & Romantiis, in quibus contrà veritatem plu„rima continentur; quia hoc eſſet in detrimentum ſalutis „eorum, & præjudicium animæ Patris noſtri. Rogamus „etiam quemlibet, qui ſuper hoc à Fratribus prædicti Or„dinis fuerit requiſitus: ut procuret, ſicut poterit, quòd „adverſarii à prædictis æmulationibus arceantur; ita ut to„tus prædictus Ordo Fratrum Prædicatorum poſſit Deo ſine „cordis moleſtia liberiùs deſervire, & populum ad viam ſa„lutis efficaciùs revocare. Quod ut perpetuæ firmitatis ro„bur obtineat: præſentibus noſtris litteris noſtrum fecimus „apponi ſigillum. Datum in Caſtro noſtro de Magduno ſu„per Curam Bituricenſis Diœceſis decimâ ſeptimâ menſis „Maii anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſexto.

Plura ergà Ordinem noſtrum ſpecialiſſimi amoris ſui ſpecimina oſtendit inclyta Stirps Luxemburgica: nam prædictus Joannes Rex Bohemiæ anno 1323 die 7 Idus Auguſti exiſtens in Monaſterio B. Mariæ-Vallis, eidem Monaſterio dedit jus patronatûs trium Eccleſiarum Parochialium, nempè: D. Michaëlis Luxemburgi, Rurenſis, & Danvillerii ad ſalutem animæ ſuæ, auguſtiſſimorumque Parentum Henrici Imperatoris, & Margaritæ Conjugis ejus „ac etiam ob „reverentiam, & dilectionem præclaræ, & religioſæ So„roris Margaretæ de Lucemburch (ut loquitur Diploma) „Amitæ noſtræ chariſſimæ, veſtrique præfati Monaſterii „nunc Prioriſſæ, quæ unà vobiſcum Deo dicata, divinis „laudibus inſiſtit.

(g) Fundavit Monaſterium Bellomontanum Valencenis anno 1310. Confeſſarium habuit P. Joannem Bonleſeys Conventûs Valencenenſis, in hoc Monaſterio per plures annos vixit, & anno 1320 in medio chori ſepulta fuit. A dexteris ejus jacet Sr. Felicitas Filia ejus, & quatuor Filiæ Felicitatis hujus Monaſterii Moniales in tumbis ſeparatis.

Die 26 Augusti anno 1346 idem Rex in prælio Cressiacensi cæsus, in Monasterio nostro Bellomontano Valencenis, & Beatrix Borbonica uxor ejus in Conventu nostro S. Jacobi Parisiis posteà sepulti fuerunt. Ipse quoque Balduinus Archiepiscopus Trevirensis prædicti Henrici Imperatoris Frater germanus in eodem Monasterio post mortem tumulatus fuit.

Carolus illius nominis IV Romanorum Imperator, supradicti Joannis Regis Bohemiæ filius, Wenceslai, & Sigismundi Imperatorum Pater ex speciali ergà Ordinem nostrum affectu petiit: Pragæ congregari Capitulum Generale. Ad illud anno 1359 convenerunt Patres nostri, quos prædictus Imperator ad confusionem calumniatorum benignissimè excepit, in mensa sua familiarissimè pertractavit, eorum disputationibus scholasticis interfuit, & Ordini nostro in ditionibus suis multa Privilegia duobus sigillis aureis munita concessit, rogavitque: ut Patres nostri Pragæ instituerent Studium Generale, & cùm anno 1361 ibidem Academiam litterariam fundaret, Doctores ex Ordine nostro in Regentes instituit.

Secunda calumnia à D. Jacobo Leydekker vel ficta, vel adoptata, est contra ritum, seu modum FF. Prædicatorum sumendi sacram Hostiam manu sinistrâ, dum Missam celebrant, quem ritum dicit: esse præscriptum in punitionem sceleris supradicti P. Bernardi de Monte Politiano.

Falsitas hujus calumniæ luce clariùs demonstratur ex antiquo Rituali Ordinis nostri conscripto anno 1254 sub initio Generalatûs Humberti V totius Ordinis nostri Magistri Generalis, in quo habentur illa verba: *& siniſtrâ retinens duas partes* (Hostiæ divisæ) *usque ad perceptionem Sacramenti.* Idem videri potest in antiquo Rituali conscripto antequam anno 1298 in Ordine nostro ageretur officium aut Missa de S. Ludovico Rege, quod asservatur in Conventu nostro Insulensi. Ritum illum approbavit Clemens IV anno 1267, & Honorius IV anno 1284, & in sacris Constitutionibus nostris distinctione 1. *de Officio Ecclesiæ* Cap. 1. statuitur: *totum Officium, tam diurnum, quàm nocturnum, secundùm*

correctionem, & ordinationem venerabilis F. Humberti Magistri Ordinis nostri confirmamus, & volumus uniformiter ab omnibus observari; ità quod nulli liceat aliquid de cætero innovare.

Nota. P. Humbertus electus fuit in Magistrum Generalem in Capitulo Generali apud Budam anno 1254, & in Capitulo Generali Londini anno 1263 Magisterio Generali sponte cessit. Henricus verò Imperator supradictus obiit anno 1313. Ex quibus constat: ritum illum sumendi manu sinistrâ sacram Hostiam in SS. Missæ Sacrificio diu ante mortem prædicti Imperatoris in Ordine nostro fuisse usitatum. Si ritus ille in punitionem fuisset præscriptus; deberent Patres nostri etiam S. Calicem sumere manu sinistrâ, quod non faciunt; nam D. Leydekker dicit: P. Bernardum de Monte Politiano Calicem vitæ vertisse in calicem mortis.

Vide etiam refutationem illarum calumniarum pag. 159 libri flandrici, cui titulus: *certa infallibilitas Ecclesiæ Romanæ, & Pontificum, non solùm circà fidem, & mores: verùm etiam in canonizatione Sanctorum ..... adversùs Mensonem Heydenryk Preconem dictorum Reformatorum Mosætrajecti* quem occasione solemnitatis Canonizationis S. Pii V Pontificis Maximi contrà prædictum Mensonem multas blasphemias in S. P. N. Dominicum, & S. Pium V ex suggesto evomentem, anno 1714 edidit P. Mathæus Dolmans Conventûs nostri Mosætrajectensis filius, & Controversiarum Fidei in Ecclesia ejusdem Conventûs zelosissimus Prædicator. Tædet me diutiùs inhærere refutationi calumniarum, quæ speciem veritatis non habent; nisi penes indoctos, & excæcatos, aut obduratos.

DE MONASTERIO NOBILIUM VIRGINUM MARIÆ-VALLIS.

Sub obedientia Ordinis.

HUjus præclarissimi, & antiquitate spectabilis Monasterii, tribus leucis Luxemburgo dissiti, originem sic

describit R. P. Alexander Wilthemius Luxemburgensis Societatis Jesu in *Vita venerabilis Jolandæ* folio 34 :

„ Est infrà Luciliburgum vicus ad Alisontiam luculentus „*Marisch*. Habet is vicus parœciam latissimis finibus diffu„sam. Intrà hos fines Yscha fluvius, haud longè Orolauno „exoriens, arcem veterem alluit Holfeltziam. Huic arci „subjicitur vallis, medias inter sylvas, atque rupes depres„sa, permeante tacitè Yschâ. Hîc inventum in arbore sa„xeum divæ Virginis Simulachrum, Cœnobio Sanctimo„nialium Mariæ-Vallis initium dedit. Rem ità gestam tra„dunt : Theodoricus ex gente Marischia Vir nobilis, Da„pifer Ermesindis Comitissæ Luciliburgensis, haud procul „ab ea arbore villulam in monte habebat ; ubi animi causâ „rusticari sæpè solebat. Contigit : ut in arbore, quam dixi, „simulachrum illud Divæ Virginis inveniret. Eâ re lætus, „simulachrum arbori exemptum in villulam transfert, ibi „cultum ei adhibiturus : sed postridiè, divinitùs arbori re„stituta, imago non apparuit. Theodoricus, seu furto, seu „alio casu id factum ratus, iterùm imaginem villulæ infert: „sed posterâ die inventum ; illam remigrasse suam in arbo„rem. Tertiò igitur in villam defertur. Sed & tùm quoque „primam, ut ante, sedem repetiit. His prodigiis intellexit „tandem Theodoricus : velle D. Virginem in valle, non „in monte, coli imaginem suam. Itaque ei ædiculam susci„tat. Crescente ex hinc veneratione prodigiosæ imaginis, „statuit Theodoricus Cœnobium ibi Virginum condere, „consentiente in id Elisâ conjuge..... anno 1232 Ka„lendis Martiis Theodoricus ab Henrico ex nobili Brachia„na Provinciæ nostræ gente oriundo D. Maximini (ad Tre„viros) Abbate fundum, suis terminis definitum emit, in „quo Cœnobium conderet. Dehinc excitæ Sanctimoniales „D. Dominici, cœptumque strui, & disciplinâ institui exi„le Cœnobium, dirigente opus Joanne, ejusdem Ordinis, „Theologiæ in Trevirensi Monasterio Professore. Cumque „subindè, seu quodam piæ liberalitatis certamine viri nobiles „exurgenti Cœnobio varia bona donassent : tandem anno „1237 Ermesindis Comitissa Luciliburgensis cum filio Hen-

„rico emptionem fundi ratam habuit, & juri ſuo, ſi quod „in eum fundum haberet, liberali cauſâ ceſſit, & res, „poſſeſſioneſque hactenùs Cœnobio datas, atque impoſte„rùm dandas tabulis publicis probavit, quarum tenor hîc „ſequitur :

„ Hermeſindis Dei gratiâ Comitiſſa de Lucelburg omnibus „præſens ſcriptum intuentibus, notum facimus: quod nos „allodium Theodorici Dapiferi noſtri, quod idem Theo„doricus emit, & Eccleſiæ Sanctimonialium *de Valle S. „Mariæ* cum conſenſu Elyſæ uxoris ſuæ liberaliter contulit, „& protenditur à ſemita, quæ de Schindelce tranſit in Ca„lembach, uſque ad rivum, qui dicitur *Viſchbach* ex una „parte, & uſque ad rivum, qui dicitur *Merlebach*, ex al„tera parte, eidem Eccleſiæ confirmamus, juri noſtro, „ſi quod in præfatis bonis habemus, vel habere potuimus, „pro animæ noſtræ remedio renuntiando, & tam hæc bo„na, quàm alia, quæ prædicta Eccleſia in præſenti poſſi„det, & impoſterùm, favente Deo, poterit adipiſci, in „noſtram recipimus protectionem. Ne autem hæc noſtræ „pietatis ordinatio ab aliquo impoſterùm impugnari valeat, „vel infringi, præſens ſcriptum indè confectum, de con„ſenſu Filii noſtri Henrici Comitis, Eccleſiæ tradidimus „ſupraſcriptæ ſigilli noſtri, & ejuſdem Filii noſtri munimi„ne roboratum. Datum anno Domini milleſimo ducenteſi„mo trigeſimo ſeptimo in Cathedra Petri.

Acceſſêre aliæ tabulæ Theodorici illius nominis II Archiepiſcopi Trevirenſis, datæ anno 1238 quibus antedicta omnia ratihabita, & huic Monaſterio ampliſſima collata fuerunt.

Hoc Monaſterium omnium aliorum Belgicorum noſtrorum antiquiſſimum, ſubeſt juriſdictioni Prioris Provincialis Provinciæ Teutoniæ. In hoc Monaſterio anno 1297 centum ferè & viginti Moniales fuiſſe : conſtat ex litteris Boëmundi Archiepiſcopi Trevirenſis, & numero Sedilium Chori.

Eccleſiam hujus Monaſterii conſecravit anno 1296 prædictus Boëmundus, qui anniverſarium illius diem quotannis in Octava Paſchæ celebrandum tranſtulit.

„ Annus 1636 (ut notat ſupracitatus Author) Provinciæ „Luxemburgenſi ſuprà omnem memoriam præteriti tempo- „ris calamitoſus , eam propèmodum ad ſolitudinem redegit „belli injuriis , & peſtilentiâ incredibili , editâ rerum om- „nium ſtrage. In communi exitio Mariæ-Vallis mirè affli- „cta eſt , familiâ redactâ ad ſex capita , Nicolaâ Dalle- „montiâ Prioriſſâ morte ſublatâ. Inter ſex illas Virgines duæ „erant ob ætatem nondum ſuffragio accipiendo habiles. Egê- „re itaque , quæ ſupererant , Virgines apud R^mum P. Ni- „colaum Rudolphium Generalem : ut ex alio Cœnobio „tranſmitterentur , quæ numerum augerent , & priſtino „flori reducendo juvarent. Poſt multas , maximaſque pre- „ces , agente Adm. R. P. Joanne Frid Provinciali Germa- „niæ , Pontificiâ authoritate ex Cœnobio D. Catharinæ Au- „guſtâ Vindelicorum tres , & genere , & prudentiâ , & vir- „tute nobiliſſimæ Virgines miſſæ ſunt : Maria Magdalena „Comitiſſa Kurzia , Juliana Velſera Patricia Auguſtana , & „Maria Maximiliana Comitiſſa Fuggera. Magdalenæ de- „mandatum munus Prioriſſæ , Julianæ Supprioriſſæ , Ma- „ximilianæ data cura Tyrocinii. Hæ Auguſtâ profectæ , Ma- „riæ-Vallem advenerunt anno 1642 VIII Idus Majas , eo- „demque die , adſtantibus Adm. RR. PP. Arnoldo Gilio , „& Lucâ Neuheuſero , illo Trevirenſi , hoc Luxembur- „genſi Priore , promulgatâ publicè earum confirmatione , „ſuum quæque Magiſtratum feliciter iniit.

In hoc Monaſterio plurimæ Virgines , ſpretis mundi illecebris , & illuſtrium familiarium ſuarum pompis , in religioſa humilitate , & paupertate Chriſto Sponſo ſuo ſe , ſuaque omnia ſacrificarunt. Imprimis :

Venerabilis Soror JOLANDA VIENNENSIS , ſeu VIANDENSIS. Hæc avum habuit Petrum Curtiniacenſem , Imperatorem Conſtantinopolitanum , Aviam Jolandam Balduini V Comitis Hanoniæ , & Margaritæ Alſatienſis Comitiſſæ Flandriæ Filiam , Patrem Henricum Comitem Viennenſem in Ardenna (non Auſtria) Matrem Margaretam prædicti Petri Imperatoris Filiam , & Balduini VI Comitis Flandriæ , Hanoniæ , &c. Imperatoris Conſtantinopolitani Sororem.

De hac

De hac Jolanda noſter Cantipratanus, qui illam vidit, ſic ſcribit libro 2 *de Apibus* cap. 29 „ad prædicationem cujuſ-„dam Fratris Ordinis Prædicatorum, Walteri nomine, in-„auditâ conſtantiâ Parentes evicit: ut Sponſo ſuo Jeſu Chri-„ſto cum Sororibus Ordinis Prædicatorum in Valle B. Ma-„riæ, in Diœceſi Trevirenſi liberè deſerviret..... à „Parentibus, & amicis parabatur nobiliſſimis nuptiis copu-„lari: ut per eam poſſet eorum poſteritas ſublimari. Illa „autem aliàs intendens, Matrem omninò ſollicitavit: dicti „loci Sorores inviſere. Quò ubi venit, aliàs cum militibus, „& familia Matre intentâ, Filia, ut priùs ordinaverat, vo-„catis in Capitulum Sororibus, votum Religionis fecit, „habitum induit, & impoſitum Reſponſorium: *Regnum* „*mundi* ipſamet inchoavit. Quod cum Conventum lætiſonis „vocibus proſequentem audit Mater, miratur concentum „repentinæ lætitiæ, mittit unum ex ſuis videre: quid eſſet. „Renuntiat ille: beatiſſimam Jolandam habitu ſacri Ordi-„nis inſignitam. Quo audito, Mater attonita, accurrit Fi-„liam rapere furibunda. Nec cunctata immunitatem loci „violenter infringere, raptam ſecum abducit, & in palatio „Viennenſi arctiſſimæ cuſtodiæ mancipavit. Et vide quali „conſtantiâ vicerit. Cibis tantùm regularibus ſecundùm Or-„dinem contenta, alios comedere nullâ violentiâ cogi po-„terat. Alia quoque ſtatuta Ordinis, à quibus corpus, vel „animus arceri non poterat, vigilantiùs obſervabat. Detra-„cto tantùm illi habitu Ordinis violenter, coloratis eam ve-„ſtibus induebant: nuditatem enim pati virginalem pudici-„tiam non decebat. Quid moror verbis? per Epiſcopos, „Abbates, & Prælatos, & per alterius profeſſionis Monia-„les, & Religioſos diverſi generis tentabatur. Nec tamen „infrà triennium, vel ad reditum ſæculi, vel ſaltem ad la-„xioris vitæ Ordinem animum ejus convertere potuerunt. „Dicebat enim, verbis innitens Apoſtoli: *in ea vocatione*, „*quâ vocata ſum*, *immobilis permanebo*. Parentes igitur, & „amici à revocatione illius finaliter deſperati, eam redire „ad dictum locum, & Ordinem permiſeruht, ubi tan-„tis exemplis vitæ fulget: ut nulla in ea deeſſe virtu-

„tis dignitas videatur. *Ita Cantipratanus loco citato.*

Deindè anno 1258 in Prioriſſam electa, dignitatem illam nonniſi invita ſuſcepit.

Philippus III Francorum Rex, S. Ludovici Regis filius, & in Regno ſucceſſor, ex ſpeciali ergà Iolandam veneratione huic Monaſterio ingens donum dedit, nempè: Spinam unam Coronæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam S. Ludovicus Conſtantinopoli adferri juſſerat.

Tempore regiminis ven. Jolandæ anno 1274 fundatum fuit Monaſterium Labbietanum juxtà Inſulas, cujus prima Prioriſſa fuit Sr. Guidona d'Anthoing à Jolanda miſſa.

Et in Ephemeridibus hujus Monaſterii de Jolanda ſic legitur: „locum noſtrum theſauro glorioſo, ligni ſcilicet Do„minicæ Crucis, & Spinæ de Corona Domini, cum aliis „quam plurimis SS. Reliquiis per ſuam illuſtrem proviſen„tiam ditavit abundè. Poſſeſſiones, & ædificationes totius „Monaſterii noſtri, cum magno Eccleſiæ ornatu, & libris „multis providentiſſimâ ſuâ procuratione, Matriſque ſuæ, „& Parentum, & amicorum ipſius cooperatione largiſſimè „ampliavit.

Tandem cùm 25 ferè annis præfuiſſet, virtute nobilior quàm ſanguine, ex hac mortali vita deceſſit, & in medio Chori ſepulta fuit in tumba pedibus ferè duobus à pavimento in altum educta, cum impreſſa ſua effigie, & ſequenti inſcriptione:

„ Hîc jacet piæ memoriæ Soror Jolandis Prioriſſa hujus „loci, Illuſtris viri Henrici Comitis, & Margaretæ Comi„tiſſæ Vian. Filia, cujus hæc Mater prædicta Soror fuit „Baldewini Imperatoris Conſtantinopolitani. Sub ea autem „Ordo ſanctiſſimè vixit, incrementum acceperunt Religio, „& res Ordinis. Obiit Prioratûs ſui anno 25 ætatis verò ſuæ „circiter 50 anno Domini 1283 16 kal. Januarii.

Vitam Jolandæ valdè amplè deſcripſit ſupracitatus R. P. Alexander Wilthemius Societatis Jeſu.

Soror MARGARITA Petri Curtiniacenſis Imperatoris Conſtantinopolitani Filia, Balduini Imperatoris Conſtantinopolitani Soror, S. Ludovico Francorum Regi ſanguine jun-

cta, prædictæ Sororis Jolandæ Mater, Monasterii Grandepratensis Ordinis Cisterciensis in Comitatu Namurcensi unà cum marito suo Henrico Comite Viennensi in Ardenna Fundatrix ex Philippi fratris ejus in bello Albigensi defuncti voluntate, nupta primùm Rudolpho Uxellodunensi, deindè Henrico Comiti Viennensi, & tandem in hoc Monasterio Vallis B. Mariæ Sanctimonialis. Ex secundo matrimonio filios habuit Fredericum ante parentes defunctum, Philippum successorem, Henricum ex Præposito Colonensi Episcopum Trajectensem, & Petrum ex Præposito S. Martini Leodii Ordinis nostri Religiosum. Filias autem ignoti nominis unam, Jolandam (de qua suprà) alteram, quam anno 1248 ad Mariæ-Vallis Monasterium deduxit, & Sororum numero aggregari permisit. Paulò post cum Marito suo Fratribus Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis captivorum in Hospitali suo Viennensi Cœnobium fundavit, datis litteris mense Junio ejusdem anni.

Tandem Henricus, & Margareta largiendo hominibus Deo sacris, offerendoque eis liberos suos, velut præstructo ad celsiora virtutum opera gradu, Deo se totos dederunt. Henricus quidem Cruce-signatus, in Palestinam ad bellum sacrum profectus est, ibique mortuus, & sepultus. Margareta à lege viri soluta, anno 1253 rebus omnibus Philippo filio abdicatis, in Monasterio B. Mariæ-Vallis, quod anteà tantoperè detestata fuerat, & à quo Jolandam filiam suam tot machinationibus avertere conata fuerat, Filiam suam secuta, & sacri Ordinis nostri habitu assumpto, se Deo devovit, & post laudabilis vitæ cursum in Domino obdormivit die 17 Julii anno Domini 1270. Venerabilis Jolanda filia ejus tunc temporis hujus Monasterii sui Prioriss, chariſſimæ Matri, & imitatrici suæ tumulum fecit cum hac inscriptione:

„ Soror MARGARETA quondam Comitissa Viennensis,
„quæ obiit anno Domini millesimo ducentesimo septuage-
„simo XVI Kal. Augusti.
„ Hæc fuit Avia mea, & Soror Baudewini Imperatoris
„Constantinopolitani. S. Yolandis. Figuratur, in habitu Or-

dinis, & juxtà illam Henricus filius ſuus primogenitus, tenens ſchedam cum ſequenti inſcriptione:

„ HENRICUS primogenitus Ph. Comitis Vien.

Nota. Margareta hîc dicitur Avia, quæ tamen Jolandæ Mater fuit; prout ex toto contextu Hiſtoriæ conſtat, & in Ephemeridibus hujus Monaſterii habetur: XVI *Kal. Auguſti obiit Soror Margarita quondam Comitiſſa Viennenſis, Mater Sororis Jolandis Prioriſſæ.*

Soror GUIDONA D'ANTHOIN ſanguine, & virtute clara, cum quibuſdam aliis Sororibus anno 1274 juxtà Inſulas extrà portam S. Petri inchoavit Monaſterium Labbietanum, illo anno fundatum à Margareta Conſtantinopolitana Comitiſſa Flandriæ, cui adeò laudabiliter præfuit: ut ad omnimodam ſuam perfectionem cum tempore pervenerit, & ex illo Monaſteria Bellomontanum Valencenis anno 1310, Tegularienſe juxtà Atrebatum anno 1324, & Tornacenſe anno 1623 originem ſuum traxerint. Tandem anno 1290 piè migravit ad Dominum.

Soror MARGARITA LUXEMBURGENSIS, de qua in Ephemeridibus hujus Monaſterii ſic legitur: „Kalendis Martii an„niverſarium venerabilis, ac Illuſtriſſimæ Dominæ Sororis „Margaretæ de Lucemburgo felicis recordationis Matris „noſtræ amantiſſimæ, germanæ Sereniſſimi Domini Hen„rici, quondam Imperatoris Romanorum, quæ vitâ præ„clarâ, converſatione laudabili, omnique venuſtate virtu„tum cunctis eminentior, totius Religionis forma, & ex„emplar exiſtens, pluſquam quadraginta annos noſtrum Mo„naſterium rexit providè, ſanctè, atque maternè, quam „plures, tam ſæculares, quàm religioſos ſuâ bonitate, gra„tioſâ charitate trahendo ad ædificationis exemplum. Do„mum etiam noſtram, atque Conventum in poſſeſſionibus, „ædificiiſque diverſis multipliciter augmentavit..... ſicque „dulcis mater gloriosè, & ædificatoriè vivendo omnibus „ſuis poſteris totius Religionis, ac ſanctitatis relinquens „exemplum, præſentis vitæ curſum feliciter in Domino con„ſummavit anno Domini 1336.

DE CONVENTU BUSCODUCENSI *IN MECHLINIA.*

INTRODUCTIO.

MEchlinia ejuſdem nominis Provinciæ Metropolis, in meditullio Ducatûs Brabantiæ ſita, æquali ferè quatuor leucarum diſtantiâ, Antverpiam, Bruxellas, & Lovanium reſpicit. Illam Dilia fluvius interſecat, naveſque mercatorias in varias Belgii Provincias deducit. Metropolitanâ gaudet Eccleſiâ, cujus Archipræſul, vi dignitatis ſuæ, Abbas eſt Monaſterii Affligemienſis Ordinis S. Benedicti, & Primas Belgii. Concilium quoque habet Regium, loca ſacra, & Monaſteria multa, inter quæ numeratur Conventus Fratrum noſtrorum Buſcoducis pro fide exulum.

CAPUT PRIMUM.

De Reſtauratione Conventûs Buſcoducenſis facta Mechliniæ.

EXpugnatâ anno 1629 Civitate Buſcoducenſi, Fratres noſtri in exilium pulſi (vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 98) pari concordiâ, atque conſtantiâ per varia loca domicilium fixum quæſiverunt, nec invenerunt: tandem menſe Maio anno Domini 1651 Mechliniæ pedem figere cœperunt in loco Refugii, in quo de licentia Illmi D. Jacobi Boonen Archiepiſcopi Mechlinienſis divina celebrarunt: ſed januis clauſis, nondum obtentâ admiſſione *in forma*.

Fratres noſtri in ingreſſu ſuo ab æmulis multas perpeſſi ſunt moleſtias: ſed præfatus Illmus ſingularis Ordinis noſtri fau-

tor, & amicus, ultimam manum reſtaurationi deſolati Conventûs noſtri Buſcoducenſis appoſiturus, perſonaliter accedere dignatus eſt Sereniſſimum Archiducem Leopoldum, à quo obtinuit: ut pro Patrum noſtrorum admiſſione authoritatem ſuam impenderet; nam abſolutè mandavit Leopoldus: ut litteræ patentes admiſſionis noſtræ expedirentur, & RR. PP. Carmelitæ diſcalceati nobiſcum admitterentur.

Diploma Regium. „ Philippus Dei gratiâ Rex Caſtellæ, &c. univerſis, & „ſingulis præſentes viſuris ſalutem. Recepimus humilem ſup„plicationem R^di in Chriſto Patris (is erat P. Mag. Jaco„bus vanden Heede Conventûs Gandenſis) noſtri chari, & „perdilecti Provincialis Ordinis Prædicatorum hujus Belgii, „pariter Religioſorum Ordinis prædicti Sylvæducis olim „commorantium, continentem: quod dictus ſupplicans, „ductus zelo ferventi ergà bonum noſtræ Coronæ, dicti „Ordinis felicem progreſſum, animarumque ſalutem, an„no milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo à nobis facultatem petierit erigendi prædicti Ordinis Conventus, unum „in Bornhem, & alium in Civitate noſtra Mechlinienſi: „quatenùs Deus Optimus Maximus, intercedente Sanctiſ„ſimo Patriarchâ Dominico, mediantibus etiam precibus „ſuorum ſubditorum, dilectiſſimæ Conjugi fructum diù „deſideratum, neceſſarium Patriæ, & Statui noſtro con„cedere dignaretur. Sed cum Omnipotenti placuerit ean„dem generationem, Monarchiæ adeò proficuam permit„tere; permiſimus dicto Supplicanti, ſimul & cum illo jun„ctis dictum Conventum erigere. Quare iterùm humillimè „precati ſunt: quod, ut aliquem fructum hujus noſtræ di„ctæ gratiæ conſequi poſſent, nobis placeret: litteras no„ſtras patentes eis in forma convenienti concedere. Quare „notum facimus univerſis: quod ea, quæ ſuprà, conſide„rantes, habito arbitrio tam Illuſtriſſimi in Deo Patris no„ſtri Chariſſimi, Fideliſſimique Archiepiſcopi Mechlinien„ſis, noſtri Concilii Statuum, quàm Chariſſimorum noſtro„rum, & fideliſſimorum Præſidis, & Virorum Magni Con„cilii noſtri; uti & Conſulum, Scabinorumque Mechli„nienſium, uniformiter inclinantium ad ſupplicationem di-

„cti Patris Provincialis Prædicatorum in Belgio : nos ei, „mediante deliberatione noſtri Chariſſimi, & boni Cogna„ti Leopoldi Guilielmi Dei gratiâ Archiducis Auſtriæ, Du„cis Burgundiæ, &c. Locumtenentis Gubernatoris noſtri „Generalis in Belgio, & Burgundia, &c. permiſimus, & „conſenſimus; ſicut permittimus, & conſentimus per has „dicto Supplicanti de gratia ſpeciali : Monaſterium erigere „in noſtra dicta Civitate Mechlinienſi tali in loco, qui per „dictum Archiepiſcopum, Capitulum Mechlinienſe, di„ctumque Magiſtratum ipſis deſignabitur. Quod procedere „volumus, non obſtantibus omnibus prohibitionibus ſuper „erectione novorum Monaſteriorum emanatis, nec non re„ſtrictionibus, quæ his aliquo modo poſſent contrariari, „quibus expreſſiſſimè derogavimus, ſicut & derogamus per „præſentes pro hac vice tantùm, reſpectu dicti Supplican„tis, aliàs manentibus in vigore ſuo firmis. Mandamus etiam „chariſſimis, fideliſſimiſque noſtris Supremis Præſidibus, „& hominibus Privati, & Magni Concilii noſtri, Scolte„to, & dictis de Magiſtratu noſtræ dictæ Civitatis Mechli„nienſis, omnibuſque aliis juſtitiæ noſtræ Adminiſtratori„bus, & Subditis, quos hoc tangere, vel reſpicere poſſet, „ut hanc noſtram præſentem gratiam, & licentiam ſinant, „& relinquant dictum Supplicantem pacificè poſſidere. QUIA „ITA NOBIS PLACET. In teſtimonium hujus hiſce magnum „noſtrum Sigillum apponi juſſimus. Datum in noſtra Civi„tate Bruxellenſi die 24 Februarii 1652 & noſtri Regni 31.

Vi illarum litterarum Refugium noſtrum mox mutatum fuit in Conventum, &, tranſlatâ Confraternitate SS. Roſarii ex Eccleſia parochiali S. Joannis ad oratorium hujus reſtaurati Conventûs, primum in illo Sacrum, apertis januis, ſolemniter decantavit Amplmus D..... Le Roy Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ cum maximo populi concurſu, & applauſu.

Deindè, receptis litteris à Rmo P. Joanne Baptiſta de Marinis totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali, Eximius P. Mag. Jacobus vanden Heede Provincialis, de conſenſu ejuſdem Rmi declaravit : domum hanc Mechlinienſem eſſe

Conventum Buſcoducenſem Ordinis Prædicatorum ſub patrocinio SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, primi Conventûs Buſcoducenſis Patronorum.

Declaravit etiam: Priori hujus reſtaurati Conventûs deberi locum illum, quem ante illum Priores Conventûs Buſcoducenſis in Capitulis Provincialibus habuerunt.

Quamvis P. Reginaldus Leowardius eſſet Prior anno 1651 quando prima Mechliniæ commorandi licentia noſtris conceſſa fuit; illam tamen, non in qualitate Prioris: ſed tantùm tamquam Vicarius obtinuit; quia locus ille à Rege, & aliis, quorum intererat, nondum acceptatus erat pro Conventu.

Elapſo igitur illius Prioratûs, ſeu Vicariatûs termino, in primum hujus reſtaurati Conventûs Priorem electus fuit P. Mag. Joannes Ryderus S. T. D. hujus Conventûs filius, qui pro illius reſtauratione plurimùm allaboravit.

CAPUT SECUNDUM.

§. I. *De Eccleſia.*

QUamvis hujus Conventûs ædificia jam ad deſideratam perfectionem ſint producta; deeſt tamen eccleſia cum choro, & ſacriſtia. Donec media ad illa conſtruenda adſint, utuntur Fratres noſtri aliquot domibus antiquis in modum ſacrorum illorum locorum efformatis.

§. II. *De Theſauro Sacro.*

PRæter venerandam Reginæ SS. Roſarii Statuam (de qua vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 92) quæ in hujus Conventûs Eccleſia in magna veneratione eſt, ibidem aſſervantur Reliquiæ S. Hyacinthi Confeſſoris Ordinis noſtri, quas Mechlinienſes, præcipuè gravidæ, & partu laborantes, magnâ devotione venerantur.

§. III.

§. III. *De Sepulturis.*

QUia hujus Conventûs Eccleſiæ ædificium nondum eſt extructum : ſæcularium, qui apud noſtros ſepulturam ſuam elegerunt, cadavera in illa parte Clauſtri, quæ ab Eccleſia ad Refectorium ducit, ſepeliuntur. In illa parte Clauſtri ſequentia epitaphia conſpiciuntur :

D. O. M.

„ Et piis manibus Domicellæ MAGDALENÆ SUSANNÆ „T'SERAERTS, quæ obiit 23 Junii 1674. R. I. P.

D. O. M.

„ Hîc jacet prænobilis, ac egregius Dominus D. NICO-„LAUS FRANCISCUS DE BONVAL natione Gallus, Regi „Chriſtianiſſimo à Conſiliis, belli Commiſſarius in Belgium „delegatus. Sanguis clarum reddidit: clariorem fecêre me-„rita. Varia præclarè obeuntem munia vidit Pedemontium, „Sabaudia, Rouſſilo, Bearna, &c. Deo, & Regi fidem „ſuam, virtutemque probavit, ac tandem vixit, & quæ „fortuna nebat, fata ſecarunt Mechliniæ XVIII Novembris „MDCCIII

Quod mortale fuit, ſaxo concluditur iſto.
Intumulata manet virtus, experſque ſepulchri,
Et fato major, volitatque per omnia fama.
Sic non virtutis: ſed vitæ tela reciſa eſt.

MONUMENTUM

„ Domicellæ MARIÆ MAGDALENÆ DANLY Tertiariæ „Ordinis noſtri, quæ obiit 16 Octobris 1678. R. I. P.

D. O. M.

„ Cy giſt Mre FRANÇOIS DU CARREAU Seigneur de Leyſ-„ſart, de Greſignac, & du Chaſtang, Chevalier de l'Or-„dre de S. Louis, Marechal de logis de la Garde de Sa Ma-„jeſté tres-Chretienne decedé en cette ville le 11 Octobre „1705. R. I. P.

D. O. M.

„ Cy gist DANIEL DU PLEIX Gentilhomme natif de „Condon, en son vivant Lieutenant au Regiment d'Infan„terie de Gondrin, decedé en cette ville le XXIX Mars „MDCCVI. R. I. P.

RUST-PLAETSE.

„ Van Joffrauw ANNA CATHARINA VAN ACHTEREN, „Gheestelycke Dochter, fondaterisse, ende eerste overste „van de vergaederinghe van het huys van den H. Joseph „binnen Mechelen, die stierf den 25 October 1716.

CAPUT TERTIUM.

De Statu Regulari.

COnventus hic restauratus fuit sub regimine Prioris Provincialis Provinciæ nostræ Germaniæ inferioris, cui etiamnùm subest. In illo magnoperè viget observantia regularis: non obstante quod Filii illius sub habitu sæculari ad partes Acatholicis subditas frequentissimè mittantur in solamen Catholicorum, sicque cum sæcularibus ferè continuò conversentur.

Anno 1700 dominicâ secundâ post octavam Paschæ in hoc Conventu celebratum fuit Capitulum Provinciale.

CAPUT QUARTUM.

De quibusdam infortuniis.

LIcet Conventus hic, favente Deo, post restaurationem suam nullum valdè notabile infortunium persenserit: ex continuis tamen angustiis post expugnationem ultimam Civitatis Buscoducensis emersit; nam Fratres nostri anno 1629 è propriis sedibus ab Acatholicis pulsi, & per varia loca dispersi, ac tandem in unum congregati, diù in

maximis miſeriis, & periculis verſati ſunt; donec tandem, Deo dirigente, Mechliniæ manſionem ſtabilem obtinuerunt. Vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 99, & ſequentibus.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

CONventus hic tam in ipſa Civitate Buſcoducenſi, quàm in exilio plurimos viros præclaros protulit: ab illo præcipuè tempore, quo ex illo (prout ex Conventibus Gandenſi, & Antverpienſi) multi Miſſionarii in partes Acatholicas à Superioribus in Catholicorum ſolamen, & in fide corroborationem miſſi fuerunt, qui in frigore & æſtu, in vigiliis & jejuniis, in laboribus & itineribus multis, ſpretis ſanitatis, & vitæ periculis, per pagos, & urbes continuò inſiſtunt prædicationi verbi Dei, & lucro animarum. Nonnullorum nomina hîc ſubjungo:

P. JOANNES DAVID ſui Conventûs quondam Sacriſta major, & Prior qui duriſſimum pro fide Catholica carcerem ſubiit, obiit Miſſionarius Apoſtolicus Lugduni-Batavorum die 4 Octobris anno 1652, de quo vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 119.

P. PETRUS BERSIUS, & P. JOANNES VANDE WIEL, de quibus vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 120.

P. JOANNES BODANUS, de quo vide ſuprà folio 240.

P. NICOLAUS GEORGIUS natione Lotharingus, anno 1595 Buſciducis profeſſus, ſui Conventûs, & Bruxellenſis Supprior, cum Confratribus ſuis in exilium pulſus, obiit Bruxellis die 23 Julii anno 1655.

Scripſit flandricè: *Imitationem mortis Domini Jeſu Chriſti expreſſam in homine Chriſtiano, cum Chriſto ad modum peregrini per mundum tranſeunte.* Antverpiæ typis Henrici Aertſens anno 1622 in 8, & iterùm correctiùs, & nonnihil auctiùs idem opuſculum prodiit Bruxellis typis Joannis Mommaert anno 1650 in 8.

P. Michael Coninckx Prædicator Generalis, Missionarius Apostolicus, obiit Harlemii die 23 Januarii anno 1657.

P. Augustinus Leerse Missionarius Apostolicus, obiit in Hollandia septentrionali propè Hornam die 10 Octobris anno 1657.

P. Mag. Joannes Ryderus S. T. D. Sylvæducis natus, & professus, Conventui suo ibidem præfuit. Posteà exul cum Confratribus suis, Prior Trajecti ad Mosam, Bruxellis, Lovanii, & Mechliniæ primus Prior Conventûs sui restaurati, tertiò Capituli Provincialis Diffinitor, Provinciæ Germaniæ inferioris Prior Provincialis, obiit Præfectus Missionis Apostolicæ Bruxellis die 4 Januarii anno 1658.

Scripsit *Epistolam monitoriam ad eos, quibus incumbit probare, vel improbare spiritum aspirantium ad ingressum in religionem.* Lovanii typis Everardi de Witte anno 1638 in 12.

P. Jacobus a Marca Philosophiæ Lector, quondam Missionarius Apostolicus Groeningæ, obiit Mechliniæ die 20 Octobris anno 1659.

P. Petrus Jacobi Sylvæ-ducis professus, Fratribus suis præfuit in Stratum popè Eyndhoviam anno 1632 cum titulo *Præfecti*, & anno 1633 cum titulo *Vicarii*, & anno 1637 cum Fratres nostri Bredâ exulare cogerentur; cum titulo *Prioris*. Tandem factus Prædicator Generalis, Vicarius Missionis Apostolicæ, & ipse Missionarius, obiit Ultrajecti die 3 Aprilis anno 1661.

P. Reginaldus Leowardius Sylvæducis professus, in laboribus pro restaurando suo Conventu desolato, & congregandis Confratribus suis in exilio dispersis, indefessus, primus Prior in Stratum anno 1634, secundus Gemertæ anno 1640, primus Vicarius, & secundus Prior Mechliniæ, obiit die 30 Septembris anno 1661.

P. Hyacinthus van Asten Gemertæ professus, sui Conventûs Prior existens Mechliniæ, prima ædificiorum restaurati Conventûs sui fundamenta jecit: ædificavit enim Refectorium, Culinam, & adjacens hospitium, pluraque ædificia parabat; sed contagiosa lues vitæ ejus terminum posuit die 21 Octobris anno 1661.

P. Reynerius Dobbelyns Sylvæducis profeſſus, tertius Prior Gemertæ anno 1643; poſteà Prior Calcarienſis: tandem Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Lugduni-Batavorum die 16 Februarii anno 1663.

P. Leonardus Janssenius (Janssenboy) unus ex quatuor Fratribus germanis Ordinem noſtrum profeſſis, Miſſione Apoſtolicâ, & ſcriptis claris (de P. Cornelio vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 118. De P. Nicolao vide ſuprà folio 226. De P. Dominico vide folio 233) Sylvæducis profeſſus, expugnatâ ab Hollandis illâ Civitate, & Fratribus noſtris in exilium ablegatis, de licentia Superiorum ibidem ſub habitu ſæculari remanſit, & per 34 annos Miſſionarii Apoſtolici munus laudabiliſſimè adminiſtravit, & ibidem obiit die 21 Februarii anno 1663.

Scripſit flandricè *Cantica ſpiritualia in honorem Sanctorum Ordinis Prædicatorum.* Antverpiæ typis Joannis Cnobbaert anno 1635 in 12.

E latino in flandricum vertit *Vitas SS. Belgarum Ord. Præd.:* latinè editas à P. Mag. Franciſco Hyacintho Choquetio (vide folio 230) quibus adjecit ex proprio quædam de Conventu ſuo Buſcoducenſi, de F. Henrico ab hæreticis Stadingis cum Socio ſuo circà annum 1230 pro fide occiſo, de Joanna Moniali noſtra Duroſtadienſi, quondam uxore D. Joannis Brederodii, & nonnullis Epiſcopis ex Ordine noſtro in Belgio ad infulas aſſumptis. Antverpiæ typis Guilielmi Leſteens anno 1644 in 8.

P. Albertus Wynen Gemertæ profeſſus, Miſſionarius Apoſtolicus Ultrajecti, anno 1665 in ſui Conventûs Priorem electus, dignitatem illam modeſtè recuſavit. Tandem Confratres ſuos Mechliniæ commorantes inviſurus, Antverpiæ in tranſitu obiit die 28 Maii anno 1666.

P. Joannes Buckelius Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Harlemii die 18 Octobris anno 1669.

P. Antonius vander Heyden Miſſionarius Apoſtolicus obiit Mechliniæ die 5 Junii anno 1672.

P. Matthias van Susteren Miſſionarius Apoſtolicus obiit Sylvæducis die 10 Decembris anno 1672.

P. Ambrosius van Echten Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Sylvæducis die 29 Januarii anno 1674.

P. Dominicus Strick Prædicator Generalis, & per 47 annos Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Sylvæducis Jubilarius die 26 Maii anno 1677.

P. Amandus vander Waerden quondam Vicarius Gemertæ, Miſſionarius Apoſtolicus & Paſtor S. Jacobi Sylvæducis, Brugis Confeſſarius Monialium noſtrarum, iteratâ vice ſui Conventûs Prior, qui ſecundam, & tertiam partem Clauſtri ædificavit, obiit Mechliniæ die 9 Junii anno 1682.

P. Gerardus Syben Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Sylvæducis die 21 Maii anno 1687.

P. Erasmus Jamare Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Sylvæducis die 12 Septembris anno 1689.

Eodem anno benedictum fuit Clauſtrum cum Cœmiterio.

P. Petrus vanden Bossche Prædicator Generalis, quondam Miſſionarius Apoſtolicus & Paſtor S. Jacobi Sylvæducis: ob ſtrenuam defenſionem fidei Catholicæ, & impreſſionem *Pædagogi Catholici* in exilium pulſus ab acatholicis, ſui Conventûs Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, qui quartam Clauſtri partem perfecit, obiit Mechliniæ anno 1690 in feſto S. Joſephi, quo etiam die anno 1653 religionis habitum ſuſceperat, ætatis ſuæ 56.

Scripſit flandricè *Pædagogum Catholicum in quinque partes diſtributum.* Antverpiæ typis Henrici van Dunwalt anno 1685 in 4, & iterùm anno 1690.

P. Mag. Vincentius Stayackers Gemertæ profeſſus, S. T. Doctor Lovanienſis, ſui Conventûs quondam Prior, qui præ humilitate expoſtulavit: ne poſt mortem ſuam lapidi ſuo ſepulchrali ullum elogium inſculperetur; ſed hoc modo anima ſua fidelium precibus commendaretur: *Hic jacet F. Vincentius Staeyackers. Requieſcat in pace.* Obiit Mechliniæ die 5 Auguſti anno 1691.

P. Henricus Wynen Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Alcmariæ die 15 Novembris anno 1691.

P. Petrus Wannyn Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Sylvæducis die 10 Julii anno 1693.

P. Alanus Stam Prædicator Generalis, Missionarius Apostolicus, obiit Harlemii die 24 Februarii anno 1695.

P. Joannes Pater quondam Missionarius Apostolicus Lugduni-Batavorum, sui Conventûs Procurator, & Sacrista, obiit Mechliniæ die 21 Decembris anno 1696.

P. Gerardus Wassenberg Supprior, Missionarius Apostolicus, variis in locis Pastor, obiit Jubilarius in Orten die 6 Septembris anno 1698.

P. Ambrosius van Cleeff quondam Pastor in Vercken-weert, Missionarius Apostolicus Ultrajecti, deindè iteratâ vice sui Conventûs, & semel Calcarienſis Prior, Virvaldè exemplaris, obiit Jubilarius Mechliniæ die 4 Januarii anno 1702.

P. Nicolaus de Munck Prædicator Generalis, Missionarius Apostolicus, obiit Ultrajecti die 30 Junii anno 1703.

P. Melchior Appelmans omnibus charus & pacificus, quondam per 41 annos Missionarius Apostolicus in Hollandia septentrionali: tandem ætate, & laboribus fractus, quietis causâ ad Conventum suum redux, obiit Jubilarius Mechliniæ die 27 Februarii anno 1704.

P. Franciscus de Wint Missionarius Apostolicus, obiit Tilæ die 4 Aprilis anno 1707.

P. Humbertus Mees Prædicator Generalis, Confessarius Monialium nostrarum Brugis, & Ruræmundæ, sui Conventûs tertiò Prior, Missionarius Apostolicus, obiit Harlemii die 18 Februarii anno 1710.

P. Hyacinthus Vereycken Philosophiæ, ac Theologiæ Lector, Missionarius Apostolicus, obiit Amstelodami die 6 Decembris anno 1716.

P. Gerardus Geenen Calcariæ Philosophiæ, in Conventu suo S. Theologiæ professor, & Magister Studii, per 25 annos Missionarius Apostolicus, obiit Sylvæducis die 25 Decembris anno 1716.

APPENDIX PRIMA.

De Vicariatu Gemertano.

DE Gemerta, & Conventu, quem Patres noſtri ibidem olim habuerunt, vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 102.

Lite inter Status Hollandiæ, & Ordinem Teutonicum finitâ, & fide Catholicâ Gemertæ reſtauratâ, Prænobilis ac Generoſus D. Ambroſius Liber-Toparcha de Virmunt, Eques Ordinis Teutonici, Commendator Gemertanus, anno 1670 Patres noſtros Gemertam revocavit, qui Vicariatum à Conventu noſtro Buſcoducenſi dependentem ibidem erexerunt, & anno 1676 menſe Junio Scholas humaniores aperuerunt.

Anno 1681 Patres noſtri videntes: Vicariatum Gemertanum ſine notabili præjudicio Miſſionis Apoſtolicæ (cui hujus Conventûs Patres ſtrenuè inſudant) & Conventûs ſui, diutiùs ſubſiſtere non poſſe; R. P. Philippum Lelieboom, quondam ſui Conventûs Priorem, tunc Gemertæ Vicarium, cum aliis Fratribus ibidem commorantibus ad Conventum ſuum revocarunt, qui eodem anno Mechliniam reverſi ſunt.

APPENDIX SECUNDA.

De Domo S. Joſeph tertii Ordinis noſtri.

IN fundo hujus Conventûs quædam Domus eſt ad eundem Conventum pertinens, quam inhabitant novem Sorores tertiæ Regulæ noſtræ, quæ, licet habitum Ordinis in publico non portent, in communi vivunt, Regulam, & Statuta Sororum de Pœnitentia S. P. N. Dominici ſervant, filiolas ſæculares ſecum commorantes inſtruunt, Oratorium proprium habent, in quo aliquandò Miſſa celebratur, & Confeſſarium ex Ordine noſtro.

Inchoata fuit hæc Congregatio ſub invocatione S. Joſeph Sponſi

Sponſi SS. Dei Genitricis Mariæ ab Eximio P. Mag. Antonino Grondoni S. T. D. Conventûs Bruxellenſis filio, tunc Conventûs Buſcoducenſis in Mechlinia Priore anno 1697 in feſto S. Joannis Baptiſtæ. Primæ illius inchoatrices fuerunt Sr. Anna Catharina van Achteren Antverpienſis, quæ illam rexit uſque ad 25 Octobris anni 1716, quo obiit, & in Clauſtro noſtro ſepulta fuit, Sr. Maria Bemon, Sr. Suſanna Catharina Dureau, Sr. Magdalena van Steenweghen, Sr. Barbara Soutmans, Sr. Joſephina van den Berghen, Sr. Franciſca Frena, & Sr. Joanna Stevens.

P. Mag. Thomas Du Jardin S. T. D. ſupradicti Eximii anno 1697 defuncti in Prioratu ſucceſſor, & nunc tertiâ vice ſui Conventûs Gandenſis Prior, his Sororibus ordinationes quaſdam, & ſtatuta, modo vivendi harum Sororum utiliſſima, à P. Mag. Grondoni inchoata, perfecit, in ordinem redegit, & obſervanda dedit.

Illmus D. Humbertus Guilielmus à Precipiano Archiepiſcopus Mechlinienſis, Primas Belgii, &c. hanc Congregationem ſummoperè laudavit, & commendavit Rmo P. Antonino Cloche totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali moderno, qui illius Regulam, & Statuta confirmavit, illamque ſub ſua protectione ſuſcepit die 18 Junii anno 1701.

Illmus D. P. Reginaldus Cools primò Epiſcopus Ruræmundenſis, Primas Ducatûs Geldriæ; deindè Epiſcopus Antverpienſis, ex Conventu noſtro Bruxellenſi aſſumptus, Congregationem hanc nonnumquam inviſit, laudavit, & ſpecialis ſuæ erga illam benevolentiæ ſigna exhibuit.

Primus illarum Sororum Confeſſarius fuit P. Mag. Antoninus Grondoni S. T. D. ſecundus P. Mag. Thomas Du Jardin S. T. D. tertius R. Admodum P. Nicolaus vanden Buſdom nunc iteratâ vice ſui Conventûs Buſcoducenſis Prior, qui ab anno 1700 uſque modò ſedulam illarum curam gerit.

DE CONVENTU CALCARIENSI.

INTRODUCTIO.

CAlcaria Oppidum Ducatûs Cliviæ (extrà Belgium) quod Leya fluvius interfluit, Cliviâ, & Embricâ circiter tribus, Weſaliâ quinque, Neomago, & Stralenâ ſeptem leucis diſſitum, ſubditum eſt Regi Boruſſiæ, qui, quamvis non Romano-Catholicus, liberum fidei Romano-Catholicæ exercitium ibidem concedit. Inter loca Sacra illius Oppidi numeratur inſignis Conventus Ordinis noſtri.

CAPUT PRIMUM.

§. I. *De Fundatione, & Fundatoribus.*

HUjus Conventûs originem deſcripſit ven. P. Wilelmus ab Alten, ejuſdem Conventûs filius, S. T. Lector, Prior, Diffinitor, Provincialis, & tandem Inquiſitor Colonienſis, qui obiit die 5 Maii anno 1540: „ad perpetuam „rei memoriam. Noverint univerſi Fratres Conventûs Cal„carienſis Ordinis Prædicatorum: quod anno Domini 1450 „Illmus Princeps Joannes Dux Clivienſis ſecundus, Comeſ„que de Marca, de Dynſlaken, de Gennep, de Bylſtein, „&c. ſopito zuſatenſi bello, quod adversùs Theodoricum „de Moerſa Colonienſem Archiepiſcopum victoriosè, feli„citerque exegerat annis quinque, Hieroſolimam petens, „dominicæ paſſionis loca clariſſima viſitaverit. Hinc Romam „Jubilæi gratiâ perluſtrans, poſt infirmitatem graviſſimam „apud Forlivium perpeſſam, Bononiam, ſtudiorum ma„trem pervenit: ubi cùm ſanctiſſimi Patris noſtri Dominici „buſta, exuviaſque ſacras; nec non & mores Fratrum no-

„vellæ reformationis Lombardicæ diligentiùs perſpexiſſet, „accitis Fratribus Germanis, Theologiæ ſtudio operam „navantibus ibidem: an talis vitæ, & obſervantiæ regula- „ris Prædicatores in ſuis degerent principatibus ſciſſitabatur. „Intelligens itaque: nonnullos eſſe Conventus Ordinis Præ- „dicatorum in ſuis climatibus; ſed reformatos minimè: Mox „Deo, Sanctoque Dominico devovit: quatenùs regularis „vitæ Conventum in Clivienſi Ducatu poſt felicem ad pro- „pria regreſſum inſtitueret, exhortans: ut ipſum quanto- „ciùs ſequentes, locum in aliqua ſuarum Civitatum aptiſſi- „mum deligerent, in quo, Sedis Apoſtolicæ accedente gra- „tiâ, novellæ plantationis domum extrueret. Porrò cùm „pientiſſimi Ducis devotio F. Nicolao Priori Conventûs „Roterodamenſis, in vita regulari jam dudùm erecti, lit- „teris Prioris Bononienſis innotuiſſet; repentè cum F. Ar- „noldo de Dotinghem, viro integerrimo, Joannem Cli- „viæ Ducem, ejuſque Genitricem Illmam Mariam de Bur- „gundia accedens, emiſſi in Bononia voti expletionem ex- „petiit, accepitque licentiam ædificandi Conventum Or- „dini Prædicatorum in Civitate Calkerenſi, à Fratribus „præelecta, tamquam ſtudio, & contemplationi commo- „diſſima, anno Domini 1454. Anno autem Domini 1455 „die 7 Septembris Rmus Ordinis Prædicatorum Magiſter „Generalis Martialis Auribelli Avinionenſis litteris ſuis pa- „tentibus gratiosè conceſſit licentiam Joanni Duci Clivien- „ſi, ac Proconſulibus Civitatis Calkerenſis: quatenùs Con- „ventum Ordinis Prædicatorum, vitæ regularis in Calker „erigerent: ſi tamen â Sede Apoſtolica, & Colonienſi Ar- „chiepiſcopo erectionis aſſenſum obtinerent.

Origo hujus Conventûs.

„ Calixtus verò Papa Tertius Ducis ſupplicationem ea in „re omninò repulit, aſſerens: ſanctiùs fore; Conventus „deformatos ad priſtinum Ordinis rigorem inducere, quam „novos excitare. Immutatâ denique à Xanctenſi Decano „ſupplicatione: ut in honorem S. Vincentii Ordinis Præ- „dicatorum Confeſſoris Hiſpani, & conterranei ſui, & à „ſe non dudùm Canonizati, Conventum primum admitte- „ret in Calker: jam ſe devictum clamans, Ducis, & Ci-

„vitatis petitiones confirmavit eodem anno, tertio Calendas „Novembris.

„ Theodoricus De Moersa Colonienſis Archiepiſcopus, „etiam, pulſatus precibus Illmæ Mariæ de Burgundia Du„ciſſæ Clivienſis, benignè annuit noſtri Conventûs Calke„renſis fundationem, & conſecrationem Eccleſiæ primæ, „factam per Rmum P. Judocum Borre Epiſcopum Jeropoli„tanum (de quo vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio „21) Ordinis Prædicatorum anno Domini 1469 die 19 „Septembris.

§. II. *De Ædificiis.*

LOcus, ubi Conventus hic ædificatus eſt, à primis illius Inchoatoribus (ut ſuprà dixi) tamquam Fratrum habitationi commodiſſimus, & ſtudio, ac contemplationi aptiſſimus, præelectus fuit. In illo ædificia, genio Fratrum illíus temporis conformia erecta fuerunt, Clauſtrum, dormitoria, refectoria hyemale unum, æſtivale alterum, cum cæteris obſervantiæ regularis officinis. His adjacent hortus ampliſſimus, pomarium amœniſſimum, & vivarium piſcium conſervationi aptiſſimum.

CAPUT SECUNDUM.

§. I. *De Eccleſia.*

DE hujus Conventûs Eccleſia ſic habet ſupracitatus P. ab Alten: „Eccleſia vero noſtri Conventûs moderna „cum Clauſtro, ac Cœmiteriis, temporis decurſu ædifica„ta eſt laboribus Patrum maximis, & expenſis, nedum Prin„cipis: ſed & devotorum hominum, amicorum Dei, & Conſe- „Ordinis, fuitque conſecrata per Rmum P. Henricum de cratio Ec- „Revennaco Epiſcopum Venocomponenſem (*Suffraganeum* cleſiæ. „*Colonienſem*) Ordinis Prædicatorum anno Domini 1480 „Roberto de Bavaria Colonienſi Archipræſule à ſuis jam re„pudiato, & Hermanno Lantgravio Haſſiæ jam gubernante:

Prima hujus Conventûs Eccleſia, ſeù potiùs Eccleſiæ navis una, in illam formam redacta fuit: ut illi ſucceſſu temporis alia adjungi poſſet.

Cùmque omninò perfecta foret: anno 1469 conſecrata fuit in honorem SS. Trinitatis, & S. Vincentii Ferrerii hujus Eccleſiæ, & Conventûs Patroni. Prædictæ navi ſucceſſu temporis altera fuit addita, & conſecrata anno 1480.

§. II. *De Theſauro Sacro.*

HAbet Conventus hic ſequentium SS. Reliquiarum Theſaurum ſacrum:

S. Joannis Baptiſtæ. S. Margaritæ. De Societate S. Victoris. De Societate S. Caſſii. S. Vincentii Ferrerii S. Stephani Martyris. S. Philippi Apoſtoli. S. Andreæ Apoſtoli. S. Catharinæ Senenſis. De Societate S. Urſulæ. S. Blaſii.

P. Petrus de Looſe S. T. Lector Româ contulit ſequentes SS. Reliquias:

S. P. N. Dominici. S. Thomæ Aquinatis. S. Roſæ. S. Pii Quinti. S. Caroli Borromæi. Particulam S. Crucis.

CAPUT TERTIUM.

De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.

COnventus hic à ſuo exordio fundatus fuit ſub ſtrictiore obſervantia, & ſucceſſu temporis cum aliis ejuſdem obſervantiæ Conventibus incorporatus fuit naſcenti Congregationi Hollandiæ, ſub qua permanſit uſque ad annum 1515 quo novæ, illo anno erectæ, Provinciæ Germaniæ inferioris annexus fuit.

Sequentibus temporibus, tam Congregationis Hollandiæ, quàm Provinciæ Germaniæ inferioris Patres in hoc Conventu ſua Comitia celebrarunt:

Anno 1472 in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli.
Anno 1491 in feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.
Anno 1529 in feſto S. Michaëlis Archangeli.
Vide §. 5. & §. 9. Tractatûs præliminaris.

CAPUT QUARTUM.

De Direptione hujus Conventûs, & Exilio Fratrum.

Obitus Joannis Guilielmi Ducis Cliviæ.

ANno 1609 obiit Joannes Guilielmus Dux Cliviæ, &c. nullâ poſt ſe prole relictâ, ex quo bella plurima inter varios Germaniæ Principes ob illius hæreditatem exorta ſunt. Tandem ampliſſima illius Dominia inter prætendentes hoc modo diviſa fuerunt: ut Duci Neoburgico Ducatus Juliacenſis, & Montes cederent: Marchioni Brandeburgico Ducatus Clivienſis, & Marca.

Hinc maximus inter Catholicos pavor: erat enim Brandeburgicus à Romano-catholica Religione alienus; ſed, ut eventus docuit, non inimicus: nam initio regiminis ſui decretum edidit, quo omnia circà Religionis exercitium immutata reliquit: anno tamen 1636 ingens tempeſtas exorta eſt, quâ certum naufragium timebatur. Ærumnas, quas tunc perpeſſi ſunt Fratres noſtri, hoc modo deſcripſit P. Theodoricus Boelaert hujus Conventûs Senior, & Jubilarius, totius eventûs teſtis oculatus: „annus 1636 Calca„rienſibus malorum omnium initium fuit. Pluribus anteà „annis placito Principum Belgii, & Statuum Hollandiæ, „beneficio neutralitatis fruebamur. Venit 9 Februarii propè „Calcariam Marchio de Caietta cum parte exercitûs Im„peratoris, diſpoſitiſque ad portam antiquæ Calcariæ tor„mentis bellicis, tantum incuſſit timorem civibus: ut vel „inviti ipſum cum præſidio Cæſaris intromitterent; à qui„bus per biennium adeò divexati, atque ad inopiam redacti „ſunt: ut, Optimatibus, ac ditioribus paulatim aliò dila„bentibus, vix tertia pars civium in oppido remanſerit. „Annus autem quartus totus funeſtus, ac luctuoſus; adeo„que excidio proximus Conventui noſtro fuit. Cæſariis enim „negligentiùs excubantibus, Haſſii, Imperio perduelles, „ipſo S. Mauritii, Sociorumque ejus, die ſub horam octa„vam, dolo compoſito, temerè intromiſſi per portam an„tiquæ Calcariæ, occiſis vigilibus, in forum irrumpentes,

Magna civium Calcarienſium miſeria.

„Oppido potiuntur; miseros cives, nihil minùs cogitantes, „prædæ exponunt, in Conventum nostrum furiosè invo- „lant, obvia quæque perfringunt, ac spoliant: donec tan- „dem ab officiario quodam ejecti, ab ulteriore violentia ces- „sare coacti sunt. Tum verò; & vitam Fratrum, & supel- „lectilem Ecclesiæ, atque Conventûs multo auro redime- „re compulsi sumus. Erat tum Prior in hoc Con entu lon- „gè miserrimo R. P. Conrardus ab Heyden. Instituitur Op- „pidi Gubernator Carolus Rabenhaupt homo Bohemus, „sanguinarius, Calvinista, Catholicorum omnium, maximè „verò Ecclesiasticorum, ac Religiosorum hostis infensissi- „mus. Hic statim omnem campanarum usum inhibuit: donec „eas post aliquot dies multo ære redimere coacti sumus. In- „terim, Fratribus terrore consternatis, ipsi in Conventum „irruunt, Fratrum cellas, atque officinas omnes perlustrant, „& si quid ad manum, quod adlubebat, diripiunt. Deindè „jussu Gubernatoris omnia cubicula inferiora, Schola item, „ac domus Conventui contiguæ, multo milite com- „plentur, quibus per quatuor menses servitia præstare ju- „bemur, per quos lecti nostri cum lectisterniis, supellex „item stannea, ænea, variè distracta, ac plurimùm deper- „dita fuêre. Duravit hæc tyrannica vexatio usque ad festum „fermè Ascensionis Christi, quâ sic exhausti, adeòque ad „vivum excoriati sumus: ut vix alter panis nobis supereesset. „Tum per plures dies per arrestum Conventui nos inclu- „dunt: nec pedem domo efferre concessum; donec feriâ se- „cundâ Pentecostes, quæ erat 28 Maii, per Officiarium „Conventu excedere jubemur.

Deplorabilis status hujus Conventûs.

„ Prior vix quatuor, aut quinque dierum inducias impe- „trat, quibus supellectilem nostram tumultuariè convasemus, „bibliothecam Embricam transmittamus. Supplicat demùm „Prior: ut tres solùm decrepitos Senes, cum duobus Con- „versis pro eorum ministerio in Conventu permittat mane- „re, vel saltem in domo aliqua vicina. Pertinaciter negat. „Tandem feriâ sextâ Pentecostes ipse foras egressus, mittit „Officialem cum aliquot militibus, qui absque ulla mora è „Conventu nos expellant. Prior rogat dilationem aliquot

„horarum. Negat, ſtatimque egreſſus, curſu revertitur „cum tota militum cohorte, qui tamquam canes famelici „in culinam, & reliquas officinas irruentes, quidquid cibi, „aut potûs reliquum erat, diripiunt. Sic itaque manu mili- „tari violenter ejecti, complorantibus bonis civibus, egre- „dimur; neſcientes: quis locus nos reciperet; at Deus, „qui non deſerit ſperantes in ſe, nidulum nobis præparavit „in proximo Oppido Griet (Cliviæ locus eſt infimi nominis)

Patres noſtri expelluntur, & Grietam confugiunt.

„ Erat ibidem parvus Conventus Monialium Regulariſſa- „rum, ab hominum ferè memoria derelictus, non à Reli- „gioſis: ſed à ruſticis inhabitatus, porcorum ſtabulo non „abſimilis, ruinam ubique minitans, habens adjunctam Ec- „cleſiolam, miſerè deformatam. Mittebant Grietenſes cer- „tatim filias ſuas, & famulas, quæ locum, quoad fieri po- „terat, ſedulò expurgarent. Ibi cum multa civium commi- „ſeratione excepti, per annum in magnis anguſtiis delitui- „mus, civibus liberaliter lac, & olera, atque legumina ſup- „peditantibus, divina officia pro loci commoditate celebra- „bamus.

„ Interim, ne nos ipſi negligeremus, miſimus P. Joan- „nem *Voſſ.* Supprioremi cum Fratre Converſo: primùm „quidem Hagam-Comitis ad Legatum Regis Franciæ; ſed „is jam ſecutus erat caſtra Statuum, qui occupabantur in „expugnatione Caſtri Geneppani ad Moſam, quem ibidem „convenerunt, auxilium ſuppliciter implorantes. Hic, mi- „ſertus noſtri, litteras miſit ad Rabenhaupt pro liberatione „noſtra, quibus ille acceptis, Fratribus pervicaciter reſ- „pondit: *in vita veſtra non recipietis Conventum veſtrum.* Sta- „timque Calcariâ ad caſtra properavit, atque, confictis men- „daciter calumniis, ità Legatum divertit: ut nihil nobis „ſolatii ab eo expectandum videretur. Verùmtamen Prior, „cauſæ noſtræ non indormiens, litteras commendatitias ab „omnibus Cliviæ Canonicorum Collegiis impetravit, eaſ- „que Coloniam ad Patres noſtri Conventûs deſtinavit, qui „eaſdem citrà moram per Veredarium ad Eximium P. Ma- „giſtrum Priorem Conventûs noſtri direxerunt. Prior, ac- „ceptis litteris, Regem Chriſtianiſſimum Ludovicum XIII

„ipſe

„ipſe ſupplex acceſſit. Rex ſtatim litteras ſigillo ſuo, ma-
„nuque propriâ conſignatas, ad Illm Dominam Lantgra-
„viam miſit, graviter eam monens articuli ſecundi conſœ-
„derationis mutuæ, quo pactum erat: quod Catholicis,
„Eccleſiaſticis, ac Religioſis, ſuam libertatem, atque im-
„munitatem, omnibus in locis ſartam, tectamque ſervarent.
„Curaret itaque nos Conventui noſtro in integrum reſtitui.
„Cum litteris iſtis miſimus duos Fratres Converſos per mille
„pericula Caſletum ad aulam Lantgraviæ. Quibus illa viſis,
„habito maturo conſilio, petitioni noſtræ gratioſiſſimè an-
„nuit, deditque in mandatis ſupremo ſui exercitûs Legato,
„Comiti Eberſteinio: ut, causâ noſtrâ diligenter examina-
„tâ, Regis Chriſtianiſſimi poſtulationem exequeretur. Hîc
„Rabenhaupt in omnes ſe formas vertere, & conſarcinatis
„undique calumniis, & mendaciis nos onerare; ne bolum,
„jam quaſi devoratum, revomere cogeretur. Deus verò,
„qui poſuit mari terminum ſuum, non permiſit impium in
„nos prævalere: ſed excitavit ſpiritum ſupremi in exercitu
„Ducis, Caroli Comitis de Guebria, viri apprimè Catho-
„lici, qui ſe murum pro nobis conſtanter oppoſuit, ad
„quem, Noveſii agentem, Prior, contemptis periculis,
„profectus, & ſex hebdomadibus in multa miſeria in caſtris
„manens, ejus ope, & inſtantiâ pro voto obtinuit omnia.
„Protrahebant Haſſi negotium de die in diem: ut nos, tæ-
„dio affectos, ab incepto deterrerent: Verùm Prior, ad
„Concilium bellicum vocatus, omnes calumnias Raben-
„haupt, ut telas aranearum, diſcuſſit: ut omninò confuſus,
„præter minas, non haberet quod reſponderet. Sicque tan-
„dem, Comite de Guebria negotium noſtrum ſeriò urgen-
„te, reſtitutionis litteras recepimus, quas Prior Calcariam
„ad vice-Gubernatorem deferens, liberam ad Conventum
„redeundi poteſtatem accepit.

Ad Conventum ſuum redeunt.

„ Intrat ergò Prior, & poſſeſſionem capeſſit. Ego poſtri-
„die, quæ erat vigilia Aſcenſionis Domini, Conventum
„miſerè deformatum reperi: Rabenhaupt enim, nobis in
„exilio degentibus, loci commoditate, & amœnitate ineſ-
„catus, decreverat palatium ſuum ibi conſtruere. Omnes

„officinas inferiores, refectorium æstivum, & hiemale, „cubicula hospitum, & infirmorum, ab imo usque ad sum„mum opere scrinario affabrè vestita, pictisque tabulis or„nata, denudarat. Bibliothecam, ejectis pulpitis, scam„nisque, in planitiem redegerat. Omnes Fratrum defun„ctorum memorias in ambitu eraserat. Omnia denique pro „sua libidine in usum suum commutaverat. Uxor ejus, in „castris absens, circiter sexcentas oves in Conventum im„miserat, quæ ambitum Conventûs tanto fœtore infecerant: „ut aliquot posteà mensibus extingui ægrè potuerit. Advo„labant magna cum alacritate filiæ totius Civitatis, ac „multo labore diebus aliquot Conventum, ut angarii stabu„lum expurgaverunt. Ego in die Ascensionis Christi cum „incredibili civium applausu, atque concursu, primus in „Ecclesia Missam celebravi, concionemque habui jam sep„tuaginta septem annis natus; uti etiam dominicâ proximâ, „& sic paulatim divinum officium, quantùm possibile fuit, „instauravimus. Quod utinam pro immensa sua in nos boni„tate, perennet Deus, cui laus, honor, & gloria in sæ„cula sæculorum. Amen.

„ Hæc ego Fr. Theodoricus Boelaert Conventûs hujus fi„lius, Senior, ac Jubilarius anno à professione 55 ætatis 77 „brevibus annotavi: ut laus Dei semper sit in ore nostro, „nec umquam, etiam in casibus desperatis, de Dei in nos „bonitate diffidamus. Anno 1642 die 10 Octobris.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

CONventus hic multos Viros præclaros protulit, quorum memoriam impius Rabenhaupt in ambitu erasit.


Quinam primi fuerint, qui Conventum hunc inchoarunt, nondum inveni: sed ex primis, qui in hoc Conventu obierunt, fuerunt: P. CORNELIUS DE HILDESEM Conventûs Hildesemiensis, Provinciæ Teutoniæ, hîc affiliatus, qui obiit die 21 Aprilis anno 1461 sepultus in Ecclesia.

P. Joannes Urna Conventûs Tremonenſis, Provinciæ Saxoniæ, hîc affiliatus, qui obiit Zutphaniæ anno 1468.

P. Hermannus de Reno Conventûs Weſalienſis, Provinciæ Saxoniæ, hîc affiliatus, qui obiit anno 1476.

P. Reynaldus de Tremonia Supprior Conventûs Zwollenſis, hujus ſui Conventûs, & Neomagenſis, ac Wiſmarienſis Prior, Prædicator celeberrimus, & obſervantiæ regularis zelator eximius. Obiit die 13 Junii anno 1514.

P. Thomas de Dynslaken Procurator, Supprior, Concionator valdè facundus, animam ſuam ponens pro proximo ſuo, peſte obiit Iſenburgi 1527.



VERITAS INVALESCIT.

R^mus P. Jacobus de Ridder Epiſcopus Ebronenſis, S. T. Doctor Colonienſis, ſui Conventûs, nec non Leowardienſis, & Ultrajectini quondam Prior. Ad Infulas Ebronenſes evectus, Suffraganeus fuit D.D. Frederici Badenſis, Philippi de Burgundia, & Henrici Bavari Epiſcoporum

P. Jacobus De Ridder Epiſcopus Ebronenſis.

Ultrajectenſium, & in illa qualitate die 30 Aprilis anno 1507 conſecravit Eccleſiam, & cœmiterium domûs Canonicorum Regularium S. Hieronymi Ultrajecti, ubi etiam varia altaria conſecravit. Anno 1515 menſe Junio in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ Ultrajecti in præſentia multorum notabilium Eccleſiaſticorum, & ſæcularium, nec non P. Mag. Cornelii de Snekis Vicarii Generalis Congregationis Hollandiæ (de quo vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 39) & P. Mag. Jacobi à Calcar Prioris Ultrajectini (de quo vide ibidem folio 22) quaſdam SS. Reliquias, paulò ante inventas, viſitavit, & approbavit. Anno 1516 conſecravit Eccleſiam Monialium noſtrarum Leydis. Anno 1517 die 27 Aprilis conſecravit altare Sacelli familiæ de Waſſenaere in Eccleſia Conventûs noſtri Hagenſis. Anno 1518 die 20 Februarii dedit minores Ordines Philippo de Burgundia Epiſcopo Ultrajectenſi electo. Poſtridiè eundem Philippum ordinavit Subdiaconum, die ſequenti Diaconum, & in feſto S. Matthiæ ſubſequenti Sacerdotem; proximâ dominicâ *reminiſcere* eundem Philippum conſecravit Epiſcopum.

Eo tempore, quo Henricus Bavarus Epiſcopus Ultrajectinus Carolo V Imperatori, tamquam Comiti Hollandiæ, ceſſit dominium temporale Epiſcopatûs Ultrajectini, JACOBUS noſter Ultrajecti decantavit Sacrum ſolemne *de Spiritu Sancto*. Tandem vitâ functus eſt die 6 Maii 1529. Conventui ſuo libros ſuos, mitram pretioſam, ac elëemoſynam aliquam ſuo teſtamento reliquit. Corpus ejus ſepultum fuit in Eccleſia hujus ſui Conventûs in choro B. Mariæ Virginis in cornu epiſtolæ.

P. WILELMUS AB ALTEN S. T. Lector, Prior, Provincialis, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor Colonienſis, obiit 5 Maii 1540.

P. GUILIELMUS AB EMBRICA tertiò ſui Conventûs, & totidem Winſumienſis Prior, obiit anno 1554.

P. THEODORUS SLUSENIUS antequam Ordinem noſtrum ingrederetur, Vicarius & Sacellanus erat in majori Eccleſia Calcarienſi, poſteà exiſtens Supprior Conventûs noſtri

Syracuſani in Sicilia, ibidem obiit cum opinione ſanctitatis anno 1670.

P. Joannes Theodorus a Wylick Miſſionarius Apoſtolicus (de quo vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 197) profectus ad inſulas Philippinas, occluſum inveniens aditum in Japoniam, in Cochimchina, Imperio Mogor, aliiſque per Orientem Regnis, magno cum fructu diſſeminato per multos annos Evangelio, poſt vincula, & carceres, bis pro Fide crudeliſſimè flagellatus, in patriam redux factus eſt ſui Conventûs Prior, Supprior, Procurator, & Prædicator Generalis: deindè Bruxellis Supprior, & Magiſter Novitiorum, ibidem obiit die 14 Julii anno 1680 ætatis ſuæ circiter 54 profeſſionis 33 Sacerdotii 28.

Nota. Tempore tumultuum belgicorum, quo Fratres noſtri à Perduellibus ex multis Conventibus expulſi fuerunt, non pauci ad hunc Conventum Calcarienſem confugerunt, & nonnulli illorum ibidem obierunt. Nempè:

P. Christianus ab Elst Conventûs Neomagenſis, ſui Conventûs quondam Supprior, & Prior, Confeſſarius Monialium noſtrarum Leydis, & Weſtroyæ, Prior Leowardiæ, obiit exul die 18 Novembris anno 1581.

P. Wesselius de Witmunda Conventûs Zutphanienſis, Prædicator Generalis, Diffinitor, & per triginta tres annos Procurator, obiit exul anno 1583 die 27 Octobris.

P. Theodorus Frustragius Conventûs Zutphanienſis, S. T. B. F. Prædicator celeberrimus, obiit exul die 29 Junii anno 1599.

P. Theodorus Gennepæus Conventûs Zutphanienſis, ſui Conventûs, & Calcarienſis Prior, Vicarius nationum Hollandiæ, &c. obiit exul die 29 Auguſti anno 1599.

P. Arnoldus Rhodanus Conventûs Zutphanienſis, hujus Conventûs Calcarienſis iteratâ vice Supprior, obiit exul anno 1611.

Et plures alii.

DE CONVENTU BRUXELLENSI.

INTRODUCTIO.

BRuxella, ſeu Bruxellæ, præclara valdè, Brabantiæ Ducatûs Oppidum, Mechliniâ, & Lovanio quatuor, Aloſto quinque, Antverpiâ octo, Gandavo decem leucis diſſitum, ab anno 1300 ſuorum Ducum, poſteà Belgii Principum, aut Gubernatorum domicilio illuſtre, Conciliis privato Regio, & Statuum Brabantiæ celebre, Sennâ fluvio pertranſeunte bipartitum, palatiorum, ædificiorumque, tam publicorum, quàm privatorum magnificentiâ excellens, multa habet loca Sacra, & utriuſque ſexûs Monaſteria, inter quæ numerantur duo Ordinis noſtri Cœnobia, Conventus nempè Fratrum noſtrorum Belgarum, & Monaſterium Sororum noſtrarum Anglarum pro Fide exulum.

CAPUT PRIMUM.

§. I. *De Fundatione, & Fundatrice hujus Conventûs.*

HUjus Conventûs certam Fundatricem habemus D. Iſabellam Luſitanam, Philippi Boni Ducis Burgundiæ, Brabantiæ, &c. tertiam Conjugem; ut ex ſequentibus conſtat litteris:

Bulla Fundationis.

„ Calixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Ar„chidiacono Bruxellenſi Cameracenſis Diœceſis, & S. Pan„cratii Leydenſis, ac S. Pharaildis Gandenſis, Trajectenſis, & Tornacenſis Diœceſium, Præpoſitis Eccleſiarum „ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Piis Chriſti fide„lium deſideriis gratum nobis decet præſtare conſenſum, &

„ea, quæ Religionis propagationem, cultûſque divini au-
„gmentum reſpiciunt; ut votivum conſequantur effectum,
„favore proſequi gratioſo. Sanè pro parte dilectæ in Chriſto
„filiæ, nobilis mulieris Iſabellæ Duciſſæ Burgundiæ, no-
„bis nuper exhibita petitio continebat: quod, cum in Op-
„pido Bruxellenſi Cameracenſis Diœceſis, quod admodùm
„inſigne & populoſum exiſtit, nulla domus pro inhabita-
„tione Fratrum Ordinis Prædicatorum exiſtat, ipſaque Du-
„ciſſa ob ſingularem devotionem, quam ergà Ordinem ip-
„ſum, & S. Vincentium Confeſſorem gerit, deſiderat in
„ipſo Oppido, in loco ad hoc congruo, & honeſto, unam
„domum, ſive Conventum pro inhabitatione dictorum Fra-
„trum, regularem vitam inibi ducentium, unà cum Eccle-
„ſia, campanili, campanis, cœmiterio, refectorio, hortis,
„hortalitiis, aliis officinis neceſſariis, in honore, & ſub
„titulo dicti S. Vincentii de novo fundare, erigere ac con-
„ſtrui facere ferventer exoptat: dummodò ei ad id Apoſto-
„licæ Sedis ſuffragetur authoritas. Quare pro parte ejuſdem
„Duciſſæ nobis fuit humiliter ſupplicatum: ut ſuo propo-
„ſito favorabiliter annuentes, ei domum, ſive Conventum
„hujuſmodi cum eccleſia, campanili, campanis, cœmite-
„rio, refectorio, hortis, hortalitiis, aliiſque officinis præ-
„dictis in dicto Oppido, in loco ad hoc congruo, & ho-
„neſto, fundandi, & erigendi, ac conſtrui faciendi, ipſiſ-
„que Fratribus, poſtquam conſtructum fuerit, illum, ſive
„illam, recipiendi, & pro uſu, & habitatione prædictis
„perpetuò retinendi licentiam concedere, ac aliàs ſuper his
„opportunè providere, de benignitate apoſtolica dignare-
„mur. Nos igitur, qui cultum divinum, noſtris potiſſimè
„temporibus, ubique adaugeri intenſis deſideriis affectamus,
„hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ
„per apoſtolica ſcripta mandamus: quatenùs vos, vel ali-
„quis veſtrum, dictæ Duciſſæ domum, ſive Conventum
„ipſum, juxtà inſtituta, & regularem obſervantiam dicti
„Ordinis in Oppido præfato, in loco ad hoc congruo, &
„honeſto, per ipſam Duciſſam eligendo, cum eccleſia,
„campanili, campanis, cœmiterio, refectorio, hortis, hor-

„talitiis, aliſque officinis prædictis de novo fundandi, eri-
„gendi, ſeu conſtrui faciendi, ac illam, ſeu illum, pro
„eorum uſu, & habitatione recipiendi, & perpetuò reti-
„nendi, plenam, & liberam authoritate noſtrâ licentiam
„largiamini, diœceſani loci, aut cujuſcumque alterius,
„licentiâ minimè requiſitâ. Nos enim, ſi domum, ſive Con-
„ventum ipſum, fundari, erigi, ſeu conſtrui contingat, ut
„præfertur, univerſis, & ſingulis Fratribus, in ipſa domo,
„ſeu Conventu, pro tempore commorantibus: ut omnibus,
„& ſingulis prærogativis, indultis, libertatibus, exem-
„ptionibus, immunitatibus, aliiſque gratiis, & conceſſio-
„nibus, quibus cæteræ ipſius Ordinis perſonæ ubilibet po-
„tiuntur, & gaudent; etiam uti, & gaudere poſſint, &
„debeant: authoritate apoſtolicâ, tenore præſentium indul-
„gemus, non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ
„Octavi, prædeceſſoris ..... illâ præſertim, quâ prohi-
„betur: ne Fratres Ordinum Mendicantium ad inhabitan-
„dum de novo loca recipere, ſeu hactenùs recepta mutare
„præſumant abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali, faciente
„plenam, & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentio-
„nem, & aliis apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationi-
„bus, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinis hujuſ-
„modi, juramento, confirmatione apoſtolicâ, vel aliâ quâ-
„vis firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcum-
„que: jure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuſlibet alte-
„rius, in omnibus ſemper ſalvo. Datum Romæ apud S. Pe-
„trum anno incarnationis Dominicæ M. CCCCLVII. Nonis
„Novembris, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Anno 1459 R^mus P. Martialis Auribelli totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis in Belgium deſcendit, & poſt celebratum Neomagi Capitulum Generale, Bruxellas venit, Sereniſſimis Principibus Philippo, & Iſabellæ gratias egit, & domum, quam Terminarii noſtri abſque Sacello, &c. tamquam cives hactenùs inhabitaverant, erexit in Vicariatum, à nemine dependentem: quàm ab ipſo totius Ordinis Magiſtro Generali, ejuſque Vicarium inſtituit P. Mag. Joannem de Namurco, Conventûs Leodienſis S. T. D., eique

eique facultatem conceſſit hunc locum admittendi nomine totius Ordinis, & illum regendi in ſpiritualibus, & intemporalibus. Actum Bruxellis die 15 Junii anno 1459.

Anno 1462 in Capitulo Generali Senenſi authoritas hujus Vicarii approbata, & confirmata fuit his verbis: §. *Commiſſiones.* „Ad inſtantiam Ducis Burgundiæ, & ejus Conſortis commiſimus, & committimus curam ædificationis, „& procurationem Conventûs in Oppido Bruxellenſi ſub „titulo vitæ regularis F. Joanni de Namurco Conventûs „Leodienſis Provinciæ Franciæ, dantes eidem plenam facultatem recipiendi Fratres de quacumque Provincia, quos „ſibi neceſſarios judicaverit; exhortantes Fratres Conven„tuum circumſtantium, quod accommodent ipſi libros di„vini officii ad copiandum.

Prædicta Iſabella Duciſſa Burgundiæ, &c. ad inchoandum hunc Conventum emit domum valdè amplam, dictam *de Rumen*, ſitam in platea *de Ridderſtraet* (*platea militum*) à filiis D. Walteri vander Noot, cum adjacentibus domibus, & fundis, quæ omnia dedit præfato P. Joanni de Namurco, à R^mo P. Magiſtro Generali, & Capitulo ad hoc deputato, idque de liberali dono, & in puram eleëmoſynam. Litteræ illius donationis datæ fuerunt die 8 Novembris anno 1463 quas Philippus Bonus Maritus ejus ratihabuit, & confirmavit die 12 ejuſdem menſis, & anni.

Die 5 Martii anno 1464 Fratres noſtri fecerunt primum quæſtum in Civitate ad colligendum panes pro eleëmoſyna.

Anno 1465 in feſto Pentecoſtes Novarræ celebratum fuit Capitulum Generale, in cujus actis ſic legitur: §. *Acceptationes. Imprimis acceptamus pro Conventibus locum Bruxellenſem*, &c. & eodem anno in feſto S. Mariæ Magdalenæ habita fuit Convocatio Congregationis Hollandiæ in Conventu Harlemienſi, cui interfuit Prior hujus novi Conventûs cum aliquibus ex ſuis Patribus, & in eadem Convocatione inſtituti fuerunt Lectores pro Conventu Bruxellenſi Fr. Antonius de Rupe, & ille, quem Prior ſtatuerit. Erectio hujus Conventûs.

Ex quibus patet: locum Bruxellenſem illo anno in Conventum fuiſſe erectum, & illo tempore ſubfuiſſe Congre-

gationi Hollandiæ : ſed quamdiù ſub illa remanſerit, non inveni ; nam in ſequentibus Convocationibus nulla de illo ampliùs fit mentio, ex quo ſuſpicari licet : illum ad nationem Brabanticam reformatorum Conventuum Provinciæ Teutoniæ paulò poſt tranſiiſſe.

CAPUT SECUNDUM.

§. I. *De Eccleſia.*

HUjus Conventûs Eccleſia, poſt conflagrationem in ſplendidiorem formam reſtaurata, tres naves habet valdè longas, & latas, fornicibus lapideis obtectas, quatuor altaria, ante conflagrationem marmorea, nunc lignea, Sacellum quoque adjunctum cum altari in honorem S. Roſæ Limanæ, & permagnificum Sacellum Regium. Chorus olim fundatus fuit munificentiâ Sereniſſimi D. Adolphi fratris germani Joannis Primi, Ducis Cliviæ, &c. Fundatoris Conventûs noſtri Calcarienſis. Choro adhæret Sacellum S. Philippi Apoſtoli extrui cœptum anno 1524 expenſis Illmi D. Philippi de Clivia, Domini de Raveſtyn, &c. filii ſupradicti Adolphi. Hic in eodem Sacello ſepeliri voluit, magnificum mauſolæum erexit, & alia ornamenta eidem Sacello addidit, quæ omnia, anno 1527 perfecta, & ſimul computata, conſtiterunt 10829 florenis, & 17 aſſibus.

Navi hujus Eccleſiæ adhæret Sacellum, quod *Regium* vocatur, cujus originem exhibeo. Olim ædificium quoddam erat Conventui noſtro contiguum, quod *Domus Alba* (*het Wit huys*) dicebatur. Illud deputatum erat Civium conviviis, & potationibus, & ſucceſſu temporis à Patribus noſtris emptum fuit cum adjacentibus ædificiis, & fundis anno 1480 ad ampliandum Conventum noſtrum. Mox ædificium illud mutatum fuit in refectorium, & adjacentia ædificia in culinam, cameras hoſpitum, &c.

Origo Sacelli Regii.

Philippo Auſtriaco Maximiliani I Imperatoris filio in Regem Hiſpaniarum inaugurato, plurimi Hiſpani militiæ, aut mercimonii cauſâ in Belgium transfretarunt, qui ergà

Ordinem conterranei ſui S. P. N. Dominici ſingulari devotione affecti, tanto numero ad Eccleſiam hujus Conventûs confluebant: ut illos, & Cives Eccleſia noſtra ſimul capere non poſſet. Creſcebat cum tempore Hiſpanorum numerus, & confluxus ad Eccleſiam noſtram; ideòque tempore Ferdinandi Toletani Ducis Albani, Gubernatoris Belgii, apertus fuit murus, qui Eccleſiam à prædicto Refectorio ſeparabat, in eoque porta magna facta eſt: ut ex Eccleſia ad locum illum daretur ingreſſus, & hoc modo Refectorium illud mutatum fuit in Sacellum SS. Roſarii ad ſatisfaciendum devotioni Aulicorum, & Hiſpanorum, qui hoc ſummoperè deſiderabant, & ab illo tempore Sacellum hoc decenter exornare cœperunt.

Anno 1695 hoc Sacellum unà cum Eccleſia, & toto Conventu in cinerem, & favillam redactum, poſteà Sereniſſimo Maximiliano Emanuële Duce, & Electore Bavariæ, &c. Belgium Gubernante ſolo æquatum, & aliud novum multò ſplendidius ædificatum fuit.

§. II. *De Theſauro Sacro.*

ANno 1695 in conflagratione hujus Conventûs, & Eccleſiæ multæ SS. Reliquiæ combuſtæ fuerunt. Etiamnùm ſuperſunt: particula S. Crucis, & Spina una Coronæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex Oſſibus S. Vincentii Ferrerii hujus Conventûs Patroni (quas huic Conventui anno 1715 dedit prænobilis D. Joannes van Broechoven, Comes de Bergheyck, Baro de Leefdael, &c.) S. Hyacinthi Confeſſoris, S. Petri Martyris, & S. Roſæ Limanæ Ordinis noſtri. Item S. Blaſii Epiſcopi & Martyris, & S. Hatabrandi Abbatis.

§. III. *De Confraternitatibus.*

IN hac Eccleſia maximè florent Confraternitates SS. Roſarii, & SS. Nominis Jeſu, nec non Militia Angelica S. Thomæ Aquinatis, contrà carnis illecebras erecta.

§. IV. *De Sepulturis.*

In hac Ecclesia sepulti sunt.

IN medio Chori hujus Ecclesiæ ante conflagrationem conspiciebatur Mausolæum pretiosissimum ex marmore, & metallo deaurato, exhibens effigies, & insignia familiarum Adolphi de Clivia, & uxoris ejus Annæ de Burgundia. In lamina ænea ibidem legebatur sequens epigraphe:

Adolphus Dux in Clivia.

„ Sub hac lamina jacet corpus nobilis memoriæ Adolphi „Ducis in Clivia, Comitis in Marca, Toparchæ de Ra„vestyn, & secundogeniti filii Adolphi Cliviæ Ducis, & „Mariæ de Burgundia, sororis germanæ Boni Ducis Phi„lippi, Ducis Burgundiæ, qui postquam nutriverat hunc „suum nepotem, matrimonio conjunxit Illmæ. D. Beatrici „filiæ D. Petri Ducis Conimbricensis, filii, fratris, & „patrui Regum Portugalliæ, ex quibus duobus natus est „Philippus Dux, Comes in dictis ditionibus, & Dominus „de Ravestyn, eorum hæres. Post mortem dictæ Dominæ

D. Anna Burgundica.

„(cujus corpus Querceti sepultum est) hic defunctus jun„ctus est matrimonio nobili & potenti Dominæ Annæ fi„liæ dicti Boni Ducis Philippi, qui duo, postquam con„vixerunt per 22 annos, elegerunt sepeliri in hoc loco, „cujus sunt fundatores. Dictus D. Adolphus relinquens di„ctam Annam viduam, obiit 18 Septembris 1492, & hæc „Domina Anna, quæ hîc jacet, sequitur illum Dominum, „& obiit 18 Januarii 1508.

Fortè ex illis verbis: *elegerunt sepeliri in hoc loco, cujus sunt fundatores*, erravit P. Michaël Pio sumendo totum pro parte: nam in Elencho Conventuum Brabantiæ ponit: *di Bruxelles fondato dal Duca di Cleves del* 1463 *gia vi furono discatiati i frati, e fu distrutto tutto il Convento, toltone la chiesa, che fu salvata par le memorie, e Sepolcri delli Duchi di Cleves.*

Præfatum Adolphum non fuisse hujus Conventûs, sed tantùm Chori fundatorem, ex jam dictis patet. Iconoclastas huic Ecclesiæ peperciisse precisè ob dictorum Ducum memoriam: etiam dici non potest; nam die 12 Septem-

bris 1715 ego Bruxellis exiſtens, inveni in libro archivi hujus Conventûs copiam quamdam authenticam venditionis publicæ, per hæreticos factæ, omnium mobilium, ædificiorum, & materialium hujus Conventûs, in qua inter cætera habentur hæc ſequentia flandricè exarata: *die* 16 *Maii* 1581 *metallum Sepulturæ de Raveſtyn ex Eccleſia Prædicatorum, confractæ de mandato Collonelli Diertins, & inventum ponderis* 2000 *librarum, venditum ſeptem florenis rhenenſibus, &* 10 *aſſibus. Facit* 150 *florenos rhenenſes.* Ex quibus patet: Sacrilegas illos ergà dictum Sepulchrum, aut illorum Ducum memoriam, nullum reſpectum, aut venerationem habuiſſe; alioquin Sepulturæ illius monumenta non confregiſſent, nec haſtæ publicæ ſubjeciſſent.

In Sacello S. Philippi Choro adhærente, ſub magnifico mauſolæo marmoreo jacent PHILIPPUS DE CLIVIA, Dominus de Raveſtyn, ſupradicti Adolphi filius, qui obiit (ut ibidem legitur) die 28 Januarii 1527, & D. FRANCISCA LUXEMBURGICA infelicis Comitis S. Pauli, Ludovici XI Francorum Regis juſſu decollati, filia, quæ obiit in Flandria in caſtro de Wynendaele die 5 Decembris anno 1523. poſt mortem ejus, corpus ad hunc Conventum delatum die 15 Januarii anno 1524, poſtridie cum maxima ſolemnitate ſepultum fuit. D. Philippus de Clivia. D. Franciſca Luxemburgica.

In conflagratione hujus Conventûs, & Eccleſiæ anno 1695 multa monumenta perierunt. Aliquorum tamen memoria etiamnum ſupereſt in probatorum authorum libris, ex quibus ſequentia excerpſi.

D. O. M.

„ JOAN. BAPT. SCHITIO Cremonenſi, viro clariſſ. qui „inter Mediolanenſes primùm Senatores, deindè inter pri„mos Caroli V Aug. & Regis Philippi ejus F. Conſiliarios, „cum integritatis, fidei, & prudentiæ gloria per quinquen„nium verſatus eſt, Fratri B. M. FREDERICUS Frater mœ„ſtiſſ. poſ. obiit Bruxellis, omnibus max. ſui deſiderium re„linquens, annum agens XLVIII. Idib. Febr. M. D. LVIII.

Ità Sweertius *in Monumentis Sepulc. Brab.* folio 297.

Aliud.

POSTERITATI SACRUM.

„ THEDORUS LIEFVELDIUS H. S. E. quem „ut videas, Lector, paucis cape. Nobili domo natus, „& educatus Vilforti, ab adoleſcentia ad humanio„res litteras, & indè ad juris cognitionem tranſiit, „in iiſque ad culmen conſcendit, ingenio, atque in„duſtriâ duce. Quâ famâ abs Matthia Auſtriaco Impera„tore & F. FR. Eques percuſſus, mox ab eodem, & Belgg. „Ordd. Magno Concilio adjunctus, denique Brabantiæ „Cancellarius renuntiatus eſt. Quas dignitates, eâ pruden„tiâ, & integritate obiit, ut parum ſibi, Reipubl. omnia „profecerit. Teſtes liberi, & ſuperſtes familia, apud quos „præter bonum nomen niſi mediocria. Ad ſummam, Prin„cipibus gratus, populo venerabilis, omnibus charus vixit. „Doctrinâ, & uſu rerum gerendarum inter ſui ſæculi pri„mos tantùm non primus. Obiit Philippi II Hiſ. Reg. Con„ſiliarius. Ætatis ſuæ anno XXC. Chriſti M. IↃCI. Libb. PP. „Benè apprecare illi Lector, ſic poſteri tibi.

Sweertius *ibid.*

In Choro jacet prænobilis D. GEORGIUS HOPPERS Toparcha de Dalem, Lovanii natus, filius D. Joachimi, & D. Chriſtinæ De Bertolf ex magno Belgii Concilio ad ſanctioris Concilii gremium tranſlatus obiit anno 1610. Uxorem habuit D..... van Os.

Tombeaux des Hommes Illuſtres, qui ont paru au Conſeil privé du Roy Catholique au Pays-Bas folio 60.

In hac Eccleſia ſepultus eſt prænobilis D. GUILIELMUS DE STEENHUYS Eques, Toparcha de Flers, factus Conſiliarius Magni Concilii anno 1601, Concilii Privati anno 1611, & Concilii Statûs anno 1622. Obiit anno 1638, & olim ſequens habuit Epitaphium:

D. O. M. P. M. S.

„ Qui nuper tot primarum dignitatum titulis ampliſſimus

„ſtabat, brevi ſarcophago contentus jacet GUILIELMUS „DE STEENHUYS Eques auratus, Dominus de Flers, ſago „clarum, & ſæcula numeraṅs genus, æmulando exemplo, „haud impare togæ ſplendore ornavit, prudentiæ, fidei- „que merito, ſupremorum tribunalium ſellas, maritimi, „Parlamenti Belgici, Sanctioris & Statûs, ſummâ integri- „tatis, & juſtitiæ laude ſuſpiciendus judex inſedit. Hinc „ardua Regis ſui Hiſpan. Monarchæ ſtrenuè exequentem „mandata, & Gallia, & Germania; tam in Imperii Co- „mitiis, quàm turbulento Palatinatu, ſub ſtrictiore ſuper- „cilio conſpexerunt: tandem meritis, & annis gravis obiit „octuagenarius anno partæ ſalutis M. D. C. XXXVIII. pridiè „Kalendas Maii.

„ MARGARETA DE GOTTIGNIES condigna nobiliſſ. tha- „lami, hîc quoque tumuli ſocia, jacet. VII liberorum fe- „lici partu, ſanctiorique educationis curâ digniſſima mater, „honorabili viduitate VII annis piè ſervatâ, piè defunctum „maritum ſecuta eſt anno M. D. C. XLIV. XVII. Kalendas De- „cemb. mundi phaleris multis, etiam excellenter impares, „nunc mortis lege omnibus æquati, pias fidelium omnium „expoſcunt preces.

Inſignia illorum: Steenhuys, Preys, Voirt, La Chapelle, Nydeghem, La Trimoville, Erp van Ponſendael, Milot: Gottignies, vander Laen, Muſch dit vanden Broeck, Aſſendelft, Thienwinckel, Heuiter, vander Beke, Diepenhorſt.

Ibid. folio 63.

In Choro in Sepultura Patris ſui Guilielmi De Steenhuys:

Patri adjacet D. PHILIPPUS GUILIELMUS DE STEENHUYS Eques, Baro de Poederle, Flers, &c. filius D. Guilielmi, & D. Margaritæ De Gottignies, Conciliorum Maritimi, & Statûs Conſiliarius, Cancellarius Brabantiæ, in variis hujus Belgii Provinciis diverſis perfunctus muniis: Primò Conſiliarius Ducatûs Geldriæ, & Magni Concilii Mechlinienſis, poſteà Præſes Concilii Flandriæ, deindè Regi à Concilio Sanctiori, & anno 1652 prædicti Concilii

Sigillifer, eodem quoque munere functus in Concilio Brabantiæ, obiit anno 1668.

Ibidem folio 87.

In Choro.

D. O. M.

Et Deiparæ Virgini S.

H. S. S.

„ D. Maillardus de Vulder qui in Mechlinienſi pri-
„mùm Curia per I & XX annos, deindè in Sacro Conſi-
„ſtorio per alios XXIII continuos Regii Senatoris munere
„functus, ſumma cum integritatis, & ſcientiæ fama, de-
„mùm & in Concilium Statûs adlectus, mortalitatem im-
„plevit anno reparatæ ſalutis M. D. C. XLVIII. ætatis ſuæ
„LXXXII.

„ D. Barbara Damman & ſecunda ejus uxor, nobili
„ejus nominis Gandavi familiâ orta, fœmina ſuper cæteras
„virtutes mortales liberalitatis in egenos effuſiſſima, quibus
„ſine prole decedens centum P. M. florenorum millia ſupre-
„mis tabulis legavit. Vixit annos LVII. Obiit XIII. Kal.
„Octob. anno M. D. C. XXXIX. Mortuis benè precare.

Inſignia illorum: De Vuldere, van Clickhove, Claiſſone, Coene: Damman, Pauwels, Prooſt, De Jonghe.

Ibidem folio 70.

In Choro quoque jacet D. Petrus Stockmans Antverpienſis, Juris Doctor & Profeſſor in celeberrima Academia Lovanienſi, poſteà in Conciliis Brabantiæ, & Privato Conſiliarius, pro circulo Burgundico Deputatus in Comitiis Ratiſponenſibus, & Juſtitiæ Militaris Super-intendens, obiit Bruxellis die 7 Maii anno 1671 ætatis ſuæ 63.

Ibidem folio 91.

In Choro ſepultus eſt D. Ægidius Albertus van Male Eques, Dominus de Stockel, natione Bruxellenſis, filius D. Caroli Conſiliarii Brabantiæ, & D. Claræ Houwart, ejuſdem Civitatis Scabinus, poſtea Conſiliarius Brabantiæ, deindè

deindè Sanctioris Concilii, matrimonio junctus D. ANNÆ MARIÆ MAES filiæ D. Joannis Equitis, Domini de Longchamps, Consiliarii Brabantiæ, obiit Bruxellis die 4 Februarii anno 1671.

Ibid. folio 92.

Post restaurationem Ecclesiæ in Choro ad dexteram summi altaris erectum fuit permagnificum mausolæum marmoreum cum sequenti epigraphe:

D. O. M.

D. Albertus de Coxie.

„ Hîc mortalitatis suæ exuvias deponi voluerunt ALBERTUS DE COXIE Baro de Moorsele, Toparcha de Bousval, Laloux, &c. Regi à Consiliis Statûs, & Sanctioris Senatûs Præses Supremus. Et CLARA THERESIA STALINS conjuges, qui quotidianum Sacrificium cum psalmo, & collecta, ac anniversarium solemne cum pridianis vigiliis, in perpetuum sibi, posterisque in hoc Choro fundari curaverunt. Obiit ille 13 Novembris 1709. Hæc verò.....

D. Clara Theresia Stalins.

R. I. P.

A sinistris summi altaris, seu in cornu Evangelii, pariforme cernitur Mausolæum cum hac epigraphe:

P. M.

D. Jacobus Franciscus van Caverson.

„ JACOBI FRANCISCI VAN CAVERSON Toparchæ de Witterzee, Assonville, Waisoul, &c. in Concilio Brabantiæ Præsidis secundæ Cameræ, Regi in Sanctiori, & Statûs Senatoris. Et JOANNÆ ALBERTINÆ SCHOCKAERT Conjugum, qui sacrorum anniversarium XII hebdomadarum IIII cum distributione panum DCCCXXXII, & tribus pittantiis à se suisque hîc fundatorum hoc publicum monumentum P. C.

„ Obiit ille 4 Julii 1713. Hæc verò.....

R. I. P.

Suprà porticum Ecclesiæ ex pretioso marmore hæc verba leguntur:

D. O. M. S.

D. Hieronymus van Caverson. D. Margarita Beydaels.

„ D. HIERONYMI VAN CAVERSON, ANNÆ VAN DEN „BEMPDE, & MARGARITÆ BEYDAELS Conjugum hære- „des piis parentibus hîc ex oppoſito locum ſepulturæ ha- „bentibus grato animo poſuêre anno 1651. His lector benè „apprecare.

CAPUT TERTIUM.

§. I. *De Statu Regulari, & Capitulis Provincialibus.*

CONventus hic ſub obſervantia regulari fundatus, brevi tempore ſubfuit Congregationi Hollandiæ, deindè Provinciæ Teutoniæ, unus ex reformatis Conventibus nationis Brabantiæ (quo tempore P. Mag. Jacobus Sprengerus Vicarius reformatorum Conventuum illius Provinciæ hunc Conventum viſitavit anno 1476) & tandem anno 1515 incorporatus fuit novæ Provinciæ Germaniæ inferioris, illo anno erectæ, quæ ſequentibus temporibus in hoc Conventu ſua Capitula Provincialia celebravit:

Anno 1526 die 5 Maii.
Anno 1551 die 7 Septembris.
Anno 1568 die 22 Auguſti.
Anno 1574 die 23 Februarii hîc habita fuit Congregatio Patrum.
Anno 1594 Dominicâ primâ Octobris.
Anno 1610 Dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1611 Dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1629 die 21 Januarii.
Anno 1643 Dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1653 Dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1659 die 4 Maii Congregatio Patrum.
Anno 1682 die 8 Julii Congregatio Patrum.
Anno 1705 Congregatio Patrum.
Anno 1711 Dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ.
Anno 1717 die 13 Octobris Congregatio Patrum.

§. II. *De Novitiatu.*

RMus P. Nicolaus Rudolphius totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis per litteras ſuas, datas die 25 Martii anno 1634 in hoc Conventu erexit Novitiatum, & illius directores inſtituit P. Mag. Henricum Scelliers S. T. D., & P. Franciſcum Antonii Conventûs Antverpienſis filios, qui Toloſæ ſub ſtrictiore obſervantia fuerant commorati.

Hujus Novitiatûs erectio declarata fuit in Capitulo Provinciali, Brugis celebrato, ſequenti anno 1635.

§. III. *De Studio.*

IN hoc Conventu aliquando viguiſſe Studium Philoſophicum, & Theologicum: ex variis monumentis patet.

CAPUT QUARTUM.

§. I. *De Devaſtatione hujus Conventûs per Iconoclaſtas.*

ANno 1580 menſe Novembri, ut ſcribit Haræus, „Antverpiæ, ac Bruxellæ, aliiſque item in locis Catholi„ci, acceptis à Magiſtratu Calviniano ſcedulis, cauſam „exilii tamen non exprimentibus, certo die, adjectâ pœ„nâ, exire patriâ magno numero ſunt juſſi.

Fratres noſtros hoc anno magnam perſecutionem pertuliſſe: conſtat ex Copia quadam authentica (de qua ſuprà folio 333) in qua legitur: *Memoriale mobilium Prædicatorum venditorum anno* 1580 *die* 8 *Decembris. I. Cancelli ænei domunculæ Sacramenti* (van het Sacraments-huysken) *ponderis* 844 *librarum, quarum ſingulæ centenæ venditæ ſunt ſeptem florenis rhenenſibus, &* 10 *aſſibus.*

Ingens tumultus Bruxellis.

Anno 1581 die 22 Aprilis Bruxellis exortus eſt tumultus: quià hæretici urbe pellere meditabantur P. Mag. Antonium Ruyskenſvelt S. T. D. qui in concionibus ſuis Catholicos in fide confirmabat, & hæreticos confundebat.

De hoc tumultu vide ſuprà folio 82.

Fratribus Fratribus noſtris Conventus per partes divenditur.

Hoc menſe, Fratribus noſtris cum multis aliis Religioſis, & Eccleſiaſticis in exilium pulſis (ut ex prædicta venditionis copia conſtat) die 24 ejuſdem menſis Aprilis 1581 ab hæreticis haſtæ publicæ ſuppoſitum fuit metallum Eccleſiæ noſtræ ponderis 4612 librarum. Item æs ponderis 69.

Die 9 Maii quinque ſiſteræ cum dimidia antiqui frumenti noſtri.

Die 16 Maii 1581 metallum Sepulturæ de Raveſtyn ponderis 2000 librarum.

Item libri noſtri. 1. ex pergameno (fortè chorales) ponderis 248 librarum. 2. libri ex charta (fortè bibliothecæ) ponderis 2114 librarum. 3. chartæ inutiles (ut ipſi dicebant) Eccleſiæ noſtræ ponderis 800 librarum.

Die 29 Maii 1581 ſtannum noſtrum ponderis 75 librarum. Item metallum ponderis 36 librarum. Item æs ponderis 27 librarum. Item alabaſtrum fractum ex Eccleſia noſtra ponderis 835 librarum. Item cera ponderis 16 librarum cum dimidia.

Die 14 Junii ejuſdem anni 1581 ligna fabrefacta cum gradu juxtà portam, & plateam. Item ædificia lapidea totius domûs. Item ligna fabricata cum ferro, & ardeſiis culinæ. Item pavimentum culinæ cum gradibus lapideis. Item omnia ligna fabrefacta cubiculi juxtà culinam. Item tres trabes cum omnibus ſuis attinentiis, cum tribus cellis, cum ſuis tabulatis. Item tria frontiſpicia lapidea culinæ, cum frontiſpiciis cellarii, cum duabus adjacentibus partibus clauſtri, & omne ferrum, quod adhæret. Item tota domuncula ſita in cœmiterio, cum ardeſiis, ligno, ferro, plombo, & opere lapideo portæ. Item totum pavimentum ambitûs, cum interjacentibus lapidibus ſepulchralibus, latitudinis 30 pedum, cum veſtibulis portarum, & pavimento prædictæ domunculæ in cœmiterio. Item pavimentum etiam 30 pedum latitudinis ad aliud latus in eodem ambitu.

Sequitur alia Venditio.

„Conditiones, quibus Henricus Gaillaert Receptor Gene-

„ralis bonorum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum in par-
„tibus Bruxellenſibus vendet cum extinctione ardentium can-
„delarum partes ædificiorum, & lignorum hîc ſequentium,
„jacentium in Clauſtro Monaſterii Prædicatorum : præter
„albos lapides quadros, lateres, tegulas, ferrum, plombum,
„& alia materialia, ibidem exiſtentia, &c.

Hâc ultimâ vice omnia reliqua materialia, prout & antecedentia, divendita fuerunt viliſſimo pretio. Ex quibus colligi poteſt : ad quàm deplorandum ſtatum Conventus hic fuerit redactus, exulantibus Fratribus noſtris.

§. II. *De ſecunda Devaſtatione hujus Conventûs.*

Hujus Conventûs conflagratio.

ANno 1695 cum Namurcum à Guilielmo Auriaco Angliæ Rege, & Maximiliano Emanuële utriuſque Bavariæ Duce, Belgii Gubernatore gravi obſidione premeretur : Gallorum copiæ ſub Mariſchallo de Villeroy ab hora ſeptima veſpertina diei 13 Auguſti uſque ad meridiem diei 15 ejuſdem menſis pluſquam duo millia machinarum bellicarum, quas *Bombas* vocant, & innumerabilem globorum ignitorum multitudinem in Civitatem Bruxellenſem injecerunt : ut Namurcum obſidentes ab obſidione averterent, & Bruxellæ velut alteri Troyæ ſub flammarum voragine gementi ſuppetias ferre cogerent ; ſed in vanum laboraverunt ; nec aliud effecerunt, quàm pluſquam 2600 ædificia, tam publica, quàm privata, multa quoque Monaſteria, templa, aliaque loca ſacra in cinerem, & favillam redigere. In hac tragœdia Conventus noſter, unà cum Eccleſia, Sacello Regio, omnibuſque ædificiis ſuis (ſi Braxatorium, & exiguam Infirmariæ partem excipias) combuſtus fuit, & devaſtatus. In hoc incendio F. Ludovicus ..... Converſus vivus combuſtus, & Fr. Bartholomæus aliquot diebus poſteà collabente Refectorio ſub ruderibus conquaſſatus fuit.

Miſerrimus ſtatus hujus Conventûs.

Fratres noſtri diſperſi, partim apud amicos, partim in aliis Conventibus, partim in aliorum Ordinum Monaſteriis, partim in tiguriis, & caſis, ex aſſeribus, vel luto in fundo

devaſtati Conventûs extructis, & ſtramine obtectis degere coacti fuerunt: donec, Deo favente, mediantibus piorum eleëmoſynis, Conventus paulatim fuerit reſtauratus per Ven. ac Digniſſimum P. Jacobum De Bode hujus Conventûs filium, Priorem, Provincialem, qui ſextò Conventui ſuo præfuit.

CAPUT QUINTUM.

De Viris dignitate, eruditione, & exemplari vitâ claris.

CONventum hunc Viri plurimi dignitate, eruditione, & vitæ ſanctitate inſigniſſimi illuſtrarunt. Quamvis indubiè per iconoclaſtiam, & hujus Conventûs conflagrationem multorum memoria perierit, aliquorum tamen etiamnùm ſupereſt, inter quos meritò laudari poſſunt:

P. Mag. BRIXIUS FLORENTII S. T. Doctor Lovanienſis, hujus ſui Conventûs, & Buſcoducenſis Prior, unus executorum teſtamenti R^mi P. Nicolai Brugman, Conventûs Gandenſis, Epiſcopi Salubrienſis, defuncti anno 1492. Hunc Virum Eximium R^mus P. Joannes Lampier Epiſcopus Salubrienſis Magiſtrum ſuum vocare ſolebat, & ob magnum ergà illum affectum, & venerationem juxtà eum ſepeliri voluit.

P. Mag. RICARDUS DE RIVO S. T. Doctor Colonienſis, anno 1486 hujus ſui Conventûs Prior. Ante conflagrationem hujus Conventûs, in illius bibliotheca aſſervabatur codex manuſcriptus, cui titulus: *iſta eſt lectura ſententiarum, quam legit F. Ricardus de Rivo Coloniæ pro forma ad Magiſterium anno* 1481 *filius nativus Conventûs Bruxellenſis.*

P. PETRUS DE HASENDONCK primus, qui in hoc Conventu profeſſionem emiſit, S. T. Lector in Conventu Buſcoducenſi, obiit anno 1500.

P. Joannes Lampier Episcopus Salubrienſis.

Rmus P. JOANNES LAMPIER Nivellenſis, S. T. Licentiatus, hujus ſui Conventûs Prior, Confeſſarius & Conſiliarius Philippi I Hiſpaniarum Regis, cum quo bis in Hiſpaniam profectus eſt, eique Burgi agonizanti conſolationis cansâ adfuit, & defuncti teſtamenti executor fuit anno 1506, & anno ſequenti in ſolemnibus ejuſdem Regis exequiis doctiſſimam orationem funebrem habuit. Deindè à Carolo Auſtriaco prædicti Regis filio, & hærede (poſteà Imperatore) in ſuum, totiuſque aulæ ſuæ Confeſſarium, & Conſiliarium aſſumptus, & ad Infulas Salubrienſes evectus, dignitates illas laudabiliſſimè geſſit uſque ad mortem, quæ ei obtigit Mechliniæ menſe Octobri anno 1509. Corpus Bruxellas relatum, in Choro Conventûs ſui ad ſiniſtram ſummi altaris propè Sepulchrum Magiſtri ſui P. Mag. Brixii Florentii, ſepultum fuit ſicut teſtamento, SS. D. Julii Secundi Pontificis ſpeciali indulgentiâ condito, ordinaverat: quo etiam ſuo Conventui S. P. N. Dominici imaginem argenteam, ponderis octo marcarum affabrè faciendam,

tempore ſecundæ ſuæ cum Philippo I Rege in Hiſpanias navigationis procelloſiſſimæ voto promiſſam, legavit, & omnium bonorum ſuorum reſiduum, debitis, legatiſque fideliter perſolutis, plenariè reliquit.

P. Mag. JOANNES DE HAMER S. T. Doctor Lovanienſis, anno 1507 à Capitulo Provinciali Buſcoducenſi deputatus cum P. Laurentio Uskirchen Provinciali electo, & P. Joanne de Colle Priore Buſcoducenſi ad acceptandam fundationem Monaſterii Monialium noſtrarum Tamiſiis. Tandem Studii Generalis Regens actualis obiit die 15 Aprilis 1514.

P. Mag. JACOBUS REMIGII S. T. Doctor Lovanienſis, ſui Conventûs Prior, Studii Generalis Lovanienſis Regens, & anno 1520 Capituli Provincialis Diffinitor.

P. JACOBUS DE BRUXELLIS, ſeu DE ANGIA à loco ejus natali dictus, cum P. Mag. Petro de Bruxella, etiam Ordinis noſtri, confunditur. Petrus de Bruxella Bruxellenſis quidem erat nativitate, ſed profeſſione Gallus, Pariſienſis, Doctor celeberrimus, qui obiit anno circiter 1514. Jacobus verò: Angienſis erat nativitate, & Bruxellenſis profeſſione; unde modò *de Bruxella*, modò *de Angia* vocatus fuit. Studuit etiam Pariſiis, & quidem ſub diſciplina prædicti P. Mag. Petri de Bruxella. Deindè à ſtudiis redux anno 1517 à Capitulo Provinciali aſſignatus fuit Conventui Groeningenſi, in quo per multos annos habitavit. Tandem obiit Mechliniæ anno 1553 ætatis ſuæ 83.

Scripſit: *Annotationes* in Summam Theologicam D. Thomæ Aquinatis, quibus quæſtiones, & articulos annotavit, ad quos D. Thomas ſeipſum citans, lectorem remittit dicens: *ut ſuprà dictum eſt*, vel *ut infrà dicetur*. Has Annotationes potiſſimùm fecit in primam partem, in primam ſecundæ, & in ſecundam ſecundæ. Illas poſteà correxit, auxit, & complevit P. Antonius noſter Senenſis, adjungendo etiam in tertiam partem.

Ejus etiam operâ ſecundâ vice prodiit Pariſiis 2ª 2æ D. Thomæ typis Franciſci Renault anno 1518. Hanc 2æ 2æ impreſſionem attribuit P. Mag. Guilielmus Seguier Petro de Bruxel-

Bruxellis : ſed ille tunc à quatuor circiter annis obierat ; vocaturque *de Angia*, quam Jacobus noſter patriam nactus eſt.

P. Mag. JOANNES STRAETMANNUS S. T. Doctor Lovanienſis, ſui Conventûs Prior, & Capituli Provincialis Diffinitor. Obiit die 23 Aprilis 1571.

P. GASPAR BALLINCX S. T. Licentiatus, Prædicator Generalis, ſui Conventûs Supprior, tertiò Prior, Lovanii Magiſter Studii, dein Regens Secundarius, quintò Capituli Provincialis, & ſemel Generalis, Diffinitor. Obiit grandævus die 30 Novembris anno 1577.

P. Mag. DOMINICUS SEGERS S. T. Licentiatus Lovanienſis, & Magiſter in Ordine, quintò Capituli Provincialis, & bis Generalis Diffinitor. Obiit die 12 Junii anno 1603.

P. Mag. STEPHANUS JONAS S. T. Doctor Lovanienſis, ſui Conventûs, & Duacenſis, ac Audomarenſis Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, iteratâ vice Studii Generalis Lovanienſis Regens, cui muneri ibidem immortuus eſt Calendis Aprilis anno 1605 corpus ejus Bruxellas vectum in Clauſtro hujus ſui Conventûs ſepultum fuit.

P. JOANNES RENARDI hujus ſui Conventûs Prior, Clauſtrum ab iconoclaſtis devaſtatum reædificavit. Obiit anno 1606.

P. CAROLUS HYACINTHUS PUTEANUS anno 1614 profeſſus, die 25 Martii anno 1626 vix trigeſimo ætatis anno expleto, præmaturâ morte obiit.

Scripſit *Diſſertationes paleſtricas de providentia, & fato, deque felicitate hominis.* Bruxellis typis Joannis Pepermans 1623 in 4.

P. PETRUS MALPÆUS ſui Conventûs Prior, anno 1623 inchoavit Vicariatum (nunc Conventum) Vilvordienſem mediis F. Philippi Renati à Buſleyden, & eleëmoſynis à Parentibus ſuis obtentis, & illi Vicariatui tertiò præfuit. Obiit Bruxellis die 29 Decembris anno 1645. Inchoatio Vicariatûs (nunc Conventûs) Vilvordienſis.

Scripſit : *Palmam Fidei Sacri Ordinis Prædicatorum.* In qua Martyres Ordinis noſtri recenſet ab exordio Ordinis uſque ad annum 1635 Antverpiæ typis Joannis Cnobbaert anno 1635 in 8.

Athenæum Ordinis Prædicatorum. In quo agit de Scriptoribus Ordinis noſtri. Opus hoc in folio exaratum, & prælo paratum, approbatum fuerat die 12 Octobris 1637: ſed cum duobus ſequentibus in conflagratione Conventûs anno 1695 periit.

Sacram purpuram Ordinis Prædicatorum. De Summis Pontificibus, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtris, ex Ordine noſtro aſſumptis. M. S.

Vitas Fratrum Ordinis Prædicatorum ſanctimoniâ illuſtrium, & ſpeciali laude dignorum ab anno 1500 *uſque ad annum* 1636. M. S.

P. Mag. ADRIANUS PAYMANS, Bellomontanus S. T. Doctor Duacenus per multos annos Bruxellis, & Duaci Philoſophiam, & Theologiam docuit, iteratâ vice Capituli Provincialis Diffinitor, Prior exiſtens Conventûs Audomarenſis, in eodem obiit die 14 Septembris anno 1641.

P. PHILIPPUS RENATUS A BUSLEYDEN natus Vice-Comes Grimbergenſis, Vicariatûs (nunc Conventûs) Vilvordienſis fundator, & poſteà Vicarius. Obiit Terminarius Cortraci die 24 Junii anno 1644.

P. JOANNES CROISSANT S. T. Lector, obiit die 23 Novembris anno 1651.

Scripſit flandricè *Compendium Sanctitatis, Miraculorum B. B. Ambroſii Sanſedonii Senenſis, & Jacobi Veneti Ordinis noſtri.* Bruxellis typis Joannis Pepermans anno 1625 in 8.

P. ANDREAS SOLRE Leſſinienſis, Bruxellis profeſſus die 21 Novembris 1658, ſcripſit *Muſas Brabanticas.* Mechliniæ typis Gisberti Lintſii anno 1666.

Familiam Sanctam Jeſu Mariæ, Joſeph, etiam metricè. Antverpiæ typis Henrici van Dunwalt anno 1686 in 12.

P. VINCENTIUS MARCHANT iteratâ vice Syndicus, deindè Supprior, Magiſter Novitiorum, & Prior, anno 1671 opus laborioſiſſimum: ſed ſuo Conventui utiliſſimum aggreſſus eſt, in unum colligendo omnia Archivi Conventûs ſui documenta, illaque redigendo in unum maximæ mo-

lis volumen, quorum ſingulorum copiæ authenticæ collatæ, & ſignatæ ſunt manu Notarii publici, ex quo libro maximam hujus Conventûs hiſtoriæ partem compilavi.

P. Mag. HIERONYMUS MAURITIUS (MAURISSENS) Muſicus & Organiſta celeberrimus, in Studio noſtro Generali Lovanienſi Magiſter Studii, & Regens Secundarius, S. T. Licentiatus (poſteà Doctor Lovanienſis) anno 1666 electus fuit in Priorem Conventûs Sittardienſis, quo munere perfunctus, anno 1669 reelectus, & confirmatus fuit, & tempore regiminis ſui totam Eccleſiam illius Conventûs ædificavit, & anno 1670 illam conſecrari vidit. Extruxit etiam Sacriſtiam cum bibliotheca, & in horto infirmariam Fratribus morbo contagioſo laborantibus. Deindè anno 1680 factus eſt Vicarius Vicariatûs (nunc Conventûs) noſtri Vilvordienſis, & S. Theologiam prælegit in Abbatia Loënſi Canonicorum Regularium S. P. Auguſtini.

Scripſit libellum contrà Novatores Septem-punctiſtas in Belgio.

P. Mag. HENRICUS COLLINS S. T. Doctor Duacenus, hujus ſui Conventûs Prior, per multos annos in Conventu ſuo Philoſophiæ, & Theologiæ Profeſſor, Vicarius Vilvordienſis, & Studii noſtri Generalis Lovanienſis Regens Primarius.

P. PIUS FASSEEL Harlemii per octennium Miſſionarius Apoſtolicus, ſui Conventûs Prior, primus & tertius Prior novi Conventûs Vilvordienſis, ejuſdemque Conventûs Prædicator Generalis, obiit grandævus Vilvordiæ die 5 Julii anno 1694.

P. BENEDICTUS EMANUEL SAILLY Magiſter Novitiorum, Syndicus, Prior, Inſulis nationis flandricæ Prædicator & Confeſſarius, Harlemii Miſſionarius Apoſtolicus, in magno Sundert per duodecim annos Paſtor, obiit Vicarius Raſpalienſis die 14 Februarii anno 1695.

P. JOANNES VANDER CAMME facundiſſimus Prædicator, obiit die 5 Auguſti anno 1671 ætatis 35.

Scripſit flandricè *Fontem vivum ſpiritualium, & corporalium beneficiorum S. P. N. Dominici.* De Communione heb-

domadali in honorem S. P. N. Dominici fieri ſolita; cum alio tractatu, intitulato: *S. Dominicus Advocatus hominum.* Bruxellis typis Guilielmi Scheybels 1668 in 8.

P. Joannes Baptista Wouters Lovanii SS. Roſarii Orator latinus, & Præfectus ſcripſit *Epitomen Sacræ Scripturæ hexametro memoriali contractam.* Bruxellis typis viduæ Philippi Vleugaert anno 1684 in 8. Ad calcem adjecit *Explicationem, ſeu indicem, nominum propriorum in Scriptura Sacra contentorum.*

Ex latino in Belgicum vertit *Vitam admirabilem cum compendio Miraculorum S. Roſæ de S. Maria tertii Ordinis noſtri.* Bruxellis typis Philippi Vleugaert anno 1668 in 8. Quam *Vitam* modò compendioſiùs, modò auctiùs reimprimi curavit iiſdem typis annis 1671, & bis 1672, & iterùm 1673.

Vitam Angelicam Doctoris Angelici S. Thomæ Aquinatis. M. S. in folio.

P. Mag. Antoninus Grondoni S. T. M. in Studiis Lovanienſi, Antverpienſi, Bruxellenſi, & Mechlinienſi iteratâ vice Philoſophiæ Lector, bis Magiſter Studii, Studii Generalis Regens, Magiſter Novitiorum, Supprior, Monialium variis in locis Confeſſarius, Capituli Provincialis Diffinitor, Concionator celeberrimus. Mechliniæ in Conventu Buſcoducenſi Prior exiſtens anno 1697 ibidem inchoavit Congregationem Filiarum tertii Ordinis noſtri, ſimul commorantium ſub patrocinio S. Joſeph, (vide folio 312) & eodem anno in die animarum animam ſuam Creatori reddidit anno ætatis ſuæ 45 profeſſionis 26.

Inchoatio domûs S. Joſephi Mechliniæ.

P. Martinus Harney Provincialis.

P. Mag. Martinus Harney Amſtelodamenſis, S. T. Doctor Lovanienſis, Janſeniſtarum hoſtis acerrimus. Obiit Lovanii, ibidem ſepultus in loco Capitulari ſub hoc monumento:

„ Hîc jacet Adm. R^dus ac Eximius Pater F. Martinus „Harney Amſtelodamenſis, Conventûs Bruxellenſis filius, „Studii Generalis Lovanienſis Regens primarius, Lingua„rum Sacrarum non ignarus, Sacræ Facultatis Profeſſor „Regius, Archiepiſcopalis librorum Cenſor, Bruxellis „Prior, Capituli Generalis Diffinitor, Reverendiſſimi Aſſi-

„ſtens, Germaniæ inferioris iteratò Provincialis digniſſimus, „Apoſtolicarum Miſſionum denique trinâ vice Præfectus, „obiit 22 Aprilis 1704. Requieſcat in pace.

Scripſit *Epiſtolam apologeticam ad R. Adm. P. F. Petrum de Alva & Aſtorga Ord. FF. Minorum Lectorem Jubilatum*, &c. De ſecunda editione illius *Nodi indiſſolubilis*, & publicatione libelli, cui titulum fecit: *Certum quid.* Bruxellis typis Joannis Mommartii anno 1664 in 4.

Rationabilem obedientiam Catholicorum Belgii quoad lectionem Scripturæ Sacræ in lingua vulgari. Flandricè. Antverpiæ typis Henrici van Dunwalt anno 1686 in 8.

De lectione gallicæ tranſlationis Novi Teſtamenti, ceu Montibus impreſſæ, fragmentum ex prædicto opere deſumptum, adverſus quædam ſcripta D. Antonii Arnaldi. Latine. Lovanii typis Joannis Saſſeni anno 1689 in 8.

NON NOBIS.

P. Reginaldus Cools Epiſcopus Ruræ-

R^mus P. Reginaldus Cools ex honeſtis mediocris fortunæ parentibus natus Antverpiæ, poſt abſoluta ſæcula-

rium litterarum ſtudia primò militiæ nomen dedit, & Vexillifer factus eſt: deindè, relictâ militiâ, Cauſidicus, quo in munere adeò egregium ſibi nomen aquiſivit: ut præcipui Patriæ Principes, & Magnates ei maximi momenti negotia, & lites confiderent, altiora ſubſellia promitterent, & inſigne matrimonium præpararent: at ille, repudiatis ſæculi blandimentis, ad tutiorem ſalutis portum, Ordinem videlicet Prædicatorum, properavit, & ſolemnem profeſſionem emiſit in Conventu noſtro Bruxellenſi anno 1645 in feſto Purificationis B. Mariæ Virginis, cui toto vitæ decurſu devotiſſimus fuit. Annum ætatis tunc agebat circiter trigeſimum. In Ordine adeò profecit: ut ei Novitiorum educatio, Studiorum Regimen, aliaque Ordinis munia à Superioribus fuerint impoſita. Conventuum Bruxellenſis, & Namurcenſis Prior digniſſimus, in dirigendis conſcientiis Confeſſarius ſuaviſſimus, in convincendis, & convertendis hæreticis fortiſſimus, & feliciſſimus, in agendis dexterrimus; omnium animos adeò fortiter, & ſuaviter ad ſe alliciebat: ut Provinciæ noſtræ Patres in Capitulis Provincialibus Bruxellis anno 1653, & Lovanii anno 1668 eum inſtituerint in Procuratorem Provinciæ ad graviora Provinciæ negotia pertractanda in Aula Bruxellenſi.

mundenſis deindè Antverpienſis.

In Hiſpaniam profectus, ibidem maximi momenti negotia ad optatum ſucceſſum perduxit, & Mechliniæ Conventum erigendi licentiam à Rege impetravit pro Fratribus noſtris ab Acatholicis ex Conventu Buſcoducenſi expulſis. Potentiſſimus Hiſpaniarum Monarcha Philippus Quartus, Reginaldi capacitate fretus, eum præ cæteris delegit, & in Galliam miſit: ut Ludovicum XIV Regem Chriſtianiſſimum de exoptato cum inclyta Hiſpaniarum Infante Maria Thereſia Auſtriaca connubio certificaret, eique concredidit famoſæ pacis Pyrenaicæ tractandæ præliminaria plenipotentiam.

A Rege Hiſpaniarum ad Regem Galliæ ablegatur.

Nec hîc ſtetit ejuſdem Regis ergà P. Reginaldum benevolentia: nam (vacante Sede Ruræmundenſi) eum ad Infulas denominavit apud Summum Pontificem, cujus confirmatione obtentâ, P. Reginaldus conſecratus fuit Epiſco-

pus Ruræmundenſis Bruxellis in Eccleſia Aulica Montis Frigidi die 17 Januarii 1677 ab Illmis DD. Alphonſo de Bergis Archiepiſcopo Mechlinienſi, Ignatio Auguſtino De Grobbendonck Epiſcopo Namurcenſi (poſteà Gandenſi) & Franciſco De Baillencourt Epiſcopo Brugenſi. Conſecratur Epiſcopus Ruræmundenſis.

Mox tanta in eo reluxit ergà pauperes liberalitas: ut eleëmoſynarum profuſionem in deliciis habere videretur. Pauperum domunculas ſæpiſſimè viſitabat, illiſque neceſſaria per ſe, ſuoſque ſubminiſtrabat, & ipſe religioſæ pauperitatis amator, in Palatio ſuo ferè vacuo, nihil præter neceſſaria habere cupiebat. Cubiculum, in quo dormiebat, potiùs cellæ cujuſdam pauperis Religioſi, quàm receptaculo Epiſcopi ſimilis erat. Habitum Ordinis noſtri ſemper deferebat, aliaſque Ordinis obſervantias, quantùm poterat, ſemper adimplere conabatur. Ergà pauperes miſericors.

Ob negotia in Hiſpaniam profectus, anno 1687 à Carolo II Rege Catholico Primas Geldriæ creatus fuit; nec hoc honoris titulo factus eſt elatior in oculis ſuis. Fit Primas Geldriæ.

Defuncto Illmo Ferdinando van Beughem Epiſcopo Antverpienſi, Succeſſore Rmi P. Marii Ambroſii Capello (de quo vide folio 241) inſcius ad Infulas Antverpienſes denominatus fuit, & cum promotionis ſuæ nuntium acciperet, gemebundus reſpondit: *ad quid tranſplantare veterem arborem jam per tot annos climati Ruræmundenſi aſſuetam? attamen, ſi voluntas Dei ſit: fiat. Habebo in iſto Epiſcopatu majores proventus, ex quibus largiores, quàm hîc, eleëmoſynas erogare potero. Hoc ſolatium habebunt pauperes.* Deindè Epiſcopus Antverpienſis.

Illum Ruræmundâ Antverpiam tranſmigrantem tantus pauperum numerus ſecutus eſt: uti viatores illis obvii, mirarentur, neſcientes: quò tanta pauperum cohors proficiſceretur; nec aliud ex ipſorum ore reſponſum acceperunt, quàm: quòd, cum pater ſuus Antverpiam migraſſet, & ipſi quoque illum ſequerentur.

Die 12 Junii anno 1700 ætatis ſuæ 84 Epiſcopatûs Antverpienſis poſſeſſionem iniit, & poſtridiè cum maximo ovium ſuarum concurſu, & applauſu ex Conventu noſtro Antverpienſi à Clero, Ordinibus Religioſis, & inclyto Se-

natu Antverpiensi deductus fuit ad Ecclesiam suam Cathedralem, & ex illa ad Palatium suum Episcopale. Totam illam solemnitatem plurimùm illustravit humilitatis suæ exemplo, utens pedo Episcopali ligneo, recusato alio pretioso. Primo secundum addidit exemplum: nam, peractâ illâ solemnitate, ex Palatio suo Episcopali pedes accessit ad plateam *Peregrinorum*, in qua natus erat, ibidem domunculam nativitatis suæ visitavit, & pauperum Parentum, ac vicinorum suorum conditionem non erubuit. Totam plateam illam ab incolis nitidè adornatam pertransiit, & populo congratulanti paternæ suæ benedictionis, & liberalitatis beneficia impendit.

Rara humilitatis exempla.

Vestigiis inhærens S. P. Augustini verbum Dei usque ad ipsam suam ægritudinem inprætermisè, alacriter, & fortiter, sanâ mente, sanoque consilio, in sancta Ecclesia prædicavit, arguendo, obsecrando, increpando, in omni patientia, & doctrina: ac præcipuè spurcitias carnis execrando, ebrietatem detestando, peccatores purgando, justos illuminando, perfectionis æmulos perficiendo. Omnibus omnia factus, nihil sibi: ut lucrifaceret omnes; utpotè, qui soli Deo, & ovibus sibi commissis, ac Regi, Legi, & Patriæ vivebat, verissimè adimplens, quod illius lemma ferebat sub radiantibus stellis: NON NOBIS.

Zelus animarum.

Ad promovenda inconcussa tutissimaque dogmata Doctoris Angelici, in Seminario Episcopali Ruræmundensi lectiones publicas instituit, quas ab Ordinis nostri Professoribus haberi voluit. Seminarium Episcopale Antverpiense adauxit lectione publicâ, in qua nonnisi S. Thomas audiri mandavit.

Lectiones publicas instituit.

Neglector fuit suæ quietis, refuga propriæ voluntatis, appetitor laboris, patiens abjectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, dives in conscientia, humilis ad merita. Hæc sunt, & plurima alia, ob quæ piissimus Præsul, & Pastor optimus nec mori timuit; nec vivere recusavit, ità Deum contestans in ultimæ voluntatis suæ testamento, Episcopo digno: *non opto vivere uno momento; nisi: ut per me homines & te cognoscant, & ament; præsertim oves meæ, quas*

mihi

mihi indigno credidisti, de stercore erigens pauperem: ut collocares me cum Principibus populi tui. Tandem cœlo maturus, cum bonum certamen certasset, cursum consummasset, fidem conservasset; lugente Clero, languente populo, plangentibus Religiosis, susceptis S. R. E. Sacramentis, placidè resolutus in mortem, placidissimè vivere desiit die 10 Decembris anno Domini 1706 ætatis suæ circiter 90. Sepultus est in Choro Ecclesiæ suæ Cathedralis in humili Sepulchro, nullo sibi erecto mausolæo; imò ne quidem (quod mirum est) lapide sepulchrali. Moritur.

In solemnibus ejus exequiis ad petitionem Amplmi D. Decani, & Capituli Ecclesiæ Cathedralis Orationem funebrem habuit Eximius P. Mag. Hyacinthus van Huysen tunc Studii nostri Generalis Antverpiensis Regens Primarius die 14 ejusdem mensis, qui die 8 Julii anno 1704, à Rmo P. Antonino Cloche totius Ordinis nostri Magistro Generali ad Magisterium promotus, doctorale byretrum ab eodem Illmo Præsule solemniter acceperat in Ecclesia Conventûs sui Antverpiensis.

P. Jacobus de Bode Gerardimontensis, à Magnatibus, Clero, & populo in veneratione habitus, à Confratribus dilectus, æternâ memoriâ dignus, primus Vicarius Vicariatûs nostri Raspaliensis: illius loci ædificium à fundamentis erexit, sextò Prior Conventûs sui Bruxellensis, Ecclesiam, & maximam partem Conventûs post conflagrationem zelosissimè restauravit, Provinciam Germaniæ inferioris per quadriennium Prior Provincialis laudabilissimè rexit, & tandem naturæ humanæ debitum persolvit die 30 Aprilis anno 1718 ætatis suæ 86 Religionis 63 Jubilæi 13. Sepultus est in Choro, quem restauravit, sub hoc monumento:

D. O. M.

„ Hîc Resurrectionis Nuntium expectat Adm. Rus ac
„digus Pr. Fr. Jacobus de Bode sui Conventûs 60 Prior,
„Provincialis, Jubilarius, hujus Ecclesiæ, & Chori in Do-
„mino Restaurator. Obiit 30 Aprilis 1718.

R. I. P.

APPENDIX PRIMA

De Vicariatu Raſpalienſi.

RAſpalia Sylva eſt pagi Moerbeke propè Gerardimontes in Flandria, diſtat autem Teneramundâ, Aldenardâ, & Bruxellis quinque, Gandavo ſeptem leucis. Locus amœniſſimus eſt, venationi, piſcationi, & religioſæ ſolitudini aptiſſimus. In hac Sylva quidam ADRIANUS DE SCHREVEL paſtor ovium ex ſpeciali ergà Deiparam devotione imaginem arbori affixerat, & juxtà illam domunculam ſibi extruxerat, in qua vitam eremiticæ ſimilem ducebat. Succeſſu temporis incolarum, & viatorum ergà prædictam imaginem adeò accrevit devotio: ut Sacellum in honorem ejuſdem Deiparæ ibidem fuerit conſtructum.

Origo hujus Vicariatûs.

Prænobilis D. Philippus Guilielmus De Steenhuyſe Cancellarius Brabantiæ (de quo vide folio 335) ad magis magiſque promovendam ſupradictam devotionem dedit Patribus noſtris Bruxellenſibus prædictum Sacellum, & aliquot menſuras terræ, plura daturus: ſi diutiùs ſupervixiſſet, & ſupranominatus Adrianus, factus Ordinis noſtri Tertiarius, Patribus noſtris parvam domunculam ibidem inhabitantibus inſerviens, in eodem loco ad mortem uſque perſeveravit, & in hoc Sacello ſepultus fuit menſe Auguſto anni 1695

Primus, qui ibidem viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, fuit P. CONRARDUS DRUWE' vir bonus, ac verus Iſraëlita, ob pacificam ſuam converſationem omnibus gratus, in divinis officiis, dum licuit, aſſiduus, vitæ regularis obſervantiſſimus, in humilitate magnus, in paupertate dives, qui inhærens veſtigiis Patrui ſui B. M. Ven. P. Ambroſii Druwé (de quo vide folio 92) in promovendo cultu B. Mariæ Virginis per multos annos inſudavit. Obiit die 26 Septembris anno 1676.

Anno 1684 die 18 Octobris primum novi ædificii lapidem poſuit P. Jacobus De Bode Conventûs Bruxellenſis, de quo ſuprà, qui locum hunc egregiè promovit, illiuſ-

que uſque ad finem vitæ ſuæ ſingularem curam habuit.

Anno 1689 die 18 Aprilis Domus Raſpalienſis erecta fuit in Vicariatum à P. Mag. Philippo Durand Conventûs Branienſis, tunc Provinciæ noſtræ Priore Provinciali, qui in primum illius loci Vicarium inſtituit præfatum P. Jacobum De Bode, & illius Patronam tutelarem aſſignavit B. Virginem Mariam *de Lætitia*, in cujus honorem locus hic anteà fuerat inchoatus.

APPENDIX SECUNDA

De Domo Sororum de Pœnitentia S. P. N. Dominici.

BRuxellis Domus quædam eſt grandævis, & pauperibus Sororibus de Pœnitentia S. P. N. Dominici ſuſtentandis deputata, cujus regimen eſt penes Priorem Conventûs noſtri Bruxellenſis, Plebanum Eccleſiæ Collegiatæ SS. Michaëlis, & Gudulæ, & unum à Senatu Bruxellenſi deputatum. In illa degunt novem Sorores, quæ ex donationibus quarumdam piarum perſonarum honeſtè ſuſtentantur.

APPENDIX TERTIA

De Sacello S. Crucis.

LOcus hic, qui vulgò *Sacellum S. Crucis* dicitur, erectus fuit à B. M. Ven. P. Ambroſio Druwé Conventûs Gandenſis filio (de quo vide folio 92) huic includuntur mulieres de inhoneſta converſatione convictæ: ut à peccatis ad pœnitentiam convertantur.

DE MONASTERIO VALLIS-DUCISSÆ IN AUDERGHEM

Sub obedientia Ordinis.

IN pago de *Waetermaele*, Sylvæ Sonienſi contiguo, propè Bruxellas, Dominium eſt, cui nomen *Auderghem.* Situs ejus valdè amœnus, ab una parte montes habet (indè *Vallis* dicitur, & adjecto Fundatricis titulo, *Duciſſæ*) & Sylvam Sonienſem :: ab altera verò ſtagna, fontibus aquæ vivæ refertiſſima, fluvium item *Voluam*, qui non procul ab hoc loco originem ſumit, & juxta hortum Conventûs noſtri Vilvordienſis in Sennam dilabitur. Hoc in loco Monaſterium eſt Sanctimonialium Ordinis noſtri, cujus Prioriſſa, vi officii ſui, eſt Domina in Waetermale, & Patrona Eccleſiarum Parochialium S. Joannis Buſciducis, de Waetermaele, & Eeckeren.

Hujus Monaſterii Fundatio.

Aleydis vidua Henrici Tertii Ducis Brabantiæ, &c. Fundatoris Conventûs noſtri Lovanienſis, Monaſterium hoc fundavit anno 1262 in honorem SS. Trinitatis, undè vulgò *Vallis Duciſſæ* nominatur in memoriam ſuæ Fundatricis.

Nota P. Joannes à S. Maria, aliàs Rechac in ſuo libro *de Fundationibus Conventuum, & Monaſteriorum noſtrorum in Belgio* litterâ A folio 943 ſic habet : *ce fameux, & celebre Monaſtere proche de Bruxelles nommé communement Auderghem, ou Vallé des Anges, Vallis Angelorum.* Id ex imperitia linguæ Belgicæ, & defectu notitiæ illius loci ſcripſit prædictus Pater : nam nomen *Vallis Angelorum* debetur Monaſterio Monialium noſtrarum olim extrà, nunc intrà Brugas in Flandria, de quo vide folio 194.

Monaſterium hoc in loco amœniſſimo, & fundo ampliſſimo ædificatum, Eccleſiam habet ſatis commodam, in qua aſſervatur una Spina coronæ Domini noſtri Jeſu Chriſti. Illam S. Vincentius Ferrerius, Ordinis noſtri Prædica-

tor Thaumaturgus, dono accepit à Francorum Rege, & in hac Ecclesia summâ veneratione colitur. In hac Ecclesia plurimarum illustrium personarum cadavera requiescunt, quorum monumenta incendio anni 1562 pro maxima parte perierunt. Requiescit hîc cor piissimæ Fundatricis Aleydis (cujus corpus in Choro Ecclesiæ Conventûs Lovaniensis sepultum est) cum hac inscriptione:

Mille semel, & centum, bis duo, septuaginta:
Luce Severini fuit Aleydis data fini
Quam tegit hæc tumba, serpens fuit, atque columba.

Nota. In inscriptione, quæ habetur suprà Sepulchrum ejus in Choro Lovaniensi, habetur: illam obiisse anno 1273 die 23 Octobris. Undenam proveniat illa diversitas: nondum inveni.

Hîc etiam sepulti sunt:

D. Henricus de Brabantia dictus de Lovanio Dominus de Herstal, Gaesbeke, &c. & D. Elizabet Domina de Bevere uxor ejus hîc sepulta anno 1308. Item D. Joannes Clutinc Eques, Dominus de Marchiennes, fundator altaris B. Mariæ Virginis de Rosario, & ante illud sepultus 1419.

Anno 1562 feriâ quintâ antè quinquagesimam in sylva Sonienſi, huic Monasterio contigua, vesperi congregati sunt quidam hæretici, qui ibidem jacentes arbores in partes secuerunt ad sibi facienda instrumenta, quibus hoc Monasterium invaderent. Custos sylvæ, murmur obaudiens, velociter accurrit: ut damnum impediret; sed innocens ab illis occiditur. Circà undecimam nocturnam nebulones illi Monasterium aggrediuntur, &, dejectâ primâ portâ, cùm ad secundam perveniſſent, Moniales blanditiis, & oblatis pecuniis se ab illorum violentia liberare conatæ sunt: sed illi multas contumelias, & scommata in illas evomentes, portam Clausstri similiter perfregerunt. Prædones Monasterium invadunt.

Venerabilis Mater Anna Hincart Prioriſſa, cæteræque Moniales, id videntes, mox ad Dormitorium, tamquam ad asylum, confugerunt, & portam illius pro posse obstruentes, campanulam continuò pulsarunt, ut illo modo vicini, de periculo instructi, citissimè accurrerent. Impii

illi ſicarii id audientes, per mediam horam temporis Dormitorii portam vi dejicere conati ſunt, Monialibus interim coram B. Mariæ Virginis Statua (quæ etiamnum aſſervatur in altari dormitorii) in genua provolutis, & Dei opem implorantibus, quæ ipſis non defuit: nam porta, licet vehementiſſimè percuſſa, latronum viribus reſtitit. Duæ Sorores Converſæ, quæ præoccupatæ ad Dormitorium confugere non potuerant, ſe in furno abſconderunt, quas illi, accenſis facibus prædam ubique perquirentes, ſæpiùs pertranſierunt, & non viderunt. Indè ad Eccleſiam convolantes, venerabile Sacramentum, in tabernaculo repertum, in terram dejecerunt, & pedibus conculcarunt. Omnes imagines, picturas, ornamenta altarium, & Eccleſiæ coacervarunt, & adjecto pulvere tormentario accenderunt. Mox tanta ex illis flamma undequaque diſperſa fuit: ut tota Eccleſia, refectorium, culina, infirmaria, & ambitus conflagaverint. Tantum fuit in hoc Monaſterio incendium: ut in ipſa Civitate Bruxellenſi Eccleſiam S. Gudulæ, & Aulam Regiam illuminaret, & excubiæ in ſignum incendii, campanam ordinariam pulſarent.

Sacrorum Profanatio.

Ingens Monaſterii conflagratio.

Interim prædones illi omnia diripuerunt, cibum, & potum conſumpſerunt, & effuderunt. Perſeverabant interim Moniales in invocatione auxilii divini, & pulſu campanæ ſuæ, quam dum nimis fortiter pulſarent, contigit: rumpi funiculum, quo pulſabant. Indè Moniales contriſtari, & prædones conturbari cœperunt: ſuſpicabantur enim illi, quod Moniales à pulſu ceſſarent, eo quod vicinos, alioſque ruſticos in auxilium Monaſterio appropinquare viderent. Tantus ex hac ſuſpicione eos invaſit timor: ut ſtatim ex Monaſterio aufugerint. Poſt fugam illorum, Moniales, ex tantis anguſtiis liberatæ, omnia, quæ contrà Dormitorii portam, ne perfringeretur, poſuerant, auferentes, perſpexerunt: ſe non ſine Dei ope, & manifeſto miraculo fuiſſe conſervatas; nam portam aperientes, non ſine maxima admiratione viderunt ignem omnia jam dicta ædificia devaſtantem: ſed à Dormitorio, in quo ipſæ erant, ſe ſeparantem. Ex ſexaginta Monialibus, quæ tunc ibidem degebant, nulla omninò ab incendio læſa fuit.

Hoc funeſto caſu pluſquam centum millium florenorum damnum huic Monaſterio fuit illatum : nam præter bona & ornamenta direpta, tota Eccleſia, duæ partes ambitûs, Refectorium, culina, triginta novem cellæ, libri chorales ex pergameno valoris ultrà trium millium florenorum, aliaque pretioſa utenſilia combuſta fuerunt. Damnum huic Monaſterio illatum.

In gratiarum actionem : quod Deus has Famulas ſuas à ſtupro, & ipſa morte, præſervaverit, mandavit R^mus P. Joannes Baptiſta de Marinis totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis : ut in hoc Monaſterio quotannis celebraretur feſtum ſanctiſſimi Sacramenti die 19 Februarii.

Anno, 1566 graſſante per totum ferè Belgium iconoclaſtiâ, venerabilis Mater Anna Hincart Prioriſſa cum Monialibus ſuis Bruxellas fugit : ut ſe, ſuaſque ab ulteriore periculo præſervaret.

Anno 1570 cùm Eccleſia iterùm reſtaurata eſſet, conſecrata fuit à R^mo D. Giſleno de Vroede Epiſcopo Salubrienſi, Suffraganeo Eminentiſſimi D. Antonii Perenotti Cardinalis Granvellani Archiepiſcopi Mechlinienſis, ſub Prioratu prædictæ Annæ Hincart, quæ illam unà cum Monaſterio tempore regiminis ſui reſtauravit.

In hoc Monaſterio à ſuæ fundationis initio plurimæ maximæ nobilitatis in ſæculo virgines, ſpretis mundi illecebris, & ſanguinis nobilitatem ſine morum ſanctitate ignobilitatem maximam reputantes, ſolius cœleſtis ſponſi deſiderio allectæ, in exemplari obſervantia, & ſpiritûs fervore carnem ſuam cum concupiſcentiis ſuis crucifixerunt, ut nobiliorem, & immortalem in regno cœleſti acquirerent coronam. Dolendum planè : tot illuſtrium perſonarum memoriam pro maxima parte per incendium, & temporum injuriam periiſſe : adhuc tamen ſupereſt vitæ ſeries B. M. Sororis Margaritæ de Gerines Converſæ ; utpotè diù antè conſcripta, & in bibliotheca Canonicorum Regularium Rubeæ-Vallis conſervata.

B. M. Soror MARGARITA DE GERINES Converſa, de qua ſic ſcribit D. Joannes Gillemans Canonicus Regularis Rubeæ-Vallis, ejuſdem Margaritæ contemporaneus, &

valdè familiaris : „tantæ charitatis, humilitatis, puritatis, „paupertatis voluntariæ, obedientiæ, patientiæ, ac devo„tionis ſemper fuit : ut ego, qui hæc ſcribo, teſter, cunctis „familiariùs mortalibus eam noſcens : quod ſimilem ei per „omnia non cognoverim in diebus meis.

Ex honeſtis Parentibus Bruxellis nata, ab ineunte ætate à mundi vanitatibus abhorruit, & ab undecimo, vel duodecimo ætatis ſuæ anno caſta manere ſtatuit, & multas auſteritatum exercitationes, in domo Parentum adhuc degens, in praxi habuit. Denique cum anno vitæ ſuæ vigeſimo appropinquaret, providente Deo, concepit amorem ad Statum Converſarum : tum quià humilis erat, tum quià ad Statum Monialium ſufficienter inſtructa non fuerat. Poſt Ordinis ingreſſum dolores capitis frequenter ſuſtinuit, & ſurditatem, aliaſque infirmitates patientiſſimè perpeſſa eſt, Deum ſemper exorans his verbis : *mi dilectiſſime animæ meæ, opera mea non ſunt talia, ut ex ſe tibi placere queant : verùmtamen paterna voluntas tua in me adimpleatur ; ità ut, ſi perſpexeris : mihi non ſufficere adverſitates, quas patior, addas mihi majores, ſecundùm quod noſti imbecillitatem meam gratiâ tuâ poſſe tolerare.* De amore Dei ſæpiùs proteſtata eſt : quod nec in cœlo, nec in terra quiſquis viveret, pro cujus amore magis langueret : nam ſi cœlum, & terra ſui juris eſſent, priùs ea mergi in profundum, ac deperire ſineret : quàm Dei amorem relinqueret.

Meditationi addictiſſima, myſteria præcipuè Incarnationis, & amariſſimæ Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti jugiter revolvebat, & ex conſideratione florum, herbarum, ſolis, & lunæ, aliarumque creaturarum ad amorem Creatoris vehementer accendebatur.

Quo anno obierit, nondum inveni : ſed ſupradictus D. Joannes Gillemans, illi valdè familiaris, natus eſt anno 1427 & obiit anno 1478.

Vitam hujus Margaritæ ex ſcriptis prædicti D. Gillemans amplè deſcripſit P. Mag. Hyacinthus Choquetius in libello ſuo de *S. Belgis Ord. Præd.* folio 220.

DE

DE CONVENTU MONTENSI.

OPpidum Montenſe, quod *Montes Hanoniæ* dicitur, totius Comitatûs Hanoniæ metropolis, Malbodio & Braniâ quatuor, Valencenis & Tornaco ſeptem leucis diſſitum, Trulliâ fluvio bipartitum, munimentis celeberrimum, partim in monte, partim in valle ſitum, duo habet Concilia Provincialia, duo Canonicorum Capitula, & nobiliſſimum, ac celeberrimum Canonicarum Sæcularium Collegium. Inter varia utriuſque ſexûs Monaſteria ibidem conſpicitur Conventus Ordinis noſtri, qui ad inſtantiam inclyti Magiſtratûs & Civium, conſentientibus Sereniſſimis Archiducibus Auſtriæ Alberto, & Iſabellâ, Illmo D. Franciſco vander Burch Cameracenſium Archipræſule, aliiſque quorum intererat, nec non allaborante P. Mag. Joanne De Loix Conventûs noſtri Audomarenſis filio Provinciali noſtro, ex Conventu noſtro Inſulenſi originem ſumpſit anno 1620. Quo anno in feſto SS. Trinitatis Patres noſtri, præcedente crucis vexillo, congratulante Senatu, applaudente populo, ſolemniter urbem ingreſſi, introducti fuerunt in locum ſibi deſtinatum, qui erat è regione Montis Pietatis, quem poſteà vendiderunt, & ad alium tranſmigrarunt: ſed cùm etiam ille, nec ſibi, nec aliis placeret, ad tertium ſeſe receperunt, in quo paulatim ædificatus fuit Conventus modernus. Hic ſitus eſt in platea *de Telliers* non procul ab urbis mœnibus, in loco ità elevato: ut ex illo ad plura extrà urbem milliaria proſpiciatur.

Inchoatio hujus Conventûs.

Ad illius emptionem largam eleëmoſynam contulit Generoſus D. Nicolaus de Landas, qui plura beneficia huic Conventui præſtitiſſet: ſi ei vivere diutiùs licuiſſet.

In tanti beneficii recognitionem Capitulum Provinciale, Duaci congregatum, anno 1631 prædictum Dominum acceptavit in hujus Conventûs Fundatorem his verbis:

acceptamus generoſum Dominum Nicolaum de Landas in fundatorem Conventûs noſtri Montenſis.

R^mus P. Nicolaus Rudolphius totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis eundem Dominum recepit ad beneficia Ordinis.

Et Capitulum ſupradictum actis ſuis inſeruit : §. *Suffragia pro vivis. Pro Domino Nicolao de Landas fundatore Conventûs Montenſis quilibet Sacerdos unam Miſſam.*

Erectio hujus Conventûs.

R^mus P. Seraphinus Siccus totius Ordinis noſtri Magiſter Generalis anno 1622 Vicariatum hunc in Conventum erexit, & P. Jordanum Ochim Conventûs Inſulenſis filium, primum illius loci Vicarium, in primum hujus novi Conventûs Priorem inſtituit, qui in hujus Conventûs Patronam elegit Beatiſſimam Virginem Mariam SS. Roſarii Reginam.

Et Novitiatûs.

Capitulum Generale, eodem anno Mediolani celebratum, in hoc Conventu Novitiatum erexit pro Conventibus novis, & Capitulum Provinciale anni 1625 Novitiatum hunc, non ſolùm ad novos Conventus : verùm etiam ad totam nationem Gallo-Belgicam extendit, quæ extenſio à Capitulo Generali Romæ anno 1650 confirmata fuit, relictâ libertate PP. Prioribus illius nationis Novitios ſuos mittendi, vel ad hunc Novitiatum, vel ad Novitiatum Valencenenſem.

Succeſſu temporis primo illius Conventûs fundo alii adjacentes fundi coempti fuerunt, partim ſupradicti Fundatoris munificentiâ, partim aliorum fidelium eleëmoſynis : ità ut poſt octennii decurſum, quo Fratres noſtri ibidem habitaverant, extenſio fundi ſatis ampla videretur ad Conventûs ædificia inchoanda. Anno igitur 1638 die 22 Martii primus illorum lapis poſitus fuit hoc modo : Ill^mus D. Franciſcus vander Burch Archiepiſcopus Cameracenſis in pontificalibus decantavit Sacrum ſolemne in honorem B. Ambroſii Senenſis, cui ille dies ſacer erat, quo finito Sacro, idem Ill^mus maximo cum nobilium, & populi confluxu locum acceſſit, ubi calx, lapides, ligna, aliaque materialia, jam præparata, jacebant, illaque ſolemni ritu benedixit : deindè prænobilis matrona vidua D. Nicolai de Landas in foveam fundamentalem deſcendit, & primum lapidem poſuit. Poſt illam, ſe-

eundum lapidem collocavit prænobilis D. Dorothéa vidua Illmi D. Caroli Ducis Arſchotani, quæ P. Joanni de Loix Nepoti P. Mag. Joannis de Loix olim Provincialis, & hujus loci inchoatoris, hujus Conventûs Montenſis filio, & Priori, ad ædificii promotionem eleëmoſynam dedit octingentorum florenorum. Alii quoque liberalitatem ſuam exhibuerunt: ità ut ædificium illud, in quo nunc, defectu Eccleſiæ, divina celebrantur, perfectum fuerit anno 1641.

Hujus Conventûs Eccleſiæ ædificium nunc quidem ad tectum uſque eſt perductum: ſed defectu mediorum conſummari non poteſt.

Floruerunt in hoc Conventu Viri non infimi nominis:

P. Mag. Joannes de Loix S. T. D. nepos Eximii P. Mag. Joannis de Loix Conventûs Audomarenſis filii, Provincialis, &c. qui unus ex primis in hoc Conventu Ordinis habitum ſuſcepit, Philoſophiæ Duaci, Theologiæ Romæ ſtuduit, & deindè in celeberrima Univerſitate Duacena S. T. Licentiaturæ, in Ordine Magiſterii lauream obtinuit. Sui Conventûs Prior exiſtens ſupradictum ædificium inchoavit, & egregiè promovit.

P. Nicolaus Bosquier S. T. Licentiatus, Studii Generalis Regens, hujus ſui, & Conventûs Audomarenſis Prior.

P. Antonius Hocquet Prædicator Generalis, iteratis vicibus hujus ſui Conventûs, & Collegii S. Thomæ Aquinatis Duaci Prior, Provincialis. Obiit die 29 anni 1682 ætatis 71 profeſſionis 50 ſacerdotii 47.

P. Mag. Dominicus Bruneau S. T. Doctor Duacenus, adhuc Diaconus exiſtens Duaci Philoſophiæ Lector, poſteà Studii Generalis ſæpiùs Regens, S. T. Profeſſor in Monaſterio Canonicorum Regularium.

P. Mag. Paulus Fasseau S. T. Doctor Duacenus, iteratâ vice ſui Conventûs Prior, Studiorum Generalium Lovanii, & Duaci Regens primarius, ſcripſit *Authoritatem Germani Philalethis Eupiſtini contrà præmotiones phyſicas pro ſcientia media exauthoratam pro præmotionibus phyſicis contrà ſcientiam mediam.* Duaci typis Baltazaris Belleri anno 1670 in 8.

P. JOANNES PHILIPPUS DE HERTOGHE Teneramundanus obiit peſte anno 1668.

Scripſit metricè *Vitam S. Chriſtinæ Virginis & Martyris* gallicè. Antverpiæ typis Michaëlis Paris anno 1659.

APPENDIX

De Domo S. Petri Martyris.

HAbet Conventus hic ad diſtantiam unius leucæ ab oppido Montenſi domum valdè commodam, in varias cellas diſtinctam, cum Sacello, & horto, ad quam hujus Conventûs Patres, & Fratres aliquando ſe recipiunt ad exercitia ſpiritualia peragenda, aut tempore peſtis, vel morbi contagioſi ad infirmos Fratres ibidem curandos, ne alios in Conventu inficiant.

DE CONVENTU BRANIENSI.

BRania-Comitis Comitatûs Hanoniæ Oppidum perantiquum, Bruxellis sex, Montibus Hanoniæ quatuor leucis dissitum, unicum Virorum Monasterium habet: nempè Conventum Ordinis nostri, in quem primi Coloni, obtentâ licentiâ eorum, quorum intererat, ad petitionem ejusdem Urbis Senatûs die 24 Novembris anno 1612 vesperi circà horam sextam à Clero, Magistratu, populoque, congratulantibus omnibus, introducti fuerunt. Nempè P. Joannes de Mota quondam Supprior, & Prior Conventûs sui Valencenensis, P. Nicolaus Desableauz, & Fr. Gislenus du Sart Conversus ejusdem Conventûs, & Fr. Adrianus de Cruce Diaconus Conventûs Atrebatensis, eo missi ab Eximio P. Mag. Michaële Ophovio tunc Provinciali (postea Episcopo Buscoducensi). Inchoatio hujus Conventûs.

Capitulum Provinciale in Conventu Buscoducensi congregatum anno 1613 fundationem hujus loci acceptavit his verbis: *acceptamus loca magno Civium affectu data Ordini in Civitate Lyranensi, & Branensi, deputantes, & instituentes in Vicarium domûs Lyranæ R. P. F. Nicolaum à Daventria S. T. Baccalaureum, & in domo Branensi R. P. F. Joannem de Mota.*

Anno 1622 P. Mag. Joannes de Loix inchoator Conventûs Montensis, hujus Provinciæ Germaniæ inferioris Prior Provincialis, & Capituli Generalis illo anno Mediolani celebrati Diffinitor, ab eodem Capitulo licentiam obtinuit hunc locum Branensem, hactenùs Vicariatum, erigendi in Conventum, quam licentiam in Belgium redux, mox executioni mandavit, instituitque in primum hujus novi Conventûs Priorem P. Nicolaum de Petra Conventûs Erectio hujus Conventûs.

Valencenenſis filium, tunc quintum ejuſdem loci Vicarium, qui prima Eccleſiæ hujus Conventûs fundamenta jecit, quam poſteà à ſucceſſoribus perfectam, Illmus D. Franciſcus vander Burch Archiepiſcopus Cameracenſis conſecravit anno 1630 in honorem Beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, & B. Mariæ Magdalenæ, cujus locum pœnitentiæ idem Prior P. Nicolaus de Petra perſonaliter viſitaverat, illamque in hujus Conventûs, & Eccleſiæ Patronam elegerat.

Conſecratio Eccleſiæ.

Anno 1680 dominicâ ſecundâ poſt octavam Paſchæ, in hoc Conventu habitum fuit Capitulum Provinciale, in quo in Provincialem electus fuit P. Mag. Martinus Harney S. T. D. Conventûs Bruxellenſis (de quo vide folio 348.)

In hoc Conventu floruerunt:

P. Petrus Martyr de Cuvellerie in hoc Conventu profeſſus, primus ex ejuſdem filiis Conventui ſuo præfuit anno 1643. Vir valdè exemplaris, ſilentii cuſtos, & in choro aſſiduus, quintò Supprior, ſæpè Director Fratrum clericorum, & per novem annos Confeſſarius Sororum S. Franciſci, obiit die 4 Octobris anno 1660.

P. Mag. Dominicus du Tordoir Romæ doctoralem lauream adeptus, Rmi P. Magiſtri Generalis totius Ordinis noſtri Proſocius, Monaſterii noſtri S. Catharinæ Senenſis (cui tunc præerat ven. Soror Maria Virginei SS. D. Clementis Papæ X Soror germana) Confeſſarius, obiit in Conventu noſtro S. Mariæ ſuper Minervam die 5 Martii anno 1667.

P. Joannes Chrysostomus Douillet Vicarius Revinii, hujus ſui Conventûs Prior, obiit Namurci die 19 Decembris anno 1672.

Scripſit *Horologium Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ejus ſanctiſſimæ Matris.* Namurci typis Joannis Godefrin anno 1652 in 8. Et quædam alia opuſcula pia.

P. Thomas Parmentier S. T. Licentiatus Duacenus, Præſentatus in Ordine, Vicarius Vilvordiæ, Namurci ultimus Vicarius & primus Prior, pro dilatatione Ordinis plurimùm laboravit, & iteratò Conventui ſuo præfuit. Obiit die 21 Januarii anno 1673.

Scripsit gallicè *Puncta, quæ concernunt Tertiarios, & Tertiarias Ordinis S. P. N. Dominici.* Bruxellis typis Guilielmi Scheybels anno 1644 in 16.

Ex latino in gallicum vertit *Thesaurum gratiarum SS. Rosarii* latinè compositum à P. Mag. Thoma Leonardi Conventûs Mosætrajectensis, cui è proprio ad calcem adjecit *Directorium devotionis pro Confratribus SS. Rosarii.* Bruxellis typis Martini de Bossuyt anno 1643 in 16.

P. Dominicus Florentius de t'Serclaes perillustris Domini Domini Joannis de t'Serclaes Comitis de Tilly, Baronis de Morbais, Toparchæ de Bossier, Golsinne, Nieville, Hollere, Montigny ad Sambrim, &c. & perillustris Dominæ D. Mariæ Franciscæ de Montmorency Comitissæ, &c. conjugum filius primogenitus, qui, spretis mundi honoribus, in hoc Conventu professus, hujus mortalis vitæ cursum consummavit, florente ætate, die 7 Aprilis 1678.

P. Mag. Raymundus Corduanier S. T. D. iteratâ vice sui Conventûs Prior, obiit jubilarius die 15 Julii anno 1686.

P. Domitianus le Febure Conventuum Revinensis, Duacensis, Namurcensis, & sui Branensis iteratis vicibus Prior, qui ad regimen videbatur natus. Obiit die 26 Aprilis anno 1694.

P. Adrianus de Boeckel ultimus Vicarius & primus Prior Revinensis, hujus sui Conventûs Prædicator Generalis, & iteratâ vice Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, Lovanii Prior existens obiit die 25 Junii anno 1694.

P. Albertus de Hainault iteratâ vice sui Conventûs Prior, Vicariatum Altibrunensem Ordini procuravit, eundemque primus Vicarius rexit. Obiit jubilarius die 14 Maii anno Domini 1700, jubilæi 17.

P. Mag. Philippus Durand S. T. Doctor Duacenus, semel Revinii, & trinâ vice sui Conventûs Prior, Studiorum Generalium Colonensis, & Lovanensis Regens primarius, Provincialis, obiit jubilarius die 26 Maii anno 1704.

P. Mag. Norbertus Delbecque in alma Universitate Lovanensi S. T. Licentiatus, & in Ordine Magister, Studii nostri Generalis Lovanensis Regens Primarius, in per-

antiqua, ac celeberrima Abbatia Rodenſi Canonicorum Regularium S. P. Auguſtini propè Aquiſgranum S. T. Profeſſor, Romæ Collegii Caſſenatenſis Theologus, Capituli Generalis anno 1706 Bononiæ celebrati Secretarius, obiit Prior Conventûs Namurcenſis die 14 Novembris anno 1714 ibidem ſepultus.

Eximii D. Franciſci Sylvii à Brania-Comitis fideliſſimi S. Thomæ Aquinatis Interpretis opuſcula *de primo motore*, *de Statu hominis poſt peccatum*, *orationes theologicas*, *controverſias fidei*, *reſolutiones varias*: item ejus *Commentaria in Geneſim*, & *Exodum* anteà edita, ejuſque *Commentaria in Leviticum*, & *Numeros* tunc nondùm edita, in duos tomos redegit, emendavit, & vitâ Authoris, nec non notis quibuſdam generalibus illuſtravit, & evulgavit Antverpiæ typis viduæ, & filii Joannis Baptiſtæ Verduſſen anno 1698 in folio 2. vol.

APPENDIX PRIMA

De Eremo de Tilly.

Origo hujus loci.

NOn procul à Gemblaco pagus eſt, nomine *Tilly*, qui æquali ferè diſtantiâ Braniam, & Namurcum reſpicit. Ibidem Eremicolarum domicilium erat, nuper derelictum. Illud Fratres noſtri de licentia illorum, quorum intererat, inhabitare cœperunt circà annum 1658. Nam die 6 Septembris ejuſdem anni P. Albertus de Hainault Conventûs Branienſis Prior, in hujus loci Præfectum inſtituit P. Dominicum Houderment.

Anno 1664 die ultimâ Septembris prænobilis D. Joannes de t'Serclaes, Comes de Tilly, &c. & prænobilis D. Maria Franciſca de Montmorency uxor ejus Comitiſſa, &c. inſtrumento publico coram Notario, & teſtibus, in honorem S. Joannis Baptiſtæ primi Eremitæ novi teſtamenti, illius domicilii Patroni, locum hunc in ſua ſylva ſitum, cum ſacello, ornamentis, horto, fundo, & appendentiis ſuis, olim à prædeceſſoribus ſuis fundatum, & nunc ad ſe devo-

devolutum, dederunt Patribus Conventûs noſtri Branienſis ad inhabitandum in perpetuum : ſed in uſum tantùm, proprietate ſibi retentâ.

Hæc donatio acceptata fuit à P. Thoma Parmentier Conventûs Branienſis Priore, & à P. Dominico Florentio t'Serclaes prædicti D. Comitis filio primogenito, in eodem Conventu Branienſi profeſſo, in cujus memoriam hæc donatio facta eſt, & ab aliis quibuſdam Patribus nomine totius Conventûs Branienſis, ad hoc deputatis.

APPENDIX SECUNDA

De Vicariatu Altibrunenſi.

Origo hujus Vicariatûs.

INter Braniam, & Namurcum, non procul à Carolo-Regio, pagus eſt, cui nomen *Libercies*, in illo Eremita quidam domunculam cum Sacello extruxerat, ubi ſolitariè Deo ſerviebat. Is audiens incolarum deſiderium, quo in pago ſuo domicilium Fratrum Prædicatorum habere deſiderabant, prædictam ſuam habitationem Patribus noſtris Branienſibus obtulit, eâ conditione, ut prædicti Patres illi, quoad viveret, ibidem, vel Braniæ de vitæ neceſſariis providerent, quam conditionem acceptarunt, & adimpleverunt. P. Albertus De Hainault Conventûs noſtri Branienſis Prior : ut pium hoc illius pagi incolarum deſiderium ad exoptatum effectum perduceret, annuentibus omnibus, quorum intererat, die 21 Februarii anno 1659 acceſſit prænobilem illius pagi Dominum Maximilianum Comitem S. Aldegondis, &c. ac prænobilem Dominam Iſabellam Claram Eugeniam Comitiſſam S. Aldegondis, &c. uxorem ejus, à quibus prædictum locum à Fratribus noſtris in perpetuum inhabitandum obtinuit, & in illius donationis recognitionem promiſit : quod Patres noſtri ibidem ſingulis annis duo Sacra decantarent ad Donatorum intentionem. Nempè unum in feſto S. Maximiliani, aliud in feſto S. Elizabeth, durante vitâ prædictorum Donatorum ; & quod poſt mortem illorum, loco horum Sacrorum, quotannis decantarent duo anniverſaria de *Requiem*

in refrigerium animarum illorum, & duo Sacra celebrarent: nempè unum in festo S. Aldegondis, & aliud in festo S. Franciſci de Paula. His peractis, ab Illmo D. Epiſcopo Namurcenſi licentiam obtinuerunt Patres noſtri celebrandi divina in Sacello ſupradicto.

Paulò poſt locus hic ad D. van Aklen devenit, qui donationem illam confirmavit, fundum adauxit, varia beneficia Patribus noſtris impertivit, & interceſſione ſuâ ab Illmo D. Joanne van Wachtendonck Epiſcopo Namurcenſi Patribus noſtris facultatem impetravit, quâ eis liceret locum illum inhabitare in perpetuum, hoc Sacello uti, illudque augere, in illo, januis apertis, divina celebrare, & omnia Ordinis munia liberè exercere: prout latiùs patet ex litteris, ab eodem Illmo conceſſis die 15 Martii anno 1660.

Die 25 Julii anno 1662 P. Mag. Jacobus vanden Heede Conventûs Gandenſis, ſecundâ vice Provincialis, hunc locum viſitavit, & confirmavit, quaſdam ordinationes ad illius loci decorem, & promotionem præſcripſit, & P. Albertum de Hainault in illius loci Præfectum inſtituit, qui Sacellum notabiliter adauxit, & juxtà prædictam habitationem novum ædificium à fundamentis extruxit.

Erectio hujus Vicariatûs.

Anno 1672 P. Mag. Gregorius Remond Conventûs Bergenſis, Provincialis, capacitatem hujus loci perſpiciens, eundem in Vicariatum Conventûs Branienſis erexit, & in primum illius Vicarium inſtituit præfatum P. Albertum, ejuſdem loci Fundatorem & Promotorem.

DE CONVENTU NAMURCENSI.

NAmurcum ejuſdem nominis Comitatûs Metropolis, Urbs fortiſſima, multis obſidionibus perpeſſis per univerſum orbem celeberrima, Caſtrum habet munitiſſimum, quod fluvii *Moſa* & *Sambris* confluentes ab Urbe ſeparant. Dionanto quatuor, Leodio undecim, Caroloregio ſex, Philippopoli ſeptem, Lovanio octo, Bruxellis, & Montibus Hanoniæ decem diſtat leucis. Eccleſiam habet Cathedralem anno 1559 à Paulo IV Papa erectam, Concilium item Provinciale Comitatûs Namurcenſis, & varia utriuſque ſexûs Monaſteria, inter quæ numeratur Conventus Ordinis noſtri, inchoatus anno 1649 (de hac inchoatione vide multas circumſtantias folio 95) nam anno præcedenti 1648 P. Ambroſius Druwé Conventûs Gandenſis, opitulantibus Sereniſſimo Carolo Duce Lotharingiæ, & Illmo D. Philippo de Croy Principe Chimiaco, &c. die 24 Novembris nomine Provincialis noſtri P. Mag. Joannis Ryderi Conventûs Buſcoducenſis, & Superiorum Ordinis noſtri libellum ſupplicem obtulit Concilio privato, expoſtulans facultatem Patribus noſtris erigendi novum Conventum in Civitate Namurcenſi, quam obtinuit, eâ tamen conditione: ut domum quamdam, ſeu fundum, anteà amortizatam, emerent; ſed cum talis inveniri non poſſet, nova licentia poſtea conceſſa fuit: ut de beneplacito Magiſtratûs alium quemlibet fundum emerent.

Ad illius fundi emptionem Sereniſſimus Dux Lotharingiæ P. Ambroſio Druwé dedit quatuor millia, & quingentos florenos menſe Julio anni 1649. Et die 30 ejuſdem menſis P. Ambroſius Druwé Namurcum profectus cum P. Carolo Montagne Conventûs Inſulenſis, ibidem domum quamdam, in meditullio Civitatis ſitam, conduxit de conſenſu P. Prima Fratrum noſtrorum habitatio.

Mag. Jacobi vanden Heede Conventûs Gandenſis, Provincialis noſtri, qui tunc etiam Religioſos aliquot nominavit ad hanc coloniam inchoandam.

In fine ejuſdem anni 1649 P. Ambroſius Druwé cum deſignatis Patribus, & P. Thoma Parmentier Conventûs Branienſis illorum Præfecto inſtituto, Namurcum tetendit, illoſque in prædictam domum introduxit, aſſumens in illius loci Patronos S. Carolum Borromæum Sereniſſimi Ducis Lotharingiæ tutelarem, & S. Hyacinthum, cui Illmus Princeps Chimiacus (ut dixi folio 95) votum emiſerat.

Inchoatio hujus Conventûs.

Mox de licentia Illmi D. Epiſcopi Namurcenſis Patres noſtri oratorii ſui januas aperuerunt, & omnia Ordinis noſtri munia, tum intrà, tum extrà civitatem exercere cœperunt, & Capitulum Generale anno ſequenti 1650 Romæ congregatum, locum hunc in Conventum erexit, in cujus primum Priorem inſtitutus fuit P. Thomas Parmentier, qui videns: nec neceſſarium, nec expediens eſſe (propter loci anguſtiam, & adverſariorum vexationes) quod Fratres noſtri in hac prima habitatione permanerent: domum quamdam emit in platea Epiſcopi à D. Hincart Conſiliario Concilii Provincialis Namurcenſis, quâ in formam Conventûs redactâ, Patres noſtri ad illam tranſmigrarunt anno 1653.

Erectio hujus Conventûs.

Capitulum Provinciale, illo anno Bruxellis congregatum, in tanti beneficii, à Sereniſſimo Duce Lotharingiæ collati, recognitionem hæc ſequentia actis ſuis inſeri voluit: §. *Suffragia pro vivis. Pro Sereniſſimo Duce Lotharingiæ, Conventûs noſtri Namurcenſis Fundatore, quilibet Sacerdos unam Miſſam.*

Sed, cum Fratres noſtri in hac ſecunda habitatione ſe ab adverſariorum inſultibus nondum immunes eſſe perſentirent, ad tertiam tranſmigrare ſtatuerunt, & ad majorem ſuam ſecuritatem die 13 Januarii anno 1661 à Rege noſtro Catholico litteras obtinuerunt, quibus omnia adverſariorum conamina ſuperarunt, & vigore illarum litterarum eodem anno ex ſecunda ſua habitatione ad modernam ſuam tertiam, propè portam Bruxellenſem ſitam, tranſmigrarunt, proceſſionaliter conferentes Diviniſſimum Sacramentum,

& eburneam Divæ Virginis ſtatuam, quam Archidux Leopoldus, Gubernatoris Belgii munere perfunctus, è Belgio diſcedens tempore afflictionis prædictorum Fratrum noſtrorum, ipſis pro ingenti dono dederat, & commendaverat: ut illam piè venerarentur ſub titulo *B. Mariæ de bono Succeſſu*, hoc modo oſtendens tenerrimum ſuum ergà illos affectum, & ſpem, quam habebat, quod ſtabilimentum Conventûs ipſorum, non obſtantibus incredibilibus adverſariorum machinationibus, B. Mariæ Virginis interceſſione aliquando pro voto ſuccederet, quod & factum eſt. Etiamnùm aſſervatur Statua illa eburnea in altari B. Mariæ Virginis in loco divinis deputato, Eccleſiâ hujus Conventûs, nunc quidem inchoatâ: ſed nondum perfectâ.

Hujus Conventûs filii fuerunt:

P. Thomas Moniot Namurcenſis, in Academia Bituricenſi S. T. B. & in Conventu ſuo Lector Moralis, qui obiit Leodii die 19 Januarii anno 1676 ætatis ſuæ 41 profeſſionis 21.

Scripſit gallicè *Vitam B. Pii V. Ordinis FF. Prædicatorum* impreſſam Bruxellis anno 1672 in 16.

P. Hyacinthus Grosseau ſui Conventûs Prior, obiit Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris Prior Provincialis anno 1700.

DE CONVENTU SITTARDIENSI.

SIttardia Ducatûs Juliacenſis (extrà Belgium) Oppidum, olim ſatis ſplendidum, per Gallorum invaſionem, qui illud anno 1677 exſpoliarunt, & incenderunt, maximum ſuum ornatum deperdidit : modò tamen, paulatim reſtauratis multis ædificiis: incolarum numero ſatis abundat. Moſætrajecto quatuor, Aquiſgrano, & Ruræmundâ ſex diſtat leucis. Liberum ibidem eſt cujuſvis ritûs exercitium : ſed prævalet fides Catholica, quam Sereniſſimus Dux Neoburgicus, Comes Palatinus Rheni & Elector Sacri Romani Imperii illius loci Dominus, & Oppidi Senatus pariter profitentur. Eccleſia Parochialis, quæ Collegiata eſt, inſigni decoratur Canonicorum Capitulo. Acatholici, quos vulgus *Reformatos* vocat, Templum, Judæi Synagogam, Patres noſtri, qui Scholas humaniores habent, Conventum: Moniales noſtræ, quæ puellas linguam gallicam docent, Monaſterium ibidem habent.

Origo hujus Conventûs.

Poſt mortem R. Adm. D. Franciſci Agricolæ, ſcriptis clari, quondam Paſtoris in Rodingen, Canonici, Decani, & Archipresbyteri inſignis Capituli Canonicorum in Suſteren, & tandem Paſtoris hujus Oppidi Sittardienſis, die 4 Decembris anno 1621 defuncti, Capitulum Sittardienſe ejuſdem Paſtoratûs deſerviturum commiſit P. Jacobo Frederici Conventûs noſtri Moſætrajectenſis, qui illam non minori fervore, & animarum zelo, quàm verus Paſtor ſedulò adminiſtravit: qui dum videret, meſſem ibidem majorem eſſe, quàm unus ſolus debitè excolere poſſet, P. Antoninum à Campo, & P. Joannem Soens ex Conventu ſuo coadjutores ſibi adjungi: poſtulavit, qui omnia, tam curæ paſtoralis, quàm charitatis chriſtianæ officia adeò fructuosè, &

ædificativè obierunt : ut ipſum Capitulum, & Magiſtratus à Sereniſſimo Duce Neoburgico inſtantiſſimè expoſtulaverint : ut Patribus noſtris Sittardiæ Conventum erigendi facultatem concederet dignaretur.

Sereniſſimus Princeps Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Juliæ, &c. accedente conſenſu Sereniſſimi Principis Ferdinandi Bavari Epiſcopi & Principis Leodienſis (cui in ſpiritualibus Sittardia ſubeſt) expoſtulantium precibus benignè annuit, & Patribus noſtris Conventum in prædicta Civitate erigendi licentiam conceſſit. Prædictorum, aliorumque, quorum intererat, obtento aſſenſu, prædicti Patres, aliique ex Conventu Moſætrajectenſi evocati, præcedente Crucis vexillo, in feſto S. Michaëlis Archangeli anno 1626 ab Amplmo D. Decano, Capitulo, Gubernatore, Senatu, populoque Sittardienſi, cum communi omnium Catholicorum applauſu ſolemniter introducti fuerunt in domum, quam conduxerant à nobili Domino Dobbelſtein (in quo loco nunc eſt Eccleſia Monialium noſtrarum) idemque habitarunt, juventutemque ſæcularem Scholas humaniores, & doctrinam chriſtianam edocuerunt uſque ad annum 1632.

Inchoatio hujus Conventûs, & prima habitatio.

Primus hujus loci Præfectus fuit P. Henricus Floris Conventûs Moſætrajectenſis.

Sereniſſimus Princeps Wolfgangus Wilhelmus Dux Neoburgicus exemplarem horum Patrum vivendi modum perſpiciens, eos in priori conducta domo non diutiùs habitare permiſit : ſed, concepto ergà illos, Ordinemque noſtrum affectu ſpeciali, illis dedit antiquum Hoſpitale, ſitum juxtà forum, & : ne pauperes illic degentes indè minùs haberent, ingentem pecuniarum ſummam largitus eſt, quâ locus alius emptus fuit, in quem prædicti pauperes tranſmigrarunt, & Capitulum Provinciale, eodem anno 1631 Duaci congregatum, prædictam donationem acceptavit his verbis : *acceptamus Hoſpitale cum Sacello, noſtris Fratribus Sittardiæ datum à Sereniſſimo Duce Neoburgico, in Vicariatum.*

His ità peractis, Patres noſtri prædicti Hoſpitalis, & Sacelli-ædificia tantâ diligentiâ ſtatim reparare cœperunt : ut

eodem anno in festo S. Michaëlis Archangeli SS. Sacramentum ex priori domo ad hunc novum Vicariatum processionaliter detulerint, comitantibus Capitulo, Magistratu, populoque Sittardiensi, qui Patribus nostris omnia prospera apprecabantur. Mox in hujus loci Patronum elegerunt S. Michaëlem Archangelum, in cujus festis primò, & secundò tanta cum solemnitate, & applausu introducti fuerunt, eidemque Conpatronam addiderunt B. Rosam Limanam tertii Ordinis nostri, ergà quam, tam Patres, quàm Cives specialem devotionem habebant.

Secunda habitatio.

Hujus loci primus Vicarius P. Antoninus à Campo Conventûs Mosætrajectensis illum adeò promovit: ut anno 1650 Capitulum Generale Romæ hunc Vicariatum in Conventum erexerit his verbis: *erigimus in Prioratus ..... Vicariatum nostrum Sittardiensem, & Vicariatum nostrum Tungrensem; concedentes Fratribus nostri Conventûs Trajectensis ad Mosam: ut in eventum, quo fortè de suo Conventu (quod Deus avertat) per Acatholicos ejicerentur, possint sibi eligere unum ex duobus ultimò nominatis, jam noviter erectis Conventibus, ad quem ipso facto ut filii nativi pertinebunt.*

Hæc tamen erectio illo anno executioni mandata non fuit: quamvis enim Vicariatus hic à quindecim Patribus, & Fratribus actualiter inhabitaretur; ædificia tamen ejus partim valdè antiqua, partim ex luto, & stipula conglutinata, non satis solida videbantur: unde expectandum erat; donec solidiora essent ædificata.

P. Antoninus à Campo videns: hanc esse rationem, ob quam executio illius erectionis differenda erat, adeò strenuè allaboravit: ut anno 1652 multa materialia, & sufficientem pecuniarum summam paratam haberet ad nova aliqua ædificia inchoanda, illudque indicavit Sereniſſimo Duci Neoburgico, rogans eum: ut sub auspiciis ejus novum ædificium inchoari posset, quod pius Princeps acceptavit, & ad illius promotionem largam eleëmosynam contulit.

Die 28 Aprilis ejusdem anni 1652 prænobilis D. Joannes Wolfgangus Dominus de Millem, Boru, Dominus in Wofrad, &c. prædicti Sereniſſimi Ducis Vicarius in Ducatu Juliacensi,

liacensi, præsente Senatu cum maximo numero incolarum, nomine Sereniſſimi Ducis primum ædificii lapidem posuit. Secundum posuerunt quidam Deputati nomine Magistratûs. Alios alii majoris notæ nobiles, ac Cives.

Ædificio hoc, quod refectorium, culinam, & dormitorium continet, perfecto, R^mus P. Joannes Baptista de Marinis totius Ordinis nostri Magister Generalis anno 1654 expresse mandavit: ut Vicariatus hic quamprimùm in Conventum erigeretur. P. Mag. Joannes de Loix Conventûs Audomarensis, secundâ vice Provincialis, hoc R^mi mandato accepto, in suum Commissarium, & hujus loci Visitatorem instituit P. Mag. Thomam Leonardi Conventûs Mosætrajectensis, qui, secundùm Commissionem sibi datam, die 8 Septembris ejusdem anni 1654 declaravit: Vicariatum hunc in Conventum esse erectum, & in illius primum Priorem instituit prædictum Vicarium P. Antoninum à Campo. Erectio hujus Conventûs.

Anno sequenti 1655 in festo S. P. N. Dominici, officio divino solemniter celebrato, cum solemni processione per Civitatem hujus novi Conventûs Patres, & Fratres à Senatu, populoque in hoc novum ædificium introducti fuerunt, in eoque permanserunt; eo quod ipsum Hospitale, quod eousque inhabitaverant, ruinam minari videretur.

Hujus Conventûs Ecclesia unicam navim habet, satis magnam tamen pro numero Fratrum, & Catholicorum in hoc Oppido degentium. Illam à fundamentis erexit P. Mag. Hieronymus Mauritius Conventûs Bruxellensis, tunc S. T. Licentiatus, anno 1666 in quintum hujus Conventûs Priorem electus, & absoluto triennio, iterùm confirmatus, qui tempore regiminis sui hoc ædificium adeò promovit: ut die 9 Septembris 1668 Beatificatio B. Rosæ Limanæ cum maxima solemnitate in hac Ecclesia fuerit celebrata, & illa anno 1670 die 13 Julii fuerit consecrata cum tribus altaribus suis à R^mo P. Joanne Antonio à Blauier Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. T. D. Episcopo Dionisiensi, Suffraganeo Sereniſſimi D. Maximiliani Henrici Bavari Episcopi & Principis Leodiensis.

DE MONASTERIO MONTIS S. AGNETIS SITTARDIÆ.

Sub obedientia Ordinis noſtri

LOcus, in quo hoc Monaſterium fundatum eſt, olim domicilium erat Tutorum Oppidi Sittardienſis, pertinens ad Sereniſſimum Ducem Neoburgicum.

Illum emere putaverant Moniales quædam S. Urſulæ, quæ, re infectâ, Ruræmundæ domicilium fixerunt. Tandem Patres noſtri, agente P. Stephano Schaep Vicariatûs noſtri Sittardienſis Vicario, & accedente conſenſu Sereniſſimi Ducis Neoburgici, Sereniſſimi Principis Epiſcopi Leodienſis, aliorumque, quorum intererat, prædictum locum emerunt à D. Bentinck bis mille pataconibus, & cum obligatione unius anniverſarii in perpetuum.

Hoc loco empto, in primas illius Fundatrices à Superioribus Ordinis inſtitutæ fuerunt Sr. Maria Sybilla Bronchorſt natione Kampenſis in Tranſiſulania, quondam uxor D. Engelberti Weyers (de quibus vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 196) & Sr. Ida Agnes Crocx Antverpienſis, Moniales Monaſterii noſtri Vallis Angelorum Brugis, quæ in comitatu P. Mag. Thomæ Leonardi S. T. D. Conventûs Moſætrajectenſis, à R^mo P. Thoma Turco totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali in hujus novi erigendi Monaſterii Commiſſarium inſtituti, & P. Joannis de Campenhout Confeſſarii Monaſterii noſtri Vallis Angelorum, ac P. Stephani Schaep Vicariatûs Sittardienſis Vicarii, in Confeſſarium hujus novi Monaſterii deputati, Sittardiam advenerunt die 25 Februarii anno 1649. Illis proceſſionaliter obviam iverunt Patres noſtri cum R. Adm. D. Adolpho Frederico Ruter juris utriuſque Doctore Decano Chriſtianitatis & Paſtore Sittardienſi, prænobili D. Philippo Henrico van Bentinck Majordomo Sereniſſimi Electo-

Inchoatio hujus Monaſterii.

ris Palatini Neoburgici nomine ejuſdem Sereniſſimi Ducis, toto Magiſtratu, & maximo populi concurſu, qui advenientes prædictas Moniales ſolemniter deduxerunt ad Sacellum Vicariatûs noſtri, ex quo, acceptâ benedictione SS. Sacramenti, illas introduxerunt in locum ipſis pro Monaſterio deſtinatum, in quo prædictæ Moniales permanſerunt, eodem die acceptantes clauſuram perpetuam, &, quamvis duæ tantùm forent, mediâ nocte matutinas, & de die ſingulas horas canonicas in oratorio ſuo perſolverunt: acſi in magna communitate viverent.

P. Mag. Thomas Leonardi, vi commiſſionis ſuæ, in introitu inſtituit in Prioriſſam hujus novi Monaſterii Sm Mariam Sybillam Bronchorſt, & in Supprioriſſam Sm Idam Agnetem Crocx, quæ in hujus Monaſterii Patronam elegerunt B. Agnetem de Monte Politiano, & Monaſterium hoc impoſterùm *Montem S. Agnetis* vocari decreverunt. Prima Prioriſſa.

Eodem anno Wilhelma van Limel prima in hoc Monaſterio habitum Ordinis noſtri ſuſcepit in Statu Converſarum, & anno ſequenti 1650 die 28 Auguſti profeſſionem emiſit.

Eodem quoque anno 1650 Catharina Bonhomme induta fuit habitu Monialium, & ſequenti anno 1651 die 9 Julii ſe Deo devovit.

Aliæ quoque Filiæ ſatis magno numero intrà breve tempus ſe Dei ſervitio manciparunt, quarum dotibus, & piorum Chriſti fidelium eleëmoſynis fundus Monaſterii paulatim dilatatus fuit: ſed cùm domus illa, quam priùs emerant, ruinam minaretur, & Moniales, in illa degentes quaſi ſub dio, ad maximam egeſtatem eſſent redactæ, nec media haberent, quibus nova ædificia molirentur, P. Raymundus à Campo illarum Confeſſarius, & P. Stephanus Schaep Prior Sittardienſis die 5 Aprilis anno 1661 Duſſeldorpium profecti, Sereniſſimo Philippo Wilhelmo Electori Palatino harum Monialium egeſtatem, & novi ædificii conſtruendi neceſſitatem expoſuerunt. Sereniſſimus Dux eos benigniſſimè excipiens, conſideranſque harum Monialium inopiam, D. Bentinck Amptmanno ſuo mandavit: ut nomine ſuo primum illius inchoandi ædificii lapidem poneret,

& ad illius promotionem trecentos patacones dedit. Mox prædictus D. Bentinck nomine prædicti Sereniſſimi magna cum ſolemnitate, in præſentia Cleri, Magiſtratûs, Nobilium, & Civium primum lapidem poſuit, & novum illud ædificium eodem anno ad tecti faſtigium perductum fuit.

Sequenti anno 1662 ultimâ Februarii circà undecimam matutinam maxima ventorum tempeſtas exorta eſt, quâ totius hujus novi ædificii ſummitas uſque ad inferiores trabes dejecta fuit; quod maximam Monialibus cauſavit triſtitiam. Præſtantiores quidam hujus Civitatis incolæ, harum Monialium afflictioni compatientes, non ſolùm largas eleëmoſynas illis contulerunt: verumetiam perſonaliter comitati ſunt P. Raymundum à Campo ad eleëmoſynas per circumjacentes pagos, & Oppida colligendas. Horum, aliorumque operâ, & eleëmoſynis collapſum ædificium ita reſtauratum fuit: ut die 21 Novembris ſequentis anni 1663 prædictæ Moniales cum SS. Sacramento ad illud tranſmigrarint.

Novum ædificium vento dejicitur.

Præter hoc ædificium, quod refectorium, culinam, & vetus Sacellum, quod nunc in cameram communem, operibus manualibus deſignatam, mutatum eſt, anno 1706 operâ, & induſtriâ P. Guilielmi Schafs, & fidelium, ab ipſo collectis eleëmoſynis, reliquæ Clauſtri partes, unà cum receptaculo P. Confeſſarii, & collocutorio à fundamentis erectæ fuerunt.

Anno 1699 die 18 Auguſti prænobilis Domicella Elizabetha Cæcilia van Breille Baroniſſa de Limbricht virgo, comitantibus duabus neptibus ſuis Dla Dina Horrion, & Dla Franciſca Eynatten ſolemni ritu, Monialibus cantantibus *Te Deum Laudamus* primum novæ Eccleſiæ (opus promovente prædicto P. Guilielmo Schafs) lapidem poſuit ad cornu epiſtolæ; & anno ſequenti tota illa Eccleſia cum parte Clauſtri, ei adhærente, obtecta fuit.

Nova Eccleſia inchoatur.

Anno 1677 Galli Sittardiam primò ſpoliaverunt, multas deindè Civium domos incenderunt, & hæ Moniales omnem ſupellectilem ſuam perdiderunt, & ad tantam egeſtatem fuerunt redactæ: ut juſſu Rmi P. Magiſtri noſtri Generalis ad alia Monaſteria fuerint dimiſſæ, ibidemque remanſerint; donec omnia iterùm pacata forent.

Monaſterium à Gallis ſpoliatur.

DE MONASTERIO RURÆMUNDENSI

Sub obedientia Ordinis.

RUræmunda, à Rura fluvio alluente dicta, Ducatûs Geldriæ ſuperioris Metropolis, Venlonâ tribus, Geldriâ ſex, Moſætrajecto novem, Neomago quatuordecim leucis diſſita, Sedem Epiſcopalem habet, erectam anno 1559 à Paulo IV Summo Pontifice, Concilium quoque Provinciale, & varia utriuſque ſexûs Monaſteria, quorum unum eſt Ordinis noſtri, quod originem ſuum habuit modo infraſcripto:

Origo hujus Monaſterii.

Circà annum 1400 extrà portam Ruræmundenſem, dictam *de Operpoort* in ſuburbio, locus quidam erat, Moſæ fluvio vicinus, dictus *den Meulenberch* ubi erecta erat Cluſa aliqua, ſeu recluſorium, quam inhabitabant virgines quædam ſolitariam vitam ducentes ſub tertia Regula S. P. N. Dominici, quarum prima fuit quædam Dorothea, quam eremicolam vocabant, ſub patrocinio B. Mariæ Virginis Matris doloroſæ. Devota hæc Solitariarum Congregatio ſucceſſu temporis in Monaſterium accrevit, quod nunc intrà Civitatem ſuavem virtutum ſpirat odorem.

Hujus Recluſorii Fundatorem fuiſſe Goedardum van Vloedorp, Equitem, Tutorem Ruræmundenſem: teſtantur litteræ perilluſtris Dominæ Mariæ Comitiſſæ Juliaci, Geldriæ, Zutphaniæ, &c. datæ anno 1400 in feſto S. Petri ad vincula.

Anno 1482 hæc Congregatio ſubdita fuit P. Jacobo de Stubach Provinciali Teutoniæ (anteà à Paſtoribus Ruræmundenſibus regebatur) qui illius curam commiſit Priori Conventûs Aquiſgranenſis, ſub cujus cura remanſerunt uſque ad annum 1498 quo, de conſenſu R^mi P. Joachimi Turriani totius Ordinis noſtri Magiſtri Generalis tranſierunt ad curam Prioris noſtri Conventûs Moſætrajectenſis.

Aquarum inundatio.

Anno 1530 tanta fuit aquarum, ex Mosa superfluentium, violentia: ut hæ Sorores Recluſorium ſuum deſerere debuerint, & tota habitatio per aquas fuerit deſtructa, ut patet ex libro anniverſariorum folio 92 „anno 1530 in feſto S. „Sebaſtiani ex monte molendini extrà Civitatem huc adve„nimus propter inundationem aquarum ..... hinc nobis „magna tribulatio : nam Ruræmundenſes nolebant nobis „permittere Conventum intrà Civitatem ; ſed Sereniſſimus „Dominus Geldriæ ſcripſit pro nobis, & ſic poſt multas „moleſtias, & labores, ope, & authoritate Ducis Caroli „admiſſæ fuimus à Civitate, ut patet ex litteris Civitatis, & „Imperatoris Caroli Quinti. Eramus tunc numero duodecim.

Poſt hanc admiſſionem emerunt Sorores domum quamdam in platea, vulgò *de Veltſtraete* à Domina van Daelheim, & poſteà etiam emerunt fundos aliquos adjacentes, ex quibus omnibus Monaſterium formare cœperunt, idque cum tanto progreſſu : ut Eminentiſſimus Dominus Gerardus de Marca S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Leodienſis die 25 Auguſti anno 1532 licentiam conceſſerit ſuo Suffraganeo illarum Sororum Eccleſiam, & altare conſecrandi, & cœmiterium benedicendi, quod tamen factum non fuit ante annum 1537 quando in feſto S. Jacobi Eccleſia, & altare conſecrata fuerunt, & cœmiterium benedictum in honorem B. Mariæ Virginis Matris doloroſæ, S. P. N. Dominici, S. P. Auguſtini, S. Andreæ, S. Catharinæ Senenſis, & S. Luciæ.

Sorores Regulam S. Auguſtini, & habitum Ordinis aſſumunt.

Eodem anno in feſto decem millium Martyrum hæ Sorores deſiderio ſtrictioris vitæ aſſumpſerunt Regulam S. P. Auguſtini cum conſtitutionibus tertiæ Regulæ S. P. N. Dominici, ſcapulari albo, velo albo, &c. nam anteà indutæ erant tamquam filiæ devotæ, vel eremicolæ. Quo facto, Eminentiſſimus D. Reginaldus S. R. E. Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus à latere, eodem anno per litteras ſuas declaravit : profeſſionem illarum ſecundùm Regulam S. P. Auguſtini, & Conſtitutiones tertiæ Regulæ S. P. N. Dominici impoſterùm reputari debere pro profeſſione ſolemni : quamvis ad recitationem officii jam non magis quàm ante eſſent obligatæ.

Licet hæ Sorores per jam dictam ſuam profeſſionem Ordini noſtro totaliter eſſent incorporatæ : tamen, deficientibus mediis, nullum ex noſtris Confeſſarium habebant ; ſed hoc opus charitatis illis impendebat D. Prior Canonicorum Regularium, qui Confeſſarius illarum fuit uſque ad annum 1544. Quo anno in hac Civitate graſſatus eſt morbus quidam contagioſus, quo tot homines moriebantur : ut hæ Sorores vix invenirent Sacerdotem, qui illis Sacramenta adminiſtrare poſſet ante mortem. Hoc malo edoctæ, Confeſſarium ex Ordine noſtro elegerunt.

Permutatio hujus Monaſterii.

Anno 1599 die 15 Auguſti tempore Epiſcopatûs Illmi D. Henrici Cuyckii facta eſt permutatio hujus Monaſterii cum Monaſterio S. Theobaldi, ſito in platea vulgò *de Swartbrock-Strate* è regione Conventûs FF. Minorum, quod anteà à Patribus Bogardis tertii Ordinis S. Franciſci fuerat inhabitatum : ſed ab aliquo tempore derelictum, cujus bona Epiſcopatui Ruræmundenſi erant incorporata. Hâc factâ permutatione, Moniales ad S. Theobaldi Monaſterium tranſmigrarunt, & prius Monaſterium illarum tunc mutatum fuit in Seminarium Epiſcopale.

Prius Monaſterium in Seminarium Epiſcopale mutatum.

Moniales à tertia Regula ad primam tranſeunt.

Anno 1647 Moniales hujus Monaſterii, quæ anteà erant tertiæ Regulæ S. P. N. Dominici, ad primam Regulam admiſſæ fuerunt à Rmo P. Thoma Turco totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali ad inſtantiam P. Mag. Henrici Hechtermans Prioris Conventûs ſui Moſætrajectenſis, qui in hoc Monaſterium introduxit ſtrictam clauſuram perpetuam, Breviarium Ordinis noſtri, aliaſque obſervantias primæ Regulæ conſuetas.

Deſiderabant quidem hæ Moniales habere Confeſſarium ex Ordine noſtro : ſed deerant ipſis media ad illius ſuſtentationem. Tandem anno 1654 præfatus P. Mag. Henricus Hechtermans tantùm effecit : ut P. Thomas de Heer Conventûs Moſætrajectenſis in Confeſſarium hujus Monaſterii fuerit inſtitutus. Etiamnum habent hæ Moniales Confeſſarium ex Ordine noſtro.

DE CONVENTU TUNGRENSI.

OPpidum Tungrenſe, quod Tungri, ſeù Advatica Tungrorum dicitur, antiquitate, & Sede Epiſcopali olim celeberrimum, Leodio, & Moſætrajecto tribus, Trudonopoli quatuor leucis diſſitum infauſtis bellorum turbinibus antiquum ſuum ſplendorem in multis perdidit. Habet etiamnùm inſigne Canonicorum Capitulum, & præter varia Monaſteria Conventum Ordinis noſtri, qui ex Conventu noſtro Moſætrajectenſi originem ſumpſit. Moſætrajecto anno 1632 in Hollandorum poteſtatem redacto, Patres noſtri Moſætrajectenſes metuentes: ne Fides Catholica, aut Religioſorum Monaſteria detrimentum paterentur; de procurando ſibi aſylo cogitare cœperunt, elegeruntque Urbem Tungrenſem ſub juriſdictione Sereniſſimi Principis Epiſcopi Leodienſis ſitam, in qua nihil ampliùs ſibi metuendum prævidebant, & anno ſequenti 1633 propoſitum ſuum indicarunt Capitulo Provinciali Valencenis congregato, quod ſequentem commiſſionem actis ſuis inſeri voluit: §. *Commiſſiones. Committimus R. P. Mag. Capello Conventûs noſtri Bruxellenſis Priori* (poſteà Epiſcopo Antverpienſi) *ut Tungris Vicariatum procuret, & domum ad hoc aptam, quamprimùm licuerit, emat mediis Conventûs Moſætrajectenſis.*

P. Henricus Matthiæ Prædicator Generalis, ſui Conventûs Moſætrajectenſis Syndicus, & quondam Prior, Tungros profectus, die 20 Februarii anno 1634 coram Magiſtratu Tungrenſi domum quamdam emit à D. Joanne Vaes Juriſconſulto & quondam Conſule Tungrenſi, pro reditu annuo centum ſexaginta florenorum monetæ Leodienſis, qui poſteà extinctus fuit, & anno 1643 P. Joannes Cuypers (de quo vide folio 281) & F. Nicolaus Lenſen Converſus die 1 Aprilis de licentia Magiſtratûs Tungrenſis locum hunc inha-

inhabitare cœperunt, & eodem anno die 19 Maii Patres noſtri inſtrumento publico à Senatu Tungrenſi admiſſi fuerunt.

Die 12 Junii P. Joanni Cuypers ſucceſſit P. Henricus Hechtermans S. T. Lic. (de quo vide folio 281)

Sereniſſimus Princeps Ferdinandus Bavarus Epiſcopus Leodienſis ex ſpeciali ergà Patres noſtros affectu eos pariter admiſit : *ut in dicto Oppido noſtro Tungrenſi* (ſic habet diploma) *domicilium figere, & in dicta domo ſua.... habitare, juxtàque Ordinis ſui inſtitutum vivere, & ibidem officiis divinis publicè, & maximè in promotione Sodalitatis ſanctiſſimi Roſarii Beatiſſimæ Virginis Mariæ vacare poſſint ac valeant : licentiam tenore præſentium concedimus, & impertimur facultatem &c. Coloniæ hâc 26 Junii anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo tertio.* Signatum *Ferdinandus.* Nota.

Anno 1644 die 18 Auguſti Patres noſtri pluralitate votorum admiſſi fuerunt à duodecim opificiis Civitatis Tungrenſis, & die 28 ejuſdem menſis Conſules, Jurati, & Concilium Oppidi Tungrenſis ſupradictas admiſſiones acceptarunt.

Eodem anno 1644 die 18 Septembris domus Tungrenſis erecta fuit in Vicariatum, & P. Henricus Hechtermans, illius loci Præfectus in primum Vicarium inſtitutus, in hujus novi Vicariatûs Patronum elegit S. Hyacinthum Confeſſorem Ordinis noſtri.

Anno 1645 prædictus Vicarius ædificare cœpit illam Clauſtri partem, quæ plateæ adjacet, & hujus Conventûs Eccleſiâ nondum extructâ, divinis officiis celebrandis inſervit.

Anno 1650 Vicariatus hic in Conventum erectus fuit à Capitulo Generali Romæ celebrato ſub R^mo P. Joanne Baptiſta de Marinis totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali electo, his verbis : *erigimus in Prioratus Vicariatum noſtrum Lyranum, Collegium noſtrum Duacenum S. Thomæ, domum noſtram Namurcenſem, Vicariatum noſtrum Sittardienſem, & Vicariatum noſtrum Tungrenſem : concedentes Fratribus noſtri Conventûs Trajectenſis ad Moſam; ut in eventum, quo fortè de ſuo Conventu (quod Deus avertat) per Acatholicos ejicerentur, poſſint ſibi eligere unum ex duobus ultimò nominatis jam noviter*

erectis Conventibus, ad quem ipso facto ut filii nativi pertinebunt.

Nota: erectiones prædictorum Conventuum (exceptâ erectione Conventûs Namurcensis) per aliquot annos effectu caruisse.

Tandem anno 1666 R^mus P. Joannes Baptista de Marinis totius Ordinis nostri Magister Generalis P. Bonaventuræ de Marivoorde Provinciali nostro mandavit: ut, sepositis omnibus considerationibus, Vicariatum Tungrensem in Conventum erigeret, quod & fecit die 9 Augusti sequentis anni 1667, quo in illius novi Conventûs Patronum elegit S. P. N. Dominicum, & P. Henricum Walsenium (de quo vide folio 279) in primum Priorem, ac P. Servatium Mersmans in primum Suppriorem instituit.

Præcipua hujus Conventûs Benefactrix fuit D. Angelina Creusen Beggina.

Anno 1714 sub Prioratu P. Raymundi Charliers in festo S. Lucæ Evangelistæ inchoatum fuit novæ Ecclesiæ ædificium. Primum lapidem posuit D. Arnoldus Cocx S. R. I. Liber Baro nomine perillustris D. Damiani Hugonis Comitis de Schonborn, Bucheim, Commendatoris districtûs Biesen Ordinis Teutonici, nunc S. R. E. Cardinalis. Secundum lapidem posuit Capitulum insignis Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Virginis, tertium Senatus Tungrensis. Hos lapides, aliaque materialia, officio divino solemni ritu peracto, eodem die benedixerat Ampl^mus D. Mathæus Paulus Closar Decanus & Archidiaconus B. Mariæ Virginis.

In loco divinis deputato hujus Conventûs asservatur articulus digiti S. P. N. Dominici, quem à Priore, & Conventu nostro Colonienſi Conventui suo impetravit P. Albertus Bellefroy dum S. Theologiæ studeret in studio nostro Generali Colonienſi, postea sui Conventûs iteratis vicibus Supprior, & Confraternitatis SS. Rosarii Præfectus. Illum ritè approbavit R^mus P. Joannes Antonius à Blavier Ord. FF. Minorum Conventualium S. T. D. Episcopus Dionisiensis, Sereniſſimi Principis Episcopi Leodienſis Suffraganeus.

Ibidem etiam asservantur Reliquiæ S. Pii V. Pontificis,

& S. Petri Martyris. Item Reliquiæ S. Hyacinthi Confeſſoris, S. Catharinæ Senenſis, S. Catharinæ Virg. & Mart. S. Mariæ Magdalenæ, & S. Marthæ Sororis ejus, quas P. Joannes Corthals Conventûs noſtri Gandenſis filius Româ redux huic Conventui dono dedit.

In prædicto loco nonnullorum ſæcularium defunctorum corpora ſepulta ſunt, & ſequentia monumenta leguntur:

D. O. M.

„ Monumentum honorati Viri JOANNIS VANDER MEER „Oppidi Tungrenſis ſepties Conſulis, ac hujus Conventûs „per 45 annos Patris Spiritualis, ætatis 85, qui obiit 22 „Junii anno 1702. Et Domicellæ CATHARINÆ THOMÆ „Conjugis ſuæ ætatis 57, quæ obiit 18 Septem. anno 1679, „& prolium ſuarum. Requieſcant in pace.

Aliud.

„ Hier licht begraven den eerſaemen HUBRECHT JAN„SEN eertyts Borghemeeſter deſer Stadt Tongeren, ſterft „anno 1670 den 21 7bris. Ende CATHARINA VINCQUE„DES ſyne huyſvrouw ſterft anno ..... den ..... bidt voor „de ſielen.

Aliud.

„ Hoc monumentum fieri curavit R. A. Dus ÆGIDIUS „GUILL. COLLET I. V. B. in memoriam chariſſ. Parentum „ſuorum GODEFRIDI COLLET Medici expertiſſimi, qui „obiit 1664 Junii die 22. Et Domicellæ CATHARINÆ CA„PROENS, quæ obiit anno 16 .... die .... item in memo„riam Patrui ſui R. A. D. JOANNIS COLLET quondam Paſto„ris in Sammelen, & Rectoris Sacelli S. Materni, qui obiit „anno 1674 Auguſti die 28. Item Sororii ſui Honorabilis „PETRI KINET Mercatoris, qui obiit anno 1678 xbris die „ultimâ, & Sororis ſuæ CATHARINÆ, quæ obiit anno ... „..... die ..... ipſe verò, qui ſuprà anno .....

Aliud.

„ Ici gist Hon^ble JEAN DE JODOGNE, qui tresspassa le 3
„Juillet 1674. Et Dam^elle MARIE DE ROUGMONT son Es-
„pouse
„Prie Dieu pour eux.

Aliud.

„ Hier is begraeven den eersaemen WILLEM PELSERS
„tuschen syne twee Soonen Priesters, den Eerwerdighen
„Heer HENRICK Sangm^r., ende Capellaen onser lieve Vrou-
„we deser Stadt Tongeren, ende Heer WILLEM oock
„Capellaen ende Vicaris der selver Kerck. Heer HEN-
„DRICK sterft den 22 8bris 1669. Den Vader 4 8bris 1672.
„Heer WILLEM den 27 April 1676 .....
„Bidt voor de Sielen.

Anno 1673 Galli, subjugato Mosætrajecto, die 21 Novembris Tungris Civium domos, & Conventum nostrum expoliarunt, & Fratres nostri Ecclesiæ ornamenta, & calices, quos pariter auferre volebant Galli, pecuniâ redimere coacti fuerunt.

Anno 1677 Galli iterùm Tungros defolaverunt; nam diebus 28 Augusti, 19 Septembris, 4, 10, & 18 Octobris tot loca sacra, & profana combusserunt: ut quinque illis incendiis totam ferè Civitatem in favillam, & cinerem redegerint, quibus infortuniis Conventus noster maximum damnum pertulit; nam & illum Galli expoliaverunt usque ad vasa Sacra; perierunt etiam tunc Conventui nostro quatuor domus, inter quas una valens 800 florenis, duo calices argentei deaurati, quadraginta albæ sacerdotales, aliaque Ecclesiæ ornamenta, omnia lintea ad usum Refectorii, &c.

DE CONVENTU VILVORDIENSI.

VIlvordia Ducatûs Brabantiæ Oppidum, olim fortissimum, nunc per frequentissima bella ferè desolatum, Sennæ, & Voluæ fluviis contiguum, Bruxellis, & Mechliniâ duabus leucis dissitum, præter alia loca Sacra Conventum habet Ordinis nostri, in quo docentur Scholæ humaniores.

De hujus Conventûs inchoatione sic habet notamen circà Vicariatum (modò Prioratum) Vilvordiensem in fine libri Archivi Conventûs Bruxellensis, cujus olim fuit Vicariatus: „Vicariatus Vilvordiensis fundatus fuit à R. Adm. P. Petro „Malpæo scriptis claro ..... & à R. Adm. P. F. Reynerio „Busleyden filio Conventûs Bruxellensis, in sæculo Vicecomite Grimbergensi, & aliquibus annis Vicario (meliùs di- „ceret: *Terminario*) Cortracensi, qui duo, aquisitis variis „eleëmosynis à Parentibus, has impenderunt Vilvordiensi „fundationi, quæ facta, & inchoata est cum omni solem- „nitate, tam Cleri, quàm populi anno 1623. Inchoatio hujus Conventûs.

In eodem libro, in serie Priorum sic legitur: „trigesimus tertius Prior fuit P. Petrus Malpé filius Conventûs „Bruxellensis 1621. Hic fundavit Vicariatum Vilvordien- „sem per media Philippi Busleyden Conventûs Bruxellensis, „& Parentes ejus fecerunt multa bona, & Conventui, & „Vicariatui.

In Refectorio hujus Conventûs etiamnum extat effigies præfati P. Philippi Renati à Busleyden cum hac inscriptione: *R. Adm. P. Philippus Renatus à Busleyden quondam Vicecomes Grimbergensis, Fundator hujus domûs* 1 *Maii* 1623.

Multa hujus Vicariatûs, nunc Conventûs, documenta in conflagratione Conventûs nostri Bruxellensis perierunt.

Primus hujus loci Vicarius fuit P. Joannes à Campenhout Conventûs Bruxellenſis, inſtitutus Calendis Maii anno 1623.

Anno 1686 in Capitulo Generali, Romæ celebrato, Vicariatus hic in Conventum erectus fuit, & P. Mag. Franciſcus Janſſens Elinga Conventûs Brugenſis, Provincialis, ex prædicto Capitulo in Belgium redux, hanc erectionem executioni mandavit die trigeſimâ primâ Octobris ejuſdem anno 1686, & in hujus novi Conventûs primum Priorem inſtituit P. Pium Faſſeel, quondam iteratò hujus loci Vicarium, & in Prædicatorem Generalem P. Vincentium Marchant à prædicto Capitulo Generali inſtitutum: ut patet ex Actis Capituli Provincialis, Antverpiæ celebrati, anno 1688.

Erectio Vicariatûs in Conventum.

Anno 1676 in hoc Vicariatu celebratum fuit Capitulum Provinciale electivum.

Anno 1693 die 13 Octobris in hoc Conventu habita fuit Convocatio Patrum.

Anno 1717 Dominicâ ſecundâ poſt Octavam Paſchæ in hoc Conventu Capitulum Provinciale intermedium.

DE CONVENTU LYRANO.

LYra Ducatûs Brabantiæ Oppidum amœniſſimum, ad confluentes parvam, magnamque Netham fluvios ſitum, Antverpiâ, & Mechliniâ tribus leucis diſſitum, inter varia utriuſque ſexûs Monaſteria Conventum habet Ordinis noſtri, cujus Patres juventutem ſæcularem inſtruunt in litteris humanioribus, & doctrina chriſtiana.

Conventus hic originem ſuum habuit ex Conventu noſtro Antverpienſi, & Sacello quodam Oppidi Lyrani, quod *Cluſa S. Gumari* dicitur. De origine hujus *Cluſæ*, ſeu Sacelli, hæc ſequentia excerpſi ex libro hujus Conventûs Lyræ exiſtens Calendis Septembris anni 1715: Origo hujus Conventûs.

Sœculo ſeptimo S. Gumarus votum emiſerat proficiſcendi Romam ad viſitandum SS. Apoſtolorum Sepulchra. Ideò, feliciter finito in Galliis contrà Mauros bello, cum ſuis itineri ſe accinxit, & ad unius milliaris diſtantiam ab Emblehem nativitatis, & domicilii ſui pago tentorium fixit juxtà Netham fluvium. Contigit autem: quoſdam ex famulis ſuis quercum viridem præcidiſſe, ex quo ille, cujus erat quercus, irâ excandeſcens, apud virum Sanctum de damno illato conqueſtus, ſibi ſatisfieri voluit. S. Gumarus juſtam ruſtici quærelam percipiens, mandavit ei: ut poſtridiè manè rediret, promittens: ſe ei debitam ſatisfactionem daturum. Mox Vir Sanctus in genua provolutus, Deum exoravit, ut prædictam quercum priſtino ſuo ſtatui reſtituere dignaretur. Eâdem nocte apparuit ei Angelus Domini, qui ex parte Dei dixit: ne Romam tenderet; ſed: ut in honorem S. Petri Apoſtoli Eccleſiam, ſeu Sacellum, ædificaret in loco, quem illi oſtendebat, & ut præciſam arborem trunco ſuo ſuperponeret, eamque cingulo, quo præcinctus erat, circumcingeret. Quod cùm Vir Dei feciſſet: mox Miraculum S. Gumari.

arbor illa florere cœpit, & ità accrevit: ut nulla præcisionis vestigia apparerent. Successu temporis, crescente devotione populi, qui ad hunc locum, tanto miraculo allectus undequaque confluebat., anno 1262 ibidem erectum fuit Sacellum, quod hodiedum *Clusa S. Gumari* vocatur, in tanti Viri, & Miraculi memoriam, & venerationem.

Clusa, seu Sacellum S. Gumari.

De hoc Sacello, inter alios, scribit D. Augustinus Wichmans Ordinis Præmonstratensis in sua *Brabantia Mariana* lib. 2. cap. 49

In hoc Sacello asservantur duæ Statuæ B. Mariæ Virginis, miraculis celebres, quarum una ex quercu Aspricollensi fabricata est, ad illius quæ in dicta quercu inventa fuit, similitudinem Imago nimirùm Imaginis. Undè etiam pretium, & æstimationem ab illa hæc obtinet: nam multæ aliæ Imagines, quæ in multis Belgii locis asservantur, ex eadem quercu Aspricollensi fabricatæ fuerunt, quarum plurimæ miraculis claruerunt, atque etiamnùm clarent. De hac Imagine Lyrana ità ex Ericio Puteano scribit D. Wichmans:

Imago B. Mariæ Virginis miraculosa.

„Liræ, vicino Antverpiæ Oppido, Isabella Dalculotia habitabat: ei filius quadrimus, & hernioſus. Vitium dolore „detectum est, cum dies inquietos, & simul noctes puer „haberet: examinatum quoque à Chirurgo, qui miseram, „gravemque ramicis utriusque rupturam deprehendit, & „viscera prominere. Non ausus autem in discrimen, artem „alioquin felicem mittere, manum abstinuit. At Mater dolore dejecta, pietate animosa, ad magnam Matrem vota „dirigit, & fiduciam sumit. Mystico numero per novem

Miraculum.

„dies votum ordinans, ædiculam D. Gumari, in qua è sacra quercu Divæ Imago, quotidiè adit, donum, & preces matutinas offert: & vultis miraculum? filium, qualem optabat, impetrat. Bis jam Mater; quia quem genuerat, pietate servat: ut semel dedisse vitam, deindè sanitatem, tamquam vitam, videretur: sed à Diva acceptam. „Sanè in puero totum, reducto viscere, vitium, & vitii „vestigium simul deletum est. Id contigit anno 1605 in Januario.

Plura hujusmodi miracula recensetur *Kalendarium Mari-*

anum

num tum ex Lipſio, tum ex tabulis publicis ejuſdem Oppidi.

Hæc Imago anno 1604 ex hoſpitali S. Annæ, cœmiterio Cluſæ adjacente, ad hanc Cluſam de conſenſu Ill^mi D. Joannis Miræi Epiſcopi Antverpienſis ſolemniter delata fuerat in proceſſione valdè ſolemni à R. D. Laurentii Paſtore, qui illam in ſummo altari collocavit. Comitabantur hanc proceſſionem DD. Canonici S. Gumari cum Clero, prænobili D. Alphonſo de Luna y Carcona Gubernatore, & Magiſtratu, populoque maximo numero illuc confluente.

Altera Imago B. Mariæ Virginis miraculoſa.

Altera Divæ Virginis Mariæ Statua, quæ in hac Cluſa maximâ quoque devotione colitur, *Fuſca* dicitur, *de Bruyne Lieve Vrouw*, quia colorem fuſcum præ ſe fert. Illa quoque miraculis clareſcere cœpit: maximè ab anno 1632 ut teſtatur ſupracitatus D. Wichmans teſtis occulatus in *Supplemento ad Brabantiam Marianam*. Idibem narrat Miraculum, quod „die 18 Auguſti (ejuſdem anni 1632) contigit „circà filiam quamdam Annam van Rockeghem, quæ voto „ad *Divam Fuſcam* facto, à graviſſima infirmitate, quâ bien„nio extremè laboravit, ab omnibus medicis deſperata, & „jamjam moritura; imò penè mortua (nam plus mortis, „quam morbi habebat) per eandem liberata fuit. Res mira: „ſed vera. Lectulo mancipata jacebat, omnis motûs impo„tens: & ecce è veſtigio in veſtigia ſe erigit, vix ullo mor„bi vitio relicto: nam tota vegeta exindè permanſit, infir„mitatis omnis neſcia, permanetque hodiè, è fati limine, „ſibi ipſi quaſi ſuperſtes. Scilicet hoc eſt è tempeſtate in „malaciam repentè transferri, à morte in vitam, per eam, „quæ confundens mortem, donavit nobis vitam ſempiternam.

Miraculum.

„ R^mus Dominus Antverpienſium Antiſtes (cui Lyra in „ſacris paret) Joannes Malderus, deputatis è Vicariatu ſuo „graviſſimis Theologis eandem ut miraculum approbavit „datis litteris die 13 Septembris 1632 atque, ut debitus „honor Divæ huic Soſpitatrici exhiberetur, & Fideles ad „implorandam in neceſſitatibus ejus opem magis incitaren„tur, die 19 Septembris hujus anni pro gratiarum actione „inſtituta fuit Lyræ ſolemnis admodum ſupplicatio cum „publica totius Oppidi lætitia, ignibuſque triumphalibus,

„miraculosâ hâc Imagine per omnia compita circumlatâ „præsentibus R^mo Domino Michaële Ophovio Episcopo „Buscoducensi (*ex Ordine nostro assumpto*) qui solemne „Sacrum peregerat, & R. D. Joanne Moors Abbate Ber„nensi Ordinis Præmonstratensis, qui in præfata supplica„tione sacrosanctam Hierothecam sub baldachino detulit. „Stupui sanè & ipse, qui magnorum istorum corporum tunc „umbra eram, extraordinariam eo die Lyranorum ergà hanc „Deiparam devotionem „ à quibus & plura stupenda mira„cula „ jam recens per eandem facta „ intellexi.

Institutio SS. Rosarii in Clusa S. Gumari.

Anno 1605 die 18 Septembris P. Joannes Bocquetius „ tunc sui Conventûs Antverpiensis Supprior (postea Provincialis) ad augendam populi ergà B. Mariam Virginem devotionem „ in hoc Sacello solemniter instituit Confraternitatem SS. Rosarii „ quâ populi Lyrani ergà Deiparam devotio „ & ergà Ordinem nostrum affectus ità accreverunt: ut in Oppido suo Fratrum nostrorum Conventum habere summoperè desideraverint: nam anno 1611 Lyrâ Antverpiam venit pius „ ac egregius vir D. Ricardus Graese „ qui Patribus nostris „ ex abundantia desiderii plorans, affectuosissimè exposuit: quantùm Lyrani illorum contubernium exoptarent.

Igitur die 13 Decembris ejusdem anni P. Michaël Ophovius tunc Provincialis (postea Episcopus Buscoducensis) & prædictus P. Joannes Bocquetius Lyram profecti sunt ad novum Vicariatum „ vel Conventum erigendum.

Postridiè Missas celebrarunt in Clusa S. Gumari „ præsentibus supradicto D. Ricardo Graese „ & D. Joanne de Haeze Burgimagistro Lyrano „ quorum consilio inclytum Magistratum accesserunt „ qui illos benignissimè excepit.

D. Dresselaer domum suam Patribus nostris obtulit „ & D. Ricardus Graese domum suam „ circà puteum in platea Clusæ sitam „ Patribus nostris dedit inhabitandam „ cui prædictus D. De Haeze Burgimagister fundum quemdam addidit.

Inchoatio hujus loci.

Die 21 Novembris anno 1612 novi domicilii sui Patres nostri possessionem ceperunt „ & in Primum illius Præfe-

Prima habitatio. Cluſa S. Gumari datur Ordini noſtro.

ctum inſtitutus fuit P. Dominicus ab Arbore, cui in Socium datus fuit P. Henricus Merven, ambo Conventûs Antverpienſis. Eodem die P. Mag. Joannes Bocquetius Prior Conventûs Antverpienſis cepit poſſeſſionem Cluſæ S. Gumari, Ordini noſtro datæ à Capitulo, Senatu, populoquè Lyrano, & in illa primum ſummum Sacrum *de Præſentatione B. Mariæ Virginis*, cui dies ille ſacer erat, ſolemniter decantavit, præſentibus prænobili D. Alphonſo de Luna y Carcona Gubernatore, inſigni Capitulo Canonicorum S. Gumari, inclyto Magiſtratu, & populo, qui maximo concurſu ad hanc ſolemnitatem confluebat.

Erectio hujus loci in Vicariatum.

Anno 1613 die 18 Februarii P. Nicolaus à Daventria inſtitutus fuit in primum hujus loci Vicarium, & die 3 Decembris ejuſdem anni apertæ fuerunt Scholæ Gymnaſii noſtri.

Gymnaſium Lyranum.

Die 6 Martii anno 1614 Ampl^mus D. Franciſcus Dingens Colonienſis, juris utriuſque Doctor, Canonicus (poſteà Theſaurarius, & Decanus) Eccleſiæ Cathedralis Antverpienſis cum Sorore ſua Joanna Dinghens ab Henrico Wouters Meulemakers, & Barbara Brabants uxore ejus emit tres domos, ſitas in platea dicta *de Liepſerſtraet* quæ *domus alta*, *flos aureus*, & *crux aurea* dicebantur, quas prædictus Henricus die 22 Martii 1613 emerat à Adriano de Witte Scriba.

Die 12 Aprilis ejuſdem anni prædictus D. Franciſcus Dinghens, & Soror ejus prædictas tres domos donatione inter vivos dederunt Patribus noſtris: ut patet ex litteris Scabinorum Antverpienſium datis die 12 Aprilis 1614 cum onere tamen hebdomadatim celebrandi unum Sacrum in animarum prædictorum Donatorum, illorumque amicorum refrigerium.

Die 12 Julii ejuſdem anni Patres noſtri, ad ſupplicationem nobilis D. Gubernatoris ſupradicti, à Magiſtratu Lyrano obtinuerunt interiora urbis mœnia, ſita retrò hortos prædictarum trium domorum.

Secunda habitatio.

Die 6 Octobris ejuſdem anni Patres noſtri ex primo ſuo domicilio ad hoc novum, in platea *de Liepſerſtraet*, tranſmigrarunt, ibidemque uſquè modò permanſerunt.

Die 19 Novembris P. Mag. Michaël Ophovius Provincialis primum Sacrum cantavit in oratorio hujus novi domicilii. Secundum Sacrum legit (quià non habebat ſecum ſua ornamenta pontificalia) Ill^mus D. Joannes Malderus Epiſcopus Antverpienſis, qui etiam Sacramentum Confirmationis adminiſtravit plurimis eò advenientibus.

Gymnaſii tranſlatio.

Poſtridiè Studioſi Gymnaſii noſtri, explicatis vexillis, ex priori Gymnaſio propè Cluſam S. Gumari per urbis plateas ad hoc novum, ipſis deſignatum, Gymnaſium tranſmigrarunt.

Anno 1616 Calendis Maii Lyram venerunt R^mus P. Inacus de Brizuela Ordinis noſtri Confeſſarius Sereniſſimi Archiducis Alberti Auſtriaci, & P. Mag. Michaël Ophovius, quos Magiſtratus Lyranus, exhibito vino honoris (quod nonniſi Magnatibus exhiberi ſolet) honorificentiſſimè excepit. Prædictus R^mus pro erectione, & promotionè hujus Vicariatûs apud præfatum Sereniſſimum Archiducem plurimùm allaboravit, & à Rege Hiſpaniarum obtinuit ſummam quinque millium florenorum ab Hiſpanis Cluſæ noſtræ S. Gumari, & B. Mariæ de Roſario attributam.

Novum Sacellum inchoatur.

Anno 1626 die 21 Aprilis in feſto S. Vincentii Ferrerii primum novi juxtà Vicariatum Sacelli lapidem poſuerunt inſigne Capitulum S. Gumari, & inclytus Magiſtratus Lyranus, qui ad illius Sacelli extructionem ſexcentos, & ad Gymnaſii ædificationem duo millia, quadringentos florenos Patribus noſtris in eleëmoſynam dedit. Conſtiterunt prædicta ædificia, nempè Sacelli: decem millibus, ducentis, ſexaginta & uno florenis, tribus aſſibus, & uno groſſo. Gymnaſii verò: ſeptem millibus, ducentis, viginti florenis.

In feneſtra vitrea illius frontiſpicii ſequentia verba leguntur: *Eccleſiæ hujus fundamenta lætâ, & latâ manu: poſita ſunt à Senatu Lyrano Nonis Aprilis* 1626.

Nota. Aliqui videntes ſeriem Conventuum noſtrorum Belgicorum, quam edidi anno 1715 illos terminos *Fundatores*, ſeù *Fundi-datores* malè interpretati ſunt. Videant illa quæ de *Fundatoribus* noſtris *in Generali* dixi in *Deſolata Batavia Dominicana* folio 2. Et ſecundùm illa Capitulum, &

Senatum Lyranum, hujus loci Confundatores, aut benefactores vocent, prout maluerint.

In feneſtra vitrea juxtâ altare depicta eſt effigies R^mi P. Michaëlis Ophovii Epiſcopi Buſcoducenſis, qui locum hunc inchoavit, & egregiè promovit.

Unicam navim habet hoc Sacellum, longitudinis 80, & latitudinis 30 pedum.

In illo unicum quotidiè Sacrum celebratur pro Gymnaſii noſtri alumnis. Statutis etiam diebus in illo conveniunt Confratres SS. Nominis Jeſu ad exhortationem, quam unus ex noſtris facit ad augendam fidelium devotionem ergà SS. Nomen Jeſu. Patres noſtri ibidem etiam horas canonicas perſolvunt, quibuſdam exceptis, quas, aliaque Ordinis noſtri munia peragunt in Cluſa S. Gumari tamquam in Eccleſia ſua Conventuali, in qua præter duas B. Mariæ Virginis Statuas miraculis celebres, de quibus ſuprà, aſſervatur ingens SS. Reliquiarum theſaurus (quem die 31 Auguſti anno 1715 mihi oſtendit Fr. Thomas Coen primus ex Fratribus Converſis hujus Conventûs filius, profeſſus 9 Maii 1690, & per multos annos hujus Cluſæ Subſacriſta) Nempè:

Confraternitas SS. Nominis Jeſu.

Duæ particulæ de Ligno vivificæ Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti. S. Pii V. Papæ. S. Hyacinthi. S. Roſæ Ordinis noſtri. S. Cornelii Papæ. S. Luciæ V. & M. S. Aureliæ V. S. Barbaræ V. & M. S. Hatabrandi Abbatis. S. Placidi, & Sociorum Martyrum. S. Apolloniæ V. & M. S. Liberalis M. S. Agatæ V. & M.

SS. Reliquiæ.

Anno 1717 P. Joannes Corthals Conventûs Gandenſis huic Eccleſiæ dedit Reliquias S. Petri Martyris approbatas, quas Româ contulit.

Die 20 Septembris anno 1705 à P. Joanne Baptiſta De Backere Conventûs Antverpienſis, hujus Conventûs tunc ſecundâ vice Priore inſtituta fuit in hac Eccleſia nova Confraternitas in honorem S. Crucis.

Confraternitas S. Crucis.

Die 8 Decembris anno 1684 P. Mag. Franciſcus Janſſens Elinga Conventûs Brugenſis, Provincialis, & P. Jacobus van Nyp Prior Conventûs Antverpienſis (cui Vicariatus hic ſuberat) comparuerunt coram inclyto Magiſtratu Ly-

rano ad amicabiliter concordandum quoad litem aliquam inter Magiſtratum Lyranum, & hunc Vicariatum, qui unum aſſem de quoque dolio cereviſiæ prætendebat vi conceſſionis ſibi factæ anno 1618 in recompenſationem laborum, quos Patres noſtri faciunt docendo Scholas humaniores.

Prædictus aſſis ab illo anno 1618 uſque ad annum 1655 ipſis ſemper fuerat ſolutus: ſed Magiſtratus illum ulteriùs ſolvere pernegabat. Illo igitur die lis illa ſopita fuit. Renuntiarunt Patres noſtri juri ſuo, quod ad illum aſſem habebant, eâ conditione: ut Magiſtratus daret Patribus noſtris, ultrà quatuor collectas pecuniarias, quotannis fieri ſolitas, ſemel in anno collectam candelarum per Civitatem, & Patribus noſtris cederet interiora Urbis mœnia, à porta Antverpienſi uſque ad portam dictam *de Liapſerpoort* ſe extendentia, quæ prædictus Magiſtratus, & tria Urbis Membra Patribus noſtris ceſſerunt in uſum perpetuum, ut patet ex inſtrumento publico, deſuper confecto. Ab illo tempore Patres noſtri in prædictorum mœniorum pacifica poſſeſſione permanſerunt.

Interiora Urbis mœnia Fratribus noſtris conceſſa in perpetuum.

Quamvis Vicariatus hic in Capitulo Generali, Romæ celebrato anno 1650 in Conventum fuerit erectus: illius tamen erectio executioni mandata non fuit antè annum 1686 ut patet ex actis Capituli Generalis Romæ habiti anno 1686 in quibus ſic habetur: „quandoquidem Vicariatus noſter „Lyranus in Capitulo Generali 1650 in Conventum erectus „fuerit, erectio tamen illa uſque modò ſine effectu reman„ſerit, deſiderio Magiſtratus, ac votis Lyranæ Civitatis „ſatisfacere volentes, eundem Vicariatum denuò in Con„ventum erigimus cum omnibus juribus, ac privilegiis or„dinariis aliorum Conventuum ejuſdem Provinciæ ..... „in Prædicatores verò Generales inſtituimus, Conventûs „quidem Lyrani P. F. Hieronymum Verſchueren, hîc mo„dò in Urbe præſentem .....

P. Mag. Franciſcus Janſſens Elinga Conventûs Brugenſis, Provincialis, ex eodem Capitulo in Belgium redux, erectionem illam executioni mandavit die 6 Novembris ejuſdem anni 1686, & in primum hujus novi Conventûs Priorem inſtituit P. Michaëlem Kerſavonts ultimum hujus loci Vicarium. De quo vide folio 255.

Erectio hujus Vicariatûs in Conventum.

Anno 1698 die 20 Aprilis in hoc Conventu celebratum fuit Capitulum Provinciale intermedium.

Capitulum Provinciale.

CORONIS.

HÆc ſunt præcipua Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris monumenta, quæ illius Hiſtoriam concernunt, Iconoclaſtarum rabiem evaſerunt, & quinquennii labore conquiſita ad notitiam meam pervenerunt. Deſunt fortè aliqua, & alibi fortè latent, quæ ſi Lector benevolus inveniat; rogo: ut illa mihi communicare dignetur, ſecundo ſupplemento, aliquandò fortè ſeparatim edendo, inſerenda.

His addendam duxi Hiſtoriam Conventûs Fratrum noſtrorum Anglorum pro Fide Catholica exulum Bornhemii, & Monaſterii Sororum noſtrarum Anglarum pariter exulum Bruxellis, & geſta Eminentiſſimi D. P. Philippi Thomæ Howard S. R. E. Cardinalis, collecta ex ſcriptis P. Thomæ Worthington S. T. P. quondam Prioris Provincialis Angliæ, nunc Prioris Conventûs Bornhemienſis.

Item Hiſtoriam Conventûs Fratrum noſtrorum Hybernorum etiam exulum Lovanii, deſumptam ex *Epilogo Chronologico* P. Mag. Joannis ô Heyn Chronologi Provinciæ noſtræ Hyberniæ.

Illa quæ concernunt S. R. E. Cardinales, Archiepiſcopos, & Epiſcopos ex Provinciis noſtris Angliæ, & Hyberniæ aſſumptos, quæ ex *ſacro Theatro Dominicano* P. Mag. Vincentii Mariæ Fontanæ, & aliis Authoribus excerpſi, examinanda, & amplianda relinquo Fratribus noſtris Anglis, & Hybernis, qui exactiorem illorum notitiam habere poſſunt.

DE CONVENTU FF. ANGLORUM

BORNHEMII.

BOrnhemium pagus est Comitatûs Flandriæ, Comitatûs titulo insignitus, Antverpiâ, & Mechliniâ quatuor, Bruxellis, & Gandavo septem, Teneramundâ tribus leucis dissitus, Scaldi fluvio vicinus.

Prænobilis D. Petrus Columa illius pagi Baro, partem vivificæ Crucis Domini nostri Jesu Christi acceperat à D. Ferdinando Lopez de Villa nova, quam ille biennio antè anno 1588 die 18 Aprilis habuerat à D. Anna van Bech Abbatissa Monasterii dicti *Coninck-dorp* Ordinis S. Benedicti in Archidiœcesi Colonienſi, obtentâ licentiâ Ill^mi D. Laurentii Fabritii Episcopi Gyrenensis S. T. D. Vicarii Generalis Archiepiscopi Electoris Colonienſis: ut ex illa Diœcesi ad aliam transferri posset, ut ex litteris testimonialibus patet.

Origo hujus Conventûs.

Ad promovendam igitur fidelium devotionem ergà Crucem Domini idem Dominus Baro parvum Monasteriolum cum Sacello ædificare cœpit: sed illud à Religiosis inhabitari non vidit; priusquam enim Româ obtinere potuit licentiam: ut ibidem divina celebrari possent, ex hac vita decessit anno 1621.

Prænobilis D. Petrus Coloma paterni nominis, & pietatis hæres locum hunc RR. PP. Minimis, Monialibus Benedictinis, & Patribus nostris Bruxellensibus obtulit. Tandem anno 1639 Dominus Baro Româ à SS. D. Urbano VIII diù desideratam facultatem impetravit: sed executioni mandata non fuit antè annum 1641 quo Ill^mus D. Antonius Triest Episcopus Gandensis datis litteris suis die 8 Novembris concessit: ut sacrosanctum Missæ sacrificium in hujus Mona-

Monaſterii, licet nondùm inhabitati, Sacello celebrari poſſet.

Hâc licentiâ obtentâ, D. Baro ſupradictam particulam S. Crucis exhibuit Illmo D. Jacobo Boonen ex Epiſcopo Gandenſi Archiepiſcopo Mechlinienſi, qui illam authenticam declaravit litteris ſuis datis die 16 Februarii anno 1642. His peractis, D. Baro omnem adhibuit operam: ut Monaſterium hoc à Patribus noſtris inhabitari poſſet, eumque in finem Ven. P. Ambroſius Druwé (de quo vide folio 92) & Patres noſtri Bruxellenſes multoties Bornhemium advenerunt, & in hoc Sacello divina celebrarunt: ſed obſtabant adverſarii quidam, quos nominare puderet, tantùmque effecerunt: ut oblato libello ſupplici, & reſcripto Regio Patribus noſtris prohiberetur locum illum inhabitare. Quibus non obſtantibus, D. Baro, & P. Ambroſius Druwé à Rege impetrarunt decretum die 22 Junii anno 1646, quo permiſſum fuit Fratribus noſtris illâ æſtate ibidem commorari; quapropter triduò poſt P. Ambroſius cum quibuſdam ex noſtris Bruxellenſibus Bornhemium advenit, & hujus loci poſſeſſionem cepit. Tres erant in hoc novo domicilio Patres Sacerdotes, in quorum ſuſtentationem D. Baro ſingulis menſibus quatuor aureos, ſeù vulgò *piſtolas* contribuebat: ſed reſuſcitatis adverſariorum machinationibus, novo reſcripto Regio die 12 Januarii anno 1647 prædicti Patres locum ſuum deſerere, & ad Conventum ſuum redire coacti fuerunt: ad Regem tamen recurrentes, benignum reſponſum obtinuerunt in favorem Fratrum noſtrorum Buſcoducenſium, pro fide Catholica ex Conventu ſuo exulum, de quibus vide *deſolatam Bataviam Dominicanam* folio 104.

Inhabitatur à Patribus Bruxellenſibus.

Tandem, ſuperatis multis difficultatibus, Patres noſtri Buſcoducenſes pro fide exules, qui die 24 Februarii anno 1652 (vide folio 302) ſtabilem Mechliniæ obtinuerant habitationem, & P. Ambroſius Druwé tunc allaborans fundationi Conventûs noſtri Namurcenſis, non ampliùs ſollicitarunt ad obtinendum locum Bornhemienſem. Quod videns D. Baro, tres Patres Guilielmitas ex Monaſterio Beverenſi evocavit, qui hunc locum inhabitarunt uſque ad quadrageſimam anni 1658, quo tempore illum deſeruerunt, & ad Monaſterium ſuum reverſi ſunt.

Conceditur Patribus Buſcoducenſibus.

Deindè Guilielmitis.

Interim D. Petrus Coloma Baro Bornhemienſis ſpecialis Patrum noſtrorum fautor & amicus obierat die 9 Octobris anno 1656 relinquens bonorum ſuorum, ſuique ergà Ordinem noſtrum affectûs hæredem D. Franciſcum Coloma, qui ſequens patris ſui veſtigia, Ven. P. Ambroſium Druwé tenerrimè diligebat, & P. Philippus Thomas Howard (poſteà S. R. E. Cardinalis) ſub initium anni 1655 Pariſiis in Belgium advenerat: ut ibidem erigeret Conventum Fratribus noſtris ex Anglia pro fide exulantibus. Hic Bruxellis exiſtens, mentem ſuam aperuerat Ven. P. Ambroſio Druwé, qui P. Philippo Thomæ hunc locum Bornhemienſem indicavit, & cum illo adeò ſedulò collaboravit: ut

Tandem Patribus Anglis.

Fratres noſtri Angli exules, anno 1658 eundem locum de licentia illorum, quorum intererat, ſub directione prædicti P. Philippi, à R^mo P. Joanne Baptiſta de Marinis totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali inſtituti primi Prioris, inhabitare cœperint die 17 Aprilis. Cum prædicto P. Priore Bornhemium venit P. Guilielmus Collins natione Hybernus: ſed ex Parentibus Anglis ortus, tunc temporis Supprior Conventûs Fratrum noſtrorum Hybernorum Lovanii. Hunc idem Prior inſtituit in Suppriorem, & Procuratorem hujus novi Conventûs.

Primi Coloni.

Die 20 Aprilis ejuſdem anni Bornhemium advenerunt P. Martinus Ruſſel primus à P. Howard, nondùm Priore, ad Ordinem noſtrum admiſſus, & de licentia R. P. Vicarii Generalis Angliæ Gandavi indutus die 18 Junii anno 1656, P. Jacobus Lovel ex patre Anglo progenitus, Conventûs Bruxellenſis filius, & F. Petrus vanden Berghe Converſus, Conventûs ſui Bruxellenſis Sartor. Hi primi fuerunt, qui Conventum Bornhemienſem nomine Provinciæ Angliæ inhabitare cœperunt.

Tempore, quo Fratres noſtri Bornhemium advenerunt, hujus Conventûs, & Eccleſiæ ædificia non erant magnæ notæ: ità ut maximam pecuniarum ſummam prædictus Prior expendere debuerit ad Conventûs illius ædificia perficienda, & nova à fundamentis extruenda.

Conſecratio Eccleſiæ.

Hujus Conventûs Eccleſia ſolemni ritu conſecrata fuit anno 1676 ab Ill^mo D. Nicolao French Epiſcopo Fernenſi

in Hybernia, qui benedictionem Clauſtri paulò antè occaſione Sepulturæ F. Georgii Daggit Converſi, primi in hoc Conventu defuncti, à P. Guilielmo Collins Suppriore factam approbavit, & ratihabuit.

In hac Eccleſia aſſervantur Reliquiæ S. Crucis (de quibus ſuprà) & Corpus integrum (quoad oſſa) S. Amantii M. quod Eminent. D. P. Philippus Thomas Howard S. R. E. Cardinalis accepit à SS. D. Innocentio XI, & poſt mortem ejus ad hunc Conventum delatum fuit. SS. Reliquiæ.

Subfuit Conventus hic à tempore quo illum Fratres noſtri Angli inhabitare cœperunt, juriſdictioni P. Mag. Joannis Baptiſtæ Verjus S. T. D. Conventûs Antverpienſis in qualitate Commiſſarii & Vicarii Generalis Provinciæ Angliæ; donec proprios nationis Anglicanæ primò Vicarios Generales, deindè Priores Provinciales habuit.

Anno 1659 in hoc Conventu erectus fuit Novitiatus pro Fratribus Anglis, ſed ſucceſſu temporis multi Novitiatum ſuum in Conventu noſtro Gandenſi peregerunt.

Eodem anno apertæ fuerunt Scholæ humaniores, ad quas multi juvenes egregii nationis Anglicanæ confluxerunt. Inter cæteros D. Amandus Howard primi hujus Conventûs Prioris frater germanus. Scholæ illæ nonnumquam interruptæ fuerunt: ſed ab aliquot annis iterùm fuerunt apertæ, & nunc etiamnùm patent tam Anglis, quàm Flandris.

Anno 1660 die 21 Martii D. Franciſcus Howard P. Prioris frater germanus, ab eodem Priore fratre ſuo Ordinis noſtri habitum ſuſcepit, &, elapſo probationis anno, ſolemnem profeſſionem emiſit, vocatus F. Franciſcus à S. Dominico, aliàs Howard.

Die 24 Septembris inchoatus fuit primus curſus Philoſophicus à P. Vincentio Torre, & P. Guilielmo Collins, ejuſdem curſûs Lectoribus deſignatis.

Carolus II Hiſpaniarum Rex Catholicus, ad inſtantiam Eminentiſſimi D. P. Philippi Thomæ Howard quondam primi hujus Conventûs Prioris, S. R. E. Cardinalis, litteris ſuis datis Matriti die 20 Maii anno 1682 conceſſit amortizationem hujus loci, & 566 virgarum terræ.

Priſtinum Provinciæ noſtræ Anglicanæ ſplendorem facilè colliget Lector benevolus ex ſerie S. R. E. Cardinalium, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ex eadem Provincia aſſumptorum:

P. Robertus Kilvarbius S. R. E. Cardinalis.

Eminentiſſimus D. P. ROBERTUS KILVARBIUS, ſeù KAMUIL VERTIM, vel HILVARDEY, cognomento BILIBERI natione Anglus, Conventûs Londinenſis filius, in Univerſitate Pariſienſi S. T. Doctor & Profeſſor publicus, Provinciæ ſuæ Anglicanæ per decennium Prior Provincialis, Eduardi I Regis Angliæ Confeſſarius, & ad ejuſdem Regis denominationem à SS. D. Gregorio X anno 1272 creatus Archiepiſcopus Cantuarienſis, & Primas Regni Angliæ, anno 1273 Legatus à latere, decreto prædicti Gregorii Papæ Eduardum I Angliæ Regem, præſentibus Reginâ matre, Alexandro Rege Scotiæ, Joanne Duce Britanniæ, Epiſcopis, ac Ducibus, & Regni Proceribus, Regio diademate coronavit. A SS. D. Nicolao Papa III die 13 Martii anno 1278 S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Portuenſis, & S. Ruffinæ renuntiatus, in Urbem ad Pontificem Maximum pedes acceſſit, ſolo baculo nixus, & ab eodem Summo Pontifice humaniſſimè exceptus fuit. Ejus deindè operâ, & conſilio in regenda S. Petri navicula idem Pontifex, quoad vixit, uſus eſt, & nomine ejuſdem Pontificis epiſtolas aliquot ſcripſit ad Regem Tartarorum.

In tanta dignitate conſtitutus, nec conſueta Ordinis noſtri indumenta dimiſit, nec ejuſdem jejunia violavit, neque regularis obſervantiæ rigorem aliquatenùs temperavit, duobus tantùm Ordinis Fratribus, & totidem famulis in miniſterium ſuum adhibitis. Tandem Viterbii ſecundo ſuæ promotionis anno piè obdormivit in Domino, & in Eccleſia noſtra *S. Mariæ ad gradus* ſepultus fuit anno 1280.

Plurima præclara ſcripta reliquit ſuæ eruditionis ſpecimina.

P. Guilielmus Marlesfeldius S. R. E. Cardinalis.

Eminentiſſ. D. P. GUILIELMUS MARLESFELDIUS patriâ Cantuarienſis, in Academia Oxonienſi S. T. Profeſſor publicus, & in Univerſitate Pariſienſi Baccalaureus, multis Conventibus, & Provinciæ ſuæ præfuit, & licet annorum pondere gravatus, anno 1303 Biſuntium ad Capitulum

Generale pedes acceſſit, & eodem anno die 18 Decembris ad ſacram Purpuram aſſumptus titulo S. Sabinæ, paucis poſt aſſumptionem diebus ex hac vita migravit, ſepultus in Eccleſia noſtra Londinenſi. Vide folio 136.

P. Gualterus Winckterburnus S. R. E. Cardinalis.

Eminentiſſ. D. P. GUALTERUS WINCKTERBURNUS Eduardi I Regis Angliæ Confeſſarius, ex Priore Provinciali Angliæ ad purpuram aſſumptus, prædicto P. Guilielmo ſucceſſit in titulo S. Sabinæ anno 1304. Hic, recepto ſuæ promotionis nuntio, ex Anglia Peruſium profectus eſt, ubi è vivis ereptum inveniens Benedictum Papam XI ex Ordine noſtro aſſumptum, cum aliis Cardinalibus conclave ingreſſus, interfuit electioni Clementis V, quâ peractâ, à ſacro purpuratorum Patrum Collegio Legatus in Galliam ad electum Pontificem directus eſt: ut ei factam electionem indicaret: ſed nimio calore in itinere vexatus, Januæ obiit menſe Septembri anno 1305. Corpus ejus, prout mandaverat, in Angliam tranſlatum, ſepultum fuit in Eccleſia noſtra Londinenſi.

Multa ſcripſit doctrinæ ſuæ teſtimonia.


P. Thomas Joyce S. R. E. Cardinalis.

Eminentiſſ. D. P. THOMAS, quem Ciaconius JOYCE, aliàs JOSSIUM Fontana noſter JORGE, & JORSIUM vocat) nobilis Londinenſis, Conventûs Oxonienſis filius, S. T. D. per ſeptennium Provinciæ Angliæ Prior Provincialis, Eduardi I Angliæ Regis Confeſſarius, & anno 1305 S. R. E. Cardinalis renuntiatus titulo S. Sabinæ, à SS. D. Clemente V. Legatus ad Henricum VII Romanorum Imperatorem electum imperiali diademate coronandum. Eò proficiſcens, in Sabaudia diem clauſit extremum die 13 Decembris anno 1311. Corpus ejus in Angliam delatum, ſepultum fuit in Eccleſia Conventûs ſui Oxonienſis.

Multa doctrinæ ſuæ ſcripta reliquit.

P. Thomas S. R. E. Cardinalis.

Eminentiſſ. D. P. THOMAS Ricardi II Regis Angliæ Confeſſarius, S. R. E. Cardinalis titulo S. Petri ad vincula, floruit anno 1380.



P. Philippus Thomas Howard S. R. E. Cardinalis.

Eminentiſſ. D. P. PHILIPPUS THOMAS HOWARD Avum habuit Thomam Comitem Arundeliæ, Suriæ, &c. ſummum Mareſcallum Regni Angliæ, nobiliſſimi Ordinis Garterii Equitem, Sereniſſimi Caroli I Regis Angliæ in Anglia, Scotia, & Hybernia à ſecretioribus conſiliis, & ejuſdem Regis anno 1639 contrà Scotos Supremum & Generalem militiæ Ducem, Aviam Alatheam Talbot, Patrem Henricum Howard Comitem Arundeliæ, Suriæ, &c Matrem Elizabetham Stuart Regi Angliæ ſanguine junctam, Londini in Anglia natus menſe Septembri anno 1629 poſt decapitationem prædicti Regis cum parentibus Antverpiam confugit: ne Perduellibus adhæreret, & avitam fidem Catholicam violaret. Ibidem Ordinem B. Mariæ de Monte Carmelo ingredi ſtatuit: ſed eum à propoſito retraxit ergà afflictos Parentes pietas.

Poſt aliquot annos cum Avo in Italiam profectus, Mediolani colloquia miſcens cum P. Joanne Hacquet Hyberno Ordinis noſtri in Conventu S. Euſtorgii Regente, ei-

dem de amplectendo Ordine noſtro deſiderium indicavit ; ſed quomodo id fieri poſſet ob contrarios Avi, & Parentum animos : ignorabat. Deindè Placentiæ moram trahens, acceptâ ab Avo veniâ, Mediolanum rediit, & cum præfato P. Hacquet piam fugam Cremonam arripuit. Ibidem, abjectâ ſplendidiſſimâ veſte, humilem Prædicatorum habitum, ſuis inſciis, ſuſcepit die 28 Junii anno 1645, nomenque novum Thomæ ſuo addidit in honorem S. Thomæ Aquinatis, cujus exemplum imitari ſtatuit. Hoc accepto nuntio, mox ingens perturbatio exorta eſt in familia Howardiana. Avia ejus Bruxellis Internuntium adiit : ut ſuâ authoritate Romam commoveret. Avus Romam ſcripſit ad Dominum Equitem Digbæum, qui Catharinam Philippi noſtri Sororem poſteà uxorem duxit. Hic recurſum habuit ad Eminentiſſimum D. Cardinalem Franciſcum Barberinum Regni Angliæ Protectorem, cujus interventu illi aditum patuit ad Cardinalem Pamphilium Innocentii X ſummi Pontificis nepotem, & ad Cardinalem Antonium Barberinum Ordinis Prædicatorum Protectorem, obtinuitque à Cardinali Pamphilio epiſtolam ad Epiſcopum Cremonenſem, quâ nomine Pontificis ei mandat : ut F. Philippum Thomam Novitium (ſi opus ſit, adhibitis cenſuris, & advocato brachio ſæculari) ex Conventu Cremonenſi deduci curet ad palatium ſuum Epiſcopale, ibidemque illum, interdicto cum Prædicatoribus colloquio, tamdiù detineat ; donec Summus Pontifex aliquid certi ſtatuerit. Quæ epiſtola ſcripta fuit Romæ 17 Julii 1645.

Igitur die 26 Julii F. Philippus Thomas ex Conventu Cremonenſi deductus fuit ad Palatium Cardinalis Montium, ubi nobiliſſimum captivum, velut alterum Aquinatem, aggreſſi ſunt domeſtici, & extranei. Cùm autem nihil efficerent, & conſtantiſſimum juvenis animum à propoſito dimovere non poſſent, prædictus Cardinalis Montium valdè amplam ad Cardinalem Pamphilium ſcripſit epiſtolam, in qua explicabat modum, quo, tum ipſe per ſeptem dies, tum alii viri doctiſſimi Philippi animum explorarunt, eumque omnes invenerunt in ſancto propoſito conſtantem, &

maximo zelo ergà hæreticorum Anglorum converſionem ductum, ſacrum Prædicatorum Ordinem aſſumpſiſſe, in eoque perſeverare velle uſque ad mortem.

Summus Pontifex fatigatus importunis amicorum precibus rem totam ſacræ Cardinalium Congregationi *de Propaganda Fide* determinandam commiſit, cujus decreto F. Philippus ex Palatio Epiſcopali Cremonenſi Romam abductus, & in Conventu S. Sixti depoſitus fuit, ut ibidem evidentiùs probaretur ejus conſtantia. Inſtat interim Frater ejus Henricus nomine totius familiæ Howardianæ apud Summum Pontificem : ut F. Philippus habitu Ordinis privaretur, ac prohiberetur non ſolùm FF. Prædicatoribus : verùm etiam aliis quibuſcumque Ordinibus ; ne quiſquam illorum Philippum ad profeſſionem, vel Sacros Ordines admitteret inconſultis Summo Pontifice, & amicis. Quod, quià, invito F. Philippo, fieri non oportebat, non fuit conceſſum.

Ne tamen Summus Pontifex Parentum, & Conſanguineorum ejus ſupplicationibus omninò contrarius eſſe videretur, indulſit ut F. Philippus ex Conventu S. Sixti deduceretur ad Patres Oratorii vulgò *la Chieſa Nova*, ibidemque Novitiatum ſuum continuaret ſub diſciplina R. P. Pauli ejuſdem Oratorii Sacerdotis, qui, quinque circiter menſium decurſu explorato F. Philippi animo, & in ſancta vocatione conſtantiâ, tale teſtimonium Summo Pontifici detulit : ut ipſemet Summus Pontifex adoleſcentem examinare voluerit. Accerſitus igitur F. Philippus, ſtrictiſſimè ab ipſo Summo Pontifice examinatus fuit, & ad omnes propoſitas difficultates adeò prudenter reſpondit : ut famam vicerit reſponſis ſuis, & ſuæ Sanctitati nullum reliquerit ampliùs dubitandi locum.

Summus Pontifex agnoſcens, adoleſcentis vocationem à Spiritu Sancto procedere, Conſanguineorumque ejus oppoſitiones nonniſi humano reſpectu niti, mox advocari juſſit R^m Vicarium Generalem Ordinis noſtri P. Dominicum de Marinis (poſteà Archiepiſcopum Avenionenſem) eique conſtantiam F. Philippi notam faciens, licentiam tribuit admit-

admittendi illum ad profeſſionem ſolemnem, quam ille læto animo emiſit in Conventu S. Sixti anno ætatis ſuæ 16 expleto.

Indè Neapolim ſtudiorum cauſâ miſſus, in Conventu B. Mariæ vulgò *la Sanita* commoratus eſt uſque ad annum 1650 quo Romæ in Capitulo Generali doctiſſimam orationem habuit, & à totius Ordinis Patribus obtinuit: ut juvenes Angli, Scoti, & Hyberni ubique ad Ordinem, & Novitiatum, ac Studia reciperentur: ut, illis peractis, ad propagationem Fidei Catholicæ in patria procurandam apti rederentur.

Finito Capitulo Generali, miſſus fuit ad ſtudium Conventûs Rhedonenſis, ubi poſt annum, diſpenſante Summo Pontifice, factus eſt Sacerdos menſe Auguſto anni 1652, ætatis ſuæ anno 23 nondùm completo.

Quamdiù P. Philippus poſteà remanſerit in Conventu Rhedonenſi: non ità liquet; notiſſimum verò eſt: illum ſub initium anni 1655 Pariſiis in Belgium adveniſſe eo conſilio: ut ibidem procuraret Conventum Confratribus ſuis Anglis. Intentionem ſuam Bruxellis indicavit Ven. P. Ambroſio Druwé (de quo vide folio 92) qui locum Bornhemienſem aliis præeligendum dixit. Ejuſdem ſententiæ erat P. Mag. Joannes Baptiſta Verjus (de quo vide folio 238) ſed P. Mag. Jacobus vanden Heede Exprovincialis, tunc ſui Conventûs Gandenſis Prior (de quo vide folio 91) ei indicavit locum, quem Patres Carmelitæ diſcalceati Teneramundæ nunc inhabitant, aut domum dictam *Berlamont* Aldenardæ tunc ſpectantem ad D. Comitem Egmondanum: ſed cum magnam pecuniarum ſummam in illum finem expendere deberet; ad illam colligendam in Angliam diſceſſit, totum illud negotium relinquens prædictorum Patrum deliberationi.

In Angliam appulſus, propoſitum ſuum aperuit veteranis quibuſdam Ordinis noſtri Miſſionariis, qui illud approbarunt, & in colligendis eleëmoſynis collaborarunt. Interim P. Philippus huic operi jugiter intentus, Martinum Ruſſel Ordinis noſtri habitu induendum, anno 1656 Gandavum

misit, & anno sequenti in Belgium redux, professionem illius suâ præsentiâ cohonoravit. Profectus deindè Bruxellas, negotia sua in optimo statu invenit; nam P. Ambrosius Druwè apud Serenissimum Principem Joannem Austriacum Belgii Gubernatorem multùm profecerat cum D. Barone Bornhemiensi, cui percharus erat, omnia composuerat, & cum P. Mag. Joanne Baptista Verjus Concilium privatum in partem suam ità inclinaverat: ut Fratres nostri Angli die 17 Aprilis anno 1658 locum Bornhemiensem inhabitare cœperint sub directione P. Philippi à R^mo P. Magistro nostro Generali in illius novi Conventûs Priorem instituti die 15 Decembris anno 1657.

Anno 1660 P. Philippus videns: Antoniam Howard Sororem suam, & alias quasdam virgines Anglas desiderare recipi ad habitum Sanctimonialium Ordinis nostri, de Monasterio Sororibus Anglis erigendo per litteras R^mum totius Ordinis nostri Magistrum Generalem consuluit, qui litteris suis datis Romæ 3 Aprilis ejusdem anni 1660 P. Philippo authoritatem suam ad hunc effectum delegavit cum potestate subdelegandi quando, & quoties ipsi videretur ità expedire, quâ authoritate Vilvordiæ eodem anno Monasterium inchoavit.

Anno sequenti Serenissimus Rex Angliæ Carolus II, anno præcedenti Regno restitutus, uxorem duxit Catharinam filiam Joannis IV Regis Lusitaniæ Catholicam, quæ P. Philippum in primarium Capellanum suum assumpsit, qui eodem anno mense Augusto à R^mo totius Ordinis nostri Magistro Generali institutus fuit Vicarius Generalis super omnes Ordinis nostri Religiosos, domos, Communitates, & personas utriusque sexûs nationis Anglicanæ tam in Belgio, quàm in Anglia cum omni jurisdictione, & facultate manendi Prior Conventûs Bornhemiensis usque ad continuati illius Prioratûs terminum, & Vicarius Generalis ad beneplacitum ejusdem R^mi.

Anno 1665, defuncto D. D'aubanie Avunculo suo Supremo Reginæ Angliæ Eleëmosynario, P. Philippus Thomas ad dignitatem illam cum superintendentia Sacelli Regii

electus fuit, & anno 1667 Bredæ interfuit Congressui Legatorum, ubi pax concluſa fuit.

Anno 1669 Moniales noſtras Anglas ex Monaſterio, quod anno 1660 Vilvordiæ inchoaverat, Bruxellas deduxit, ut ibidem tempore belli tutiorem manſionem haberent in domo, quam ipſe emerat, & quam etiamnùm inhabitant.

Anno 1674 P. Philippus Thomas ob zelum promovendi Fidem Catholicam, & Ordinem noſtrum, ex Anglia diſcedere penè coactus, Bornhemium redire ſtatuit; accuſabant enim illum adverſarii ejus. Primò: quod magnus promotor fuiſſet edicti Regii circà libertatem conſcientiæ conceſſi anno 1672. Secundò: quod D. Joannem Davis Canonicum Windeſorianum ac Capellanum Collegii S. Mariæ Magdalenæ Oxoniæ, & Dominum Joannem Greene à Decano, & Canonicis Windeſorianis hæreticis ad ſtudia in prædicto Collegio, pariter hæretico, peragenda miſſum ad Fidem Catholicam convertiſſet, & Bornhemium, ut ibidem Religionis habitum ſuſciperent, tranſmiſiſſet, quod ægrè tulit prædictum Capitulum Windeſorianum, & de eo quærelas coram proximè futuro Parlamento exponere minabatur. Tertiò: quod Bullas Pontificias indulgentiarum SS. Roſarii imprimi juſſerat in lingua anglicana, quod eſt crimen læſæ Majeſtatis ſecundùm leges Patriæ pœnales, quæ ſub pœna criminis prædicti prohibent publicari Bullas, vel Decreta Pontificia. Undè P. Philippus Thomas timens ulteriorem Regni perturbationem, petitâ, & obtentâ à Rege ex Anglia diſcedendi veniâ, in belgium transfretavit conferens pretioſiſſima ornamenta eccleſiaſtica, & quidquid in Anglia habebat: ut in Conventu ſuo Bornhemienſi à ſtrepitu aulæ Regiæ ſegregatus, ſecuriùs Deo ſerviret, & reliquum temporis vitæ ſuæ in tranquillitate perageret: ſed, Deo aliter diſponente, anno 1675 in feſto SS. Trinitatis inexpectatus nuntius Româ Bornhemium accurrit, annuntians: SS. D. Clementem Papam X die 27 Maii P. Philippum Thomam Howard in S. R. E. Cardinalem aſſumpſiſſe. P. Philippus nullius inſtantis promotionis conſcius, in Conventu ſuo ſolitarius, Confratribus ſuis ſuper gratiſſimo

nuntio exultantibus, & congaudentibus, obstupuit, & dolore, ac lachrymis perfusus, promotionis suæ nuntium vix admittere voluit; sed primò Deum in hac re tanti momenti consulendum: judicans, tribus, vel quatuor horis solus in humili cella sua orationibus intentus, cum Deo remansit.

Die sequenti, celebrato Sacro, & expositâ S. Cruce Domini ad opem divinam implorandam, Eminentissimus D. P. Philippus Thomas, uno solo assumpto itineris socio F. Hyacintho Coomans Conversо, Antverpiam tetendit, & Conventum nostrum ibidem ingressus, genuflexus, benedictionem petiit à Priore rem prorsùs ignorante. Hinc ad Palatium Episcopale pergens, promotionem suam R^mo P. Mario Ambrosio Capello Episcopo Antverpiensi (de quo vide folio 241) indicavit, & ab eodem Ill^mo benedictionem petiit. Ill^mus verò etiam in genua provolutus, benedictionem ab Eminentissimo sibi dari expostulavit. Deindè ambo Sacellum Episcopale ingressi sunt, & Ill^mus Canticum *Te Deum laudamus* lætisonâ & sonorâ voce intonavit, & decantato Cantico, Eminentiss^m ad penitiora Palatii sui introduxit, & vesperi rhedâ Episcopali vectus, ad Conventum rediit, in quo biduo remansit, & ex illo ad Palatium Episcopale reversus, à prædicto Ill^mo hospitio benignissimè receptus fuit.

Primâ nocte, quâ in Conventu nostro Antverpiensi moram traxit, hujusmodi sermonem cum F. Hyacintho itineris sui socio, ut idem Frater retulit, habuit Eminentissimus: *timeo; ne fortè promotio mea futura sit in præjudicium magis, quàm in profectum Conventûs Bornhemiensis; cum media mihi desint, quibus dignitatem illam pro merito sustineam.* Cui respondit F. Hyacinthus: *spero fore; ut Catholica sua Majestas Eminentiæ vestræ provideat de Episcopatu alicujus momenti. Nequaquam* replicabat Eminentissimus. *Nemini me astringam: qui enim per gratiæ receptionem Principi se semel obligat, semper, & in omni re, ad nutum, & voluntatem Principis est: repugnante etiam aliquandò conscientiâ propriâ.* Quam sententiam toto vitæ suæ decursu religiosissimè servavit; ità ut, quamvis Hispania, Germania, & Gallia varia benc-

ficia ei obtulerint, illa ſemper conſtanter recuſaverit.

Intereà temporis Româ Antverpiam advenit quidam Abbas adferens byretum Cardinalitium, quod R^mus P. Marius Ambroſius Capello Epiſcopus Antverpienſis cum magna ſolemnitate in Eccleſia ſua Cathedrali impoſuit capiti prædicti Eminentiſſimi D. Cardinalis titulo *S. Cæciliæ trans Tyberim.*

Deindè per aliquot dies in Conventu noſtro Gandenſi hoſpitio exceptus, Romam profectus eſt. Ibidem die 23 Martii anno 1676 declaratus fuit Aſſiſtens quatuor Congregationum. Nempè: Epiſcoporum, Regularium, de Propaganda Fide, & Sacrorum Rituum.

Tandem, plurimis pro fide Catholica, & Ordine noſtro exhantlatis laboribus, diem clauſit extremum Romæ die 17 Junii anno 1694. Sepultus in choro noſtro *S. Mariæ ſuper Minervam.*

Expenſis hujus Eminentiſſimi anno 1697 erectum fuit Lovanii parvum Collegium, in quo Fratres noſtri Angli ſtudiis Philoſophiæ, & Theologiæ incumbunt. Primus Rector hujus Collegii fuit P. Dominicus Williams tunc Philoſophiæ Lector, poſtea S.T.D. & Provinciæ Angliæ Prior Provincialis.

R^mus P. JOANNES DERLINGTON Legatus Eduardi II Regis Angliæ ad SS. D. Nicolaum III Summum Pontificem, Archiepiſcopus Dublinenſis, obiit Londini anno 1284. Jacet in Eccleſia noſtra Londinenſi.

R^mus P. GUILIELMUS DE ODONE, ſeù HOTUM Provinciæ Angliæ iteratâ vice Provincialis, Eduardi Regis Angliæ ad SS. D. Bonifacium VIII Legatus, Archiepiſcopus Dublinenſis, obiit Divione in Burgundia die 27 Auguſti 1298.

R^mus P. GUALTERIUS JORSIUS nobilis Londinenſis, frater germanus Eminentiſſimi D. P. Thomæ S. R. E. Cardinalis (de quo vide folio 405) Archiepiſcopus Ardmaghanus, Primas Regni Hyberniæ, creatus anno 1306.

R^mus P. RAYMUNDUS LONDINENSIS Epiſcopus Griticenſis circà annum 1242.

R^mus P. CLEMENS ANGLUS Epiſcopus Scotiæ, de quo fit mentio in Actis Capituli Generalis celebrati Londini 1250.

R^mus P. HUGO alteri Hugoni ſucceſſit in Epiſcopatu Oſſorienſi anno 1256.

Rmus P. Robertus Anglus Episcopus Vintonienſis circà annum 1277.

Rmus P. Anianus de Schoonhove Hollandus, in Anglia profeſſus, Episcopus Aſaphenſis, obiit anno 1292.

Rmus P. Joannes Balthesa Episcopus Roſſenſis, creatus anno 1349.

Rmus P. Thomas Bringstede Episcopus Vigornienſis circà annum 1370.

Rmus P. Wilelmus Belets Episcopus Soltavienſis creatus anno 1403.

Rmus P. Consalvus Anglus Episcopus Augurienſis circà annum 1438.

Rmus P. Thomas Anglus Episcopus Aſaphenſis creatus anno 1450.

Rmus P. Joannes Under Episcopus Laudanenſis creatus anno 1458.

Rmus P. Donatus Otoncubayr Episcopus Aladenſis in Hybernia creatus anno 1461.

Rmus P. Joannes Gilbertus Episcopus Cangenſis circà annum 1482.

Rmus P. Joannes Helchisades Episcopus Laudanenſis creatus anno 1483.

Rmus P. Guilielmus Noa Episcopus Aurenſis, ſive Arvenſis in partibus infidelium creatus anno 1520 cum poteſtate utendi Pontificalibus in Civitate, & Diœceſi Cantuarienſi tantùm.

Rmus P. Guilielmus Agieton Episcopus Danenſis creatus anno 1520 cum facultate exercendi Pontificalia in Eccleſia Vintonienſi.

DE MONASTERIO SORORUM ANGLARUM *BRUXELLIS.*

EMinentiſſimus D. P. Philippus Thomas Howard nondùm S. R. E. Cardinalis, Conventûs Bornhemienſis

Prior, anno 1660, obtentâ authoritate à R^mo P. Joanne Baptiſta de Marinis totius Ordinis noſtri Magiſtro Generali, virginibus Anglis Ordinem noſtrum amplecti deſiderantibus, Vilvordiæ juxtà Vicariatum (nunc Conventum) noſtrum Monaſterium erexit in domo, quam emit quinque millibus florenorum.

Ad Monaſterium hoc inchoandum ex Monaſterio Tamiſienſi (de licentia Ill^mi D. Epiſcopi Gandenſis, cui Tamiſienſes ſubſunt) Vilvordiam advenit Sr. Lucia De Hertoghe, aliàs *Paddeſchoot*, & prima ibidem facta eſt Prioriſſa, quæ eodem anno 1660 ad habitum Ordinis noſtri recepit nobiliſſimam Domicellam Antoniam Howard Sororem P. Philippi Thomæ Howard hujus Monaſterii fundatoris.

Die 6 Octobris anno 1661 Soror CATHARINA HOWARD Novitia in extremis Ordinem noſtrum profeſſa, obiit Vilvordiæ cum opinione ſanctitatis, & cadaver ejus Bornhemium curru vectum, in Clauſtro noſtro ſepultum fuit. Teſtatæ ſunt Conſorores ejus: B. Mariam Virginem illi antè mortem apparuiſſe.

P. Philippus Thomas Howard Supremus Reginæ Angliæ Eleëmoſynarius anno 1669 Bruxellas venit: ut nomine ejuſdem Reginæ congratularetur novo Gubernatori Belgii D. Petro de Velaſco Magno Regni Caſtellæ Comiti-ſtabuli. Hâc occaſione idem P. Philippus à prædicto novo Gubernatore, ob peſtem Bruxellis tunc graſſantem, Mechliniæ reſidente, facultatem petiit: ut Monialibus noſtris Anglis, tempore belli multis periculis Vilvordiæ expoſitis, liceret Bruxellas migrare, & ibidem Monaſterium erigere. Quâ facultate à prædicto Gubernatore, & Magiſtratu Bruxellenſi obtentâ, ædificium quoddam magnum inſtar caſtri cum Sacello, & horto ampliſſimo, quod olim *het Spellekens-huys* nunc *Pellicanus* vocatur, à Patribus Oratorii, qui illud inhabitaverant, & ad locum commodiorem tranſmigraverant, emit viginti millibus florenorum, quibus perſolutis, prædictas Moniales in quadrageſima ejuſdem anni Vilvordiâ Bruxellas deduxit ad novum illud Monaſterium, quod etiamnùm inhabitant.

Soror BARBARA BOYLE ex Comitibus De Cork, &

Burlington oriunda, adhuc juvenis ex Hybernia in Angliam, deindè in Belgium venit, &, ejuratâ hæresi, Fidem Catholicam, & sacrum Ordinem nostrum amplexa est, pauciſque post emissam professionem annis ab Eminentissimo D. P. Philippo Thoma Howard S. R. E. Cardinali in primam hujus Monasterii Priorissam Anglam instituta, per triginta annos continuos laudabilissimè præfuit, & ab officio Priorali absolvi: tandem expostulavit. Deindè adhuc iteratâ vice ad triennale regimen unanimi consensu à Consororibus suis electa fuit. Tandem meritis, & ætate venerabilis obdormivit in Domino dominicâ secundâ quadragesimæ anno 1717 ætatis suæ 94 ab ingressu religionis 57.

DE

DE CONVENTU FF. HYBERNORUM

LOVANII.

HYbernia à S. Patricio natione Anglo, dignitate Episcopo, ad Fidem Catholicam conversa, *Sanctorum Insula* olim dicta, multos Viros apostolicos protulit, ex quorum numero plurimi Belgarum ad Christum conversioni strenuè insudarunt, & nonnulli martyrium subierunt.

Horum nomina recensèt Nicolaus Vernulæus in libello suo *de propagatione Fidei Christianæ in Belgio per sanctos ex Hybernia Viros.* Ubi folio 3 sic habet: „hos adhuc Mar„tyres suos Belgium colit, templis, & aris honorat, Pa„tronos agnoscit. Atque idcircò gentem Hybernorum, cum „apud nos, tùm alibi hoc tempore exulem, complecti om„ni benevolentiâ, juvareque par est. Nimirùm: ne illa „apud nos inopiam patiatur, quos opibus cælestibus dota„vit. Nam si cælo nasci ampliùs est; quàm in communem „hanc lucem prodire: plus illis debemus, per quos salutis „æternæ viam accepimus; quàm iis, à quibus ut tantùm „viveremus, habemus.

Numerum, & Historiam Conventuum, quos olim habuit Ordo noster in Hybernia contexuit P. Joannes ô Heyn Provinciæ nostræ Hyberniæ Chronologus, quondam Regens Primarius in Collegio S. Crucis Lovanii, postèà S. T. D. in *Epilogo Chronologico exponente succinctè Conventus, & Fundationes Sacri Ordinis Prædicatorum in Regno Hyberniæ* edito Lovanii typis Ægidii Denique anno 1706 in 4.

Sub initium sæculi decimi septimi, Elizabethâ filiâ nothâ Henrici VIII Regna Angliæ, Scotiæ, & Hyberniæ usurpante, & in Templa, Monasteria, & quæcumque Sa-

cra sæviente, tanta Sacrorum locorum strages facta est: ut anno 1603, quo obiit, ne quidem unum Cœnobium relictum fuerit in prædictis Regnis non profanatum. Religiosi omnes ex patria abacti fuerunt, aut morte affecti, præter perpaucos ex Mendicantibus, abdentes se in abditis fugitivorum locis: ut Catholicos superstites in fide solidarent. Ex his erant Ven. P. Daniël ô Criedagain tunc Provincialis Provinciæ Hyberniæ longo tempore in Provincialatu continuatus, & Ven. P. Thadæus ô Duain ex Conventu S. Crucis de Sligia. Hic posterior successit priori in regimine desolatæ Provinciæ, & cernens: Ordinem nostrum citissimè extinguendum in Hybernia; nisi inveniretur locus educandis juvenibus Ordinis nostri, & nativis Hybernis aptus in Regno aliquo Catholico: omnem adhibuit operam per se, & per alios ad impetrandum Refugium aliquod in Belgio, quod & obtinuit; licet nostri Lovanium non intraverint durante illius regimine: sed sub Ven. P. Rocho Mhac Eoghagain, aliàs *à S. Cruce*, qui factus fuit Provincialis anno 1622 in Capitulo Generali Mediolanensi.

Anno 1626 P. Richardus à S. Dominico, aliàs Brimingam, Conventûs Athenriensis, Procurator Provinciæ Hyberniæ, sub annuo censu Lovanii obtinuit Ecclesiam propè Castrum, dictum *Castrum Cæsaris*, ad sexennium à Nobmo D. Jacobo De Martinet Equite Ordinis Militaris S. Joannis in Jerusalem.

Primus hujus loci Præfectus sub titulo *Rectoris* fuit P. Oliverius De Burgo.

Litteræ Universitatis Lovaniensis.

Alma Universitas Lovaniensis ex benevolo suo ergà hos Fratres nostros exules affectu Sereniſſimæ D. Isabellæ Claræ Eugeniæ Gubernatrici sequentem scripsit epistolam:

„ Libellus supplex, quem Sereniſſimæ vestræ Celsitudini „porrexit R. P. Provincialis Ordinis Fratrum Prædicatorum „in Hybernia, per litteras Celsitudinis vestræ nobis com„municatus est cum adjecta postilla: ut desuper judicium „nostrum rescriberemus, cui mandato non possumus non „promptè obsequi. Itaque attestamur: verum esse quod in „eodem supplice Libello continetur: Religiosos aliquot

„Hybernos prædicti Ordinis S. Dominici ex conducto inha-
„bitare domum militarem S. Joannis Melitenſis, quæ in
„hoc Oppido Lovanienſi ſita eſt in monte ex oppoſito Ca-
„ſtri ſuæ Regiæ Catholicæ Majeſtatis, eandemque inhabi-
„taſſe per duos circiter annos pro certa annua penſione, ac
„in eadem piè & religiosè vivere. Bullam habent Apoſtoli-
„cam à SS. Papa moderno conceſſam: ut in eadem domo
„uti poſſint altari privilegiato, ad cujus Bullæ ſeriem, ſeù
„tenorem nos referimus. Hoc inſuper atteſtamur: eoſdem
„Religioſos à ſtudiis, & pietate eſſe valdè commendabiles;
„ut ſuo tempore poſſint eruditione, ac virtutum armis ho-
„ſtibus Eccleſiæ reſiſtere, ac cum iiſdem viriliter dimicare,
„ut aliquandò in ſuam patriam redierint; quibus tantò li-
„bentiùs hoc noſtro teſtimonio opitulamur, quod arma ſuæ
„propugnationis in vera & Catholica noſtræ Academiæ Lo-
„vanienſis ſchola, & doctrina inſtruant. Deindè etiam eò
„libentius: ut ſic etiam videamur vices aliquas rependere
„nationi Hybernicæ, à qua olim Belgium noſtrum primos
„Precones S. Evangelii, ac Fidei Catholicæ accepit. Sic
„igitur ſperamus per præſentes Sereniſſimæ veſtræ Celſitu-
„dinis deſiderio facere ſatis, offerentes de cætero in aliis
„omnibus humiliter noſtra obſequia, ac Deum Opt. Max.
„omnibus votis orantes: ut Sereniſſimam veſtram Celſitu-
„dinem nobis, ac toti Patriæ diù ſervet incolumem, ac
„contrà hoſtes, & Rebelles victricem. Datum Lovanii 8
„Novembris 1626. Signatum. Rector, & Univerſitas Stu-
„dii Generalis Lovanienſis.

His viſis litteris, Sereniſſima ſua Celſitudo prædicta ſequentes litteras, gallicè conſcriptas, Fratribus noſtris benigniſſimè conceſſit.

Litteræ Gubernatricis Belgii.

„ Super ſupplicatione facta Sereniſſimæ Infanti ex parte
„P. Rochi à S. Cruce Provincialis Patrum Ordinis S. Do-
„minici in Hybernia; cum jam à biennio ille expoſuerit:
„ſe habuiſſe domum pro annua penſione in Univerſitate Lo-
„vanienſi, occupatam anteà per Patres Anglos Societatis
„Jeſu: ut ibi ſtudere procuret Fratres ſuæ Provinciæ, qui
„habiles facti, irent ad prædicandum ſanctam noſtram fi-

„dem in Patria ſua. Et cum obtinuerit hoc anno à Sanctiſ-
„ſimo Patre noſtro litteras pro uno altari privilegiato in ip-
„ſorum templo, circà quod Ordinarius difficultatem mo-
„vet; ne illius altaris fruantur dicti Patres privilegio indul-
„to; donec permiſſionem obtineant à ſua dicta Celſitudine
„reſidendi in forma Communitatis in dicta Univerſitate:
„ille Pater pro hac habenda licentia humillimè ſupplicavit
„Sereniſſimam ſuam Celſitudinem, quæ, re maturè conſi-
„deratâ, & habito conſilio Archiepiſcopi Mechlinienſis
„(*Jacobi Boonen*) Univerſitatis, & Oppidi Lovanienſis,
„permiſit, conſenſit, & convenit, permittit, conſentit,
„& convenit ex ſpeciali gratia per hanc ſcripturam Fratri
„Rocho à S. Cruce ſupplicanti, ejuſque ſucceſſoribus ſub
„onere tenendi reſidentiam cum Fratribus ſuæ Provinciæ in
„forma Communitatis in dicto Oppido Lovanienſi, &c.
„Actum Bruxellis 18 Decembris 1626.

His litteris obtentis, Patres noſtri videntes: ſe in loco, quem inhabitabant, ſemper manere non poſſe, domumque quamdam in præſenti eſſe, quæ à Patribus Anglis Societatis Jeſu anteà inhabitata, & jam deſerta erat; illam ſub annua quadam penſione occuparunt, & de Collegio, ſeù Seminario Miſſionariorum Apoſtolicorum extruendo convenerunt; deerant tamen opes, ſine quibus tantum opus inchoare non poterant: ſed munificentiâ quorumdam Benefactorum prima hujus Conventûs ædificia extructa fuerunt ut patet ex ſequenti inſtrumento:

„ Cum ob zelum Religionis, & ſingularem affectum er-
„gà Prædicatorum familiam Adm. RR. DD. Dominus
„Gregorius Joyce Protonotarius Apoſtolicus, Canonicus,
„Perſona ſeù Rector Galvienſis, Abbas Monaſterii Canoni-
„corum Regularium Anagdunenſis, & Dominus Henricus
„Joyce Vicarius Generalis exercitûs Sereniſſimi Regis Mag-
„næ Britanniæ in Belgio, Canonicus & Paſtor inſignis Ec-
„cleſiæ Collegiatæ S. Nicolai Galvienſis in Hybernia, &
„Dominus Guilielmus Joyce germani fratres, & cives Gal-
„vienſes in honorem S. Crucis, & Paſſionis Jeſu Chriſti Sal-
„vatoris noſtri Eccleſiam Fratrum Hybernorum ſacri Or-

„dinis Prædicatorum Lovanii ſub titulo S. Crucis ædifica-
„re inchoaſſent, & primum angularem lapidem à dicto A.
„R. D. Henrico benedictum apponendo, parietes à funda-
„mentis erigendo, quamplura materialia ſubminiſtrando,
„architectis, & operariis ſtipendia ſolvendo liberaliſſimè ad
„fabricam proſequendam noſtram Communitatem adjuviſ-
„ſent, &, Deo auxiliante, inceptum opus ad finem perducere
„intendant: ut in noſtro Collegio regularis obſervantia,
„& litterarum ſtudia floreant ad juvenes educandos in viros
„doctos, & Miſſionarios Apoſtolicos, qui vineam Domini
„in Hybernia, & in aliis orbis partibus excolere valeant,
„&c. in quorum omnium fidem, & robur his ſigillo noſtro
„munitis communi omnium conſenſu ſubſcripſimus Lovanii
„in Conventu S. Crucis die 8 Januarii 1659. Subſignavit
P. Dominicus ô Kelly Prædicator Generalis & Prior cum
reliqua Communitate.

Situs eſt Conventus hic in loco amœniſſimo, nempè platea S. Jacobi, quæ ducit ad portam *Vinearum* dictam, nunc novam Bruxellenſem, fundus ejus nonnihil elevatus Religioſos contrà inundationes aquarum, quæ (ut patet ex hiſtoria Conventûs FF. Belgarum folio 141) quandoque magnam Oppidi Lovanienſis partem operiunt, præſervat. Clauſtrum habet quadratum cum debitis officinis regularibus, quibus adjacet hortus ſatis amplus.

Prolixiorem hujus Conventûs deſcriptionem, & hiſtoriam conſcripſit ſupracitatus P. Joannes ô Heyn folio 46 ad quam benevolum lectorem remitto.

Quantùm olim floruerit Provincia noſtra Hyberniæ: patet ex ſequenti Elencho Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, qui ex eadem Provincia aſſumpti fuerunt:

Rmus P. David Mac Kelly ex Epiſcopo Cluanenſi Archiepiſcopus Caſſelenſis, obiit anno 1253.

Rmus P. Patricius ô Scan-lain Archiepiſcopus Ardmaghanus, Primas Regni Hyberniæ, obiit anno 1270.

Rmus P. Joannes Babynghe Archiepiſcopus Tuamenſis creatus anno 1410.

Rmus P. Joannes Barlei Archiepiſcopus Tuamenſis creatus anno 1427.

Rmus P. Thomas ô Kelly Archiepiſcopus Tuamenſis creatus anno 1441.

Rmus P. Daniel ô Daladh Confeſſarius Regum Luſitaniæ, fundator Conventûs Fratrum Hybernorum, & Monaſterii Sororum ejuſdem nationis Ordinis noſtri Ulyſſiponæ, Archiepiſcopus Braccarenſis.

Rmus P. Dominicus Mhac Vdhir, anglicè Magueir Archiepiſcopus Ardmaghanus, Primas Regni Hyberniæ, anno 1691 ob fidem exulare coactus.

Rmus P. Henricus Nonnii Epiſcopus Andachadenſis, creatus anno 1392.

Rmus P. Robertus Epiſcopus Liſmorenſis & Joathfordenſis, creatus anno 1394.

Rmus P. Joannes de Ping Epiſcopus Liſmorenſis & Joathfordenſis, creatus anno 1397.

Rmus P. Adam Leyns Epiſcopus Andachadenſis, creatus anno 1398.

Rmus P. Ricardus Epiſcopus Leglinenſis, creatus anno 1400.

Rmus P. Laurentius Petri Jacopini Epiſcopus Achadenſis, creatus anno 1414.

Rmus P. Ricardus Wicheleus Epiſcopus Oſſorienſis, creatus anno 1479.

Rmus P. Joannes Epiſcopus Limiricenſis, creatus anno 1525.

Rmus P. Oliverius Cantuel Epiſcopus Oſſorienſis, obiit anno 1525.

Rmus P. Petrus Itoll Epiſcopus Darenſis, creatus anno 1529.

Rmus P. Quintinus Cogly Epiſcopus Dromorenſis, creatus anno 1536.

Rmus P. Petrus Wal Epiſcopus Cluanenſis, creatus anno 1556.

Rmus P. Andreas Xerea Epiſcopus Elfinenſis, creatus anno 1562.

Rmus P. Eugenius ô Hairt Epiſcopus Achadenſis, creatus anno 1562, interfuit Concilio Tridentino.

Rmus P. THADÆUS FERRALLA Episcopus Clunfeartensis, creatus anno 1587.

Rmus P. ROCHUS A S. CRUCE, aliàs MAC GEOGAIN Episcopus Darensis, obiit anno 1641.

Rmus P. OLIVERIUS DARCY Episcopus Ardaghensis, vivebat anno 1648.

Rmus P. JACOBUS ô HURLY Episcopus Imolacensis, cui successit Rmus P. TERENTIUS ALBERTUS ô BRIAIN anno 1651 in vigilia omnium Sanctorum ob defensionem Fidei Catholicæ Lymirici suspensus.

Rmus P. THADÆUS MAC EOGA Episcopus Clunfeartensis, obiit anno 1687.

Rmus P. DOMINICUS DE BURGO Episcopus Elfinensis, obiit Lovanii anno 1704.

SUPPLEMENTUM.

Continens addenda, corrigenda, & emendanda.

AMice Lector, cum ob absentiam meam prælo præesse non potuerim, & tempore impressionis hujus libri nonnulla invenerim, aut mihi transmissa fuerint meritò addenda, quædam etiam errata hinc indè irrepserint, quæ Lectorem fallere possent; hoc Supplementum adjungo, & minora menda, & errata correctioni tuæ relinquo.

Addenda:

Pag. 104 inter lineam 20, & 21 *adde*: librum, cui titulus: *Encyclopædia Jesuitica continens Archiconfraternitatis Sacratissimi Nominis Jesu leges cum variis indulgentiis, gratiis, & privilegiis concessis à Summis Pontificibus* M. S. in 4. approbatum anno 1668. Asservatur Gandavi.

Pag. 105 inter lineam 20, & 21 *adde*: P. HYACINTHUS

EECKMAN Cantor, Syndicus, tandem Miſſionarius Apoſtolicus Groeningæ; ubi per 25 annos muneri Apoſtolico ſedulò inſudavit, ab acatholicis graviſſimas perſecutiones perpeſſus, & in cryptis, ac ciſternis ſæpè latere coactus fuit. Ibidem obiit die 25 Maii anno 1680. Corpus ejus Gandam vectum, in loco Capitulari Conventûs ſui ſepultum fuit.

Pag. 116 poſt lineam 11 *adde:* ſupradicta tumba tempore iconoclaſtiæ ab iconoclaſtis confracta, & deſtructa fuit.

Pag. 206 poſt ultimam lineam *adde* ſequentia monumenta ſepulchralia:

Ad gradus Summi Altaris.

„ Cy giſt très-noble Chevalier Meſſire JEAN DE BEJAR.
„Mourut le 5 8bre 1634. Et Dame ANNE BUTKENS ſa femme mourut le 4 8bre 1625.

Infrà Imaginem S. Petri Martyris in Choro.

D. O. M.
Nec non S. Petro Martyri Sacrum.

„ Nobilis D. JOANNES BAPTA DE PARIS Toparcha de „Memdyck, &c. Ordinum Brabantiæ à conſiliis, eorum„que Quæſtor in diſtrictu Antverpienſi, quo in munere „Proavo, Avo, Patrique ſucceſſit, ſæculumque implevit.
„ Et Nobilis Domina ISABELLA PHILIPPINA VANDEN „BRUGGHEN ejus Conjux, eò quod mortalitatis memores „oſſa ſua Majorum ſepulchro inferri deſtinarunt anno ſæcu„lari 1700. Obiit ille paulò poſt.

In Choro.

„ Hier licht begraeven FRANÇOIS SCENAERT Heer van „Walburch oudt Almoeſſenier deſer Stadt. Sterft den 22 „December 1654.

Ibidem.

„ Monumentum generoſi viri D. JOANNIS CORHAM Angli, „ejuſque Conjugis D. MARIÆ VAN LEMENS & poſterûm.

Ibidem

Ibidem.

„ Monumentum IGNATII ENGELGRAEVE hujus Urbis sæ-
„pè Scabini, & Thesaurarii Generalis. Obiit 10 Novem-
„bris 1715.

Ibidem.

„ Monumentum D. NICOLAI VERJUYS J. U. L. & posterûm.

Ibidem.

„ Monumentum illustris D. JOANNIS MARII NOCET Pa-
„tricii Genuensis. Obiit 15 Aprilis 1662. Et nobilis D. CÆ-
„CILIÆ VAN LYNDEN ejus conjugis. Obiit 20 Nov. 1672.

Ibidem infrà imaginem S. Hyacinthi.

„ Monumentum D. MARIÆ DE DECKERE filiæ D. Petri
„Pasqualis Equitis aurati Domini de Montelione, Ranst,
„& Mellegheni, & D. CORNELIÆ MARIÆ HAUTAPPEL,
„quæ vivens tamquam quotidiè moritura, subitò: sed non
„inopinatè erepta est 13 Nov. 1680.

Ibidem infrà imaginem S. Thomæ Aquinatis.

„ BALTHASARI DEURWEERDERS civi & mercatori Ant-
„verpiano, cui probitas semper cordi, virtus in oculis fuit,
„cum in hac æde Mariano Sacello unus è quatuor præficitur,
„eheu! mori jussus est. Et lectissimæ conjugi matronæ in-
„temeratæ fidei LUCIÆ VAN LEEMPUTTE mœsti hæredes
„piis parentibus P. C. Obiit ille 16 Jan. 1631. Illa autem
„6 Octobris 1625.

Ibidem infrà imaginem S. Catharinæ Senensis.

„ Nobilis virgo Ord. S. Dominici tertiaria Dlla JOANNA
„DINGHENS obiit, pluribus sacris, ac legatis constitutis,
„die S. Laurentio sacrâ 1646.

In Ambitu.

„ Sepulture van den Eersaemen EDUART EMTINCH

„Coopman, ſterft den 24 Julii anno 1620. Ende Eerbaere „Jonſfrouwe MARIA GODEVAERTS ſterft den 8 Januarii „anno 1618.

In navi Eccleſiæ.

„ Monumentum perantiquæ familiæ BARTHOLOMÆI VAN „DEN BERGHE, & DYMPHNÆ VAN GILSE conjugum, „& poſterûm.

Ibidem.

„ Monumentum prænobilis familiæ DE BREYL.

Ibidem.

„ Hîc jacet ſepultus THOMAS NANSFELDT Lubecenſis, „illius celebris Emporii in domo Hanſeatica Antverpiæ Re„ſidens. Obiit 25 Octobris 1572.

Pag. 229 poſt lineam 18 *adde*: P. LUDOVICUS LOUMANS obiit die 10 Octobris anno 1639.

Evulgavit *Speculum peccatricis animæ, ſive orationes ad Deiparam quindecim per varios articulos vitæ S. Dominici totidem vitia deprecantes* ab Authore anonymo Ordinis noſtri editas, & à ſe notis illuſtratas. Antverpiæ typis Joannis Cnobbaert anno 1635 in 16.

Pag. 245 poſt lineam 17 *adde*: P. Mag. GASPAR DINGHENS nobilis Colonienſis, Amplmi Domini Franciſci J.U. D. (de quo vide folio 395) & Dllæ Joannæ (de qua vide ſuprà) frater germanus, in hoc Conventu profeſſus anno 1613, Lovanii linguarum Græcæ, & Hebraicæ Profeſſor, & Studii noſtri Generalis Regens Primarius, doctoralem lauream in alma Univerſitate Lovanienſi adeptus die 20 Octobris anno 1643, in Galliam profectus, impreſſioni operum P. Mag. Thomæ Maluendæ *in ſacram Scripturam* Lugduni præfuit, illorum tomo primo Prolegomena, & quatuor reliquis argumenta ex proprio præfixit, & anno 1650 evulgavit. Ad ſuos redux, à die 12 Julii anni 1651 per biennium Vicariatum noſtrum (nunc Conventum) Lyranum rexit, & anno 1661 à Capitulo Provinciali Antverpiæ celebrato inſtitutus fuit Regens Primarius novi Studii noſtri Generalis

Antverpienſis (de quo vide folio 209) tandem meritis, & ætate venerabilis, obiit Antverpiæ die 14 Octobris anno 1678 ætatis ſuæ 85 profeſſionis 67 Sacerdotii 59 Jubilæi 17.

Pag. 254 poſt lineam 35 *adde*: P. CORNELIUS WOONS...

Scripſit flandricè *Vitam & miracula B. Pii Papæ V.* ex Ordine noſtro aſſumpti. Antverpiæ typis Cornelii Woons anno 1672 in 12.

Compendium vitæ B. Gundiſalvi Ordinis noſtri. Ibidem.

Ex latino in belgicum vertit libellum P. Mag. Hieronymi Henneguier Conventûs Audomarenſis, tunc S.T.Lic. pro cultu B. M. V. ſub hoc titulo: *devotio indiſcreta ergà Beatam Virginem Mariam contrà monitorem anonymum.* Antverpiæ typis Jacobi Woons anno 1674 in 12.

Pag. 255 poſt lineam 7 *ſic lege* P. CAROLUS PETRI S. T. Licentiatus Duacenus, Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Jubilarius Roterodami die 27 Octobris anno 1703.

Scripſit *Conciones Thomiſticas, ſivè diſcurſus morales ſuper omnes totius anni dominicas.* Antverpiæ typis Jacobi Woons anno 1693 in 8.

Conciones Thomiſticas, ſivè diſcurſus morales in omnes totius anni ſolemnitates, ac feſta. Coloniæ apud Wilhelmum Friſſem (ut habetur in fronte libri) anno 1698 in 8.

Conciones Thomiſticas, ſivè diſcurſus morales de Ordinis S. Dominici feſtivitatibus præcipuis, quibus accedit Tractatus de Roſario, de Paſſione Domini, de ſeptem verbis Chriſti in Cruce. Anno, & typis prædictis.

In fine paginæ 261 *adde*: die 9 Februarii 1657 obiit Antverpiæ in domo ſua cum magna opinione ſanctitatis Soror MARIA DU PUIS tertii Ordinis noſtri Jubilaria, de qua vide acta Capituli Generalis, Romæ celebrati anno 1670.

Pag. 287 poſt lineam 3 *adde*: in hac Eccleſia præter Confraternitates SS. Roſarii, & SS. Nominis Jeſu, inſtituta eſt Confraternitas in honorem S. Sebaſtiani Martyris. Ibidem aſſervantur Reliquiæ S. Crucis, S. Petri Martyris Ordinis noſtri, & S. Georgii Martyris.

Pag. 307 in fine *adde*: P. HENRICUS DOMPSELAER Miſſionarius Apoſtolicus, obiit Bemſtriæ die 16 Decemb. 1656.

Pag. 317 poſt lineam 18 *adde*: §. III. *De Sepulturis.*

In Eccleſia hujus Conventûs multæ præclaræ familiæ ſepulturas ſuas habent, quarum inſcriptiones non habeo. Ibidem ſepulti ſunt:

In cornu Epiſtolæ propè ſummum altare.

D..... DE WYCHEDE Dominus in Moyland, &c.

Ibidem in cornu Evangelii.

D. GERARDUS GROND quondam Judex Anholdienſis, Conſiliarius utriuſque Principis Salmenſis, Judex & Conſul Calcarienſis.

In medio Chori.

D..... AB HOEN.

In Choro B. Mariæ Virginis.

Sepultura nobilis familiæ AB HOEN.

Item.

Sepultura nobilis familiæ DE STEEN, &c.

Antè altare S. Crucis.

Sepultura D. ADRIANI HOOGENHUYSEN J. U. L. qui obiit 1 Novembris anno 1649.

Pag. 353 poſt lineam 19 *adde*: P. HENRICUS VAN OEYENBURCH Prædicator Generalis, obiit 30 Aprilis 1713.

Scripſit *Manuale Concionatorum Evangelicum, Dogmaticum, Morale, ſivè Conciones morales, & doctrinales in omnes anni Dominicas.* Bruxellis typis Guilielmi Frix anno 1708. Plures tomos morte præventus edere non potuit.

P. Mag. NICOLAUS DEYS S. T. Doctor Lovanienſis, in Conventu ſuo Profeſſor Lectionis Theologicæ, ad quam etiam ſæculares confluebant, quorum multi poſteà in beneficiatos, ac Curatos doctos & præclaros evaſerunt. Obiit 19 Julii 1703.

Pag. 363 poſt lineam 11 *adde*: anno 1698 in hoc Con-

ventu erectum fuit Studium Generale Theologicum pro natione Wallonica. Primi illius Regentes fuerunt P. Mag. Norbertus Delbecque (de quo vide folio 367) & P. Mag. Antoninus Ancion.

Pag. 363 lineam 19 sic *lege* : tertiò sui Conventûs Prior, supradictum ædificium inchoavit, & egregiè promovit, bis Conventûs Audomarensis Prior, Capitulorum Generalis, & Provincialis Diffinitor, obiit die 16 Septembris anno 1667.

Ibidem lineâ 22 *adde* : obiit die 17 Septembris 1657.

Ibidem lineâ 30 *adde* : Montis S. Æligii, & in Abbatia S. Andreæ, Conventûs Namurcensis Prior, Capituli Provincialis Diffinitor, obiit die 25 Octobris anno 1689.

Ibidem lineâ 33 post *primarius* adde : tertiò sui Conventûs Prior, Capitulorum Generalis, & Provincialis Diffinitor, obiit die 3 Maii anno 1691.

Pag. 364 post lineam 4 *adde* :

P. Henricus Desgorges Gratianopoli Theologus publicus, ibidem obiit cum opinione sanctitatis die 25 Novembris anno 1678.

P. Dominicus Collart primò Religiosus Sacerdos Ordinis S. Benedicti, & Oeconomus Abbatiæ Ossauriensis propè Namurcum ; deindè Ordinem nostrum ingressus, factus est Prædicator Generalis, & celeberrimus, tandem obiit die 2 Februarii anno 1689.

P. Mag. Robertus Duleloz S. T. D. Studiorum nostrorum Generalium Duaci, & Lovanii Regens, sui Conventûs Prior, in Abbatia Henniniana, & Monte acuto S. T. Professor, obiit die 22 Septembris anno 1690.

P. Bernardus Malou iteratâ vice Conventuum Montensis, & Revinensis Prior, obiit die 20 Martii anno 1703.

In hoc Conventu, ecclesiâ nondùm ædificatâ, requiescunt nonnullorum sæcularium defunctorum corpora, & sequentia ibidem leguntur monumenta :

D. O. M.

» Monumentum prænobilis, & antiquæ familiæ de Bail-

„LENCOURT, in quo jacent multa corpora ejuſdem familiæ. „Tu qui tranſis, & hæc legis, Deo preces adhibe: ut re- „quieſcant in pace.

Aliud.

„ Ici giſent le corps d'honorable homme THEODORE VAN „GHESTEL Bourgois & Munitionaire du Roy en cette Ville „de Mons, lequel deceda de ce monde le 6 de May 1646. „Et de Madmoiſelle MARGUERITE JONAERT ſa femme, „qui trepaſſa le 13 du mois de xbre 1678. Et apré d'eux „giſent auſſi les corps de GILLE VAN GHESTEL, qui tre- „paſſa le 26 de Juillet 1638. Et de Madmoiſelle MARIE „MAGDELAINE VAN GHESTEL, laquelle trepaſſa le 19 „7bre de l'an 1639, leurs enfans. Requieſcant in pace.

Ibidem etiam ſepulti ſunt:

D. JOANNES DE GAVRE Toparcha Du Hocquet, & uxor ejus D. JOANNA DESPIENNE cum duabus filiabus ſuis JOANNA, & MARIA Sororibus de pœnitentia S. P. N. Dominici.

Item D..... Comes de Movlon quondam Ephebus Ludovici XIV Regis Chriſtianiſſimi, Capitaneus in Legione Sereniſſimi Delphini, qui poſt captam à Gallis Urbem Montenſem ex vulneribus in obſidione acceptis obiit anno 1691.

Item D..... DE VILLE Colonellus unius legionis, in defenſione hujus Oppidi Montenſis occiſus anno 1691.

In hoc Conventu conſervantur ſeptem ciſtæ plombeæ transferendæ ad eccleſiam hujus Conventûs quando erit perfecta. In illis jacent:

D. JOANNES DE LA BARRE Baro du Mainil, Toparcha de Maniſſart, qui obiit anno 1658. D. PETRUS FRANCISCUS DE LA BARRE Eques auratus, filius D. Joannis, qui obiit anno 1637. DLA MARIA DE LA BARRE filia D. Joannis, quæ obiit 30 Octobris 1644.

Item DLA AMELBERGA MANISSART, quæ obiit 3 Decembris 1656.

Item DLA MARIA MAGDALENA TEISNE uxor D..... LE CLERCQ, quæ obiit 6 Julii anno 1657. Hæc fuit Ma-

ter P. JOANNIS BAPTISTÆ LE CLERCQ hujus Conventûs Montenſis filii, tertiò Supprioris, ac Procuratoris, iteratâ vice Prioris, Capituli Provincialis Diffinitoris, qui obiit Jubilarius die 4 Junii anno 1716.

Duarum aliarum ciſtarum inſcriptiones præ vetuſtate vix legi poſſunt.

Pag. 50 in fine adde :

In Choro.

D. O. M.

„ Vrye ſepulture van d'Heer JAN GALLE filius d'Heer „Joos, die overleet den 28 April 1649. Ende van Jonck-„vrauwe MARIE SWEERTS zyne huyſvrauwe, die overleet „den 27 Auguſ. 1650 metſgaders voor haerlieder hoirs en-„de erfgenaemen. Bidt voor de zielen.

Ante altare B. M. V. ſub ſcamno communionis ſinè inſcriptione.

Sepultura D. CAROLI BONNE Advocati, & Subſtituti Concilii Flandriæ, ſepulti die 22 Januarii anno 1703.

Ibidem juxtà prædictam Sepulturam

Sepultura D. MICHAELIS BONNE, & Dlæ CATHARINÆ DE RUDDERE. Obiit ille anno 1679. Illa.....

In Sacello S. Roſæ.

„ Vrye ſepulture van Joen ISABELLE, ende JOANNE BEY-„DENS fæ Prs ISABELLE overl. 28 Junii 1699. JOANNE den „23 8ber 1694. FRANCHOIS BEYDENS Procur. vanden Rae-„de in Vlaenderen overl. 11 8ber 1690. D'heer ende Mr „CHRISTOFFEL VAN MELDERT Advocat inden ſelven Rae-„de overl..... ende Joe MARIE BEYDENS ſyne huyſvr. „overl. den..... met hunne deſcendenten, requieſcant in „pace.

In Sacello S. Mariæ Magdalenæ.

Sepultura D. ABRAHAMI VANDEN BEMDE, qui obiit anno 1718.

In medio Eccleſiæ.

„ Vrye ſepultuure van HEYNDRICK ZOETE fa Franchois „overl. den 6 Junii 1658 oudt weſende 74 jaeren. Ende „van Joncvr. JOANNE VANDER STRAETE fa Pieters zyne „huyſvr. overl. den 26 December 1651 oudt weſende 74 „jaeren. Die in deſe kercke ghefondeert hebben de gheſon- „ghen Miſſe diemen t'ſaterdaechs is doende ter eere van „onſe Lieve Vrauwe, ende twee gheſonghen jaerghetyden „t'elcke reyſe met diſtributie van t'zeſtich witte taerwe „brooden van vier pondt daer van het een uytghedeelt „wordt in deſe kerck, ende het ander in de kercke van S. „Michiel. Bidt voor de zielen.

Corrigenda.

Pag. 2 lineâ 28. Henrici Duces Brabantiæ. *Lege* : Henricus Dux Brabantiæ.

Pag. 11 lineâ 3 temporis. *lege* : tempus.

Pag. 30 lineâ 6 fic *lege* : habet Conventus hic hoc anno 1718 ſexaginta Patres Sacerdotes, decem Fratres Clericos, ſeptemdecim Fratres Converſos, & unum Fratrem Converſum Novitium.

Pag. 64 lineâ 35 *lege* : Rmus P. JACOBUS DE LA Epiſcopus Gebeldenſis, Suffraganeus (non Morinenſis, ut ſuſpicatur P. Mag. Seguier : ſed) D. Joannis Thoyſii Epiſcopi Tornacenſis, conſecravit Sacellum Praxenetarum Brugis die 9 Maii anno 1413, obiit (ut ex hujus Conventûs Necrologio patet) anno 1422.

Pag. 80 lineâ 31. *lege* : Contritione, Confeſſione, & Satisfactione.

Pag. 86 lineâ 15 Duaci *lege* : Antverpiæ.

Pag. 89 lineâ 30 *ſic lege* : P. Mag. FRANCISCUS CAPRONIUS S. T. D. de quo ità ſcribit Valerius Andreas in *Faſtis Academicis Lovanienſibus*: *Franciſcus Capronius Gandenſis Ord. Præd. Philoſophus, & Theologus utrimque ſummus.* Hic anno ætatis ſuæ duodecimo &c. Nam primum elogium à Nicolao

lao Vernulæo ſcriptum eſt de P. Mag. Joanne Antonio Daubermont, & poni debet pag. 106.

Pag. 106 lineâ 31 *ſic lege* P. Mag. JOANNES ANTONIUS DAUBERMONT, de quo ità ſcribit Nicolaus Vernulæus: *hodie Generale hujus Scholæ* (Lovanienſis) *Studium ſuâ doctrinâ dirigit Eximius Vir Fr Joannes Antonius Daubermont S.T. Doctor, præclarum ſui Ordinis, & Academiæ decus, in quo nec facundiam deſiderare quiſquam poteſt, nec ullam eruditionem. Ingenio, & ore magnus eſt.* Ex nobiliſſimo ſanguine progenitus, &c.

Pag. 107 lineâ 3 poſteà. *lege* : anteà.

Pag. 163 lineâ ultimâ quondam Supprioris. *lege* : nunc iteratâ vice Supprioris.

Pag. 164 lineâ 10 Duacenſi *lege* Inſulenſi.

Emendanda.

Pag. 1 lineâ 9 prœlio. *lege* : prælio. pag. 4 lineâ 8. Uytenhove. *lege* : Utenhove. pag. 6 lineâ 22 Bremienſis. *lege* : Bremenſis. pag. 7 lineâ 12 Uytenhove *lege* : Utenhove. Item pag. 26 lineâ 21. pag. 20 lineâ 32 1612 *lege* 1613. pag. 27 lineâ 23 *lege* : quondam inchoavimus. pag. 50 lineâ 26 van der Meulne. *lege* : vander Muelne. pag. 55 lineâ 34 relinquerunt. *lege* : reliquerunt. pag. 56 lineâ 31 tartarii. *lege* : tartarei. pag. 59 lineâ 22 proſecuti ſunt. *lege* perſecuti ſint. pag. 68 lineâ 28 fræquentarent. *lege*: frequentarent. pag. 69 lineâ 4 accurentibus. *lege* : accurrentibus. pag. 75 lineâ 23 fræquentiſſimas. *lege* : frequentiſſimas. Ibidem lineâ 26 clopetis. *lege* : ſclopetis. pag. 82 lineâ 27 fræquenti. *lege* : frequenti. pag. 88 lineâ 13 1612 *lege* : 1613. pag. 91 lineâ 20 inſomnis. *lege* : inſomnes. pag. 92 lineâ 21 prælegit. *lege* : prælegit. pag. 94 lineâ 16 allicendi. *lege* : allieiendi. pag. 98 lineâ 25 fræquentius. *lege* : frequentius. pag. 102 lineâ 6 causâ. *lege* : cauſa. pag. 110 lineâ 16 incarcerabant. *lege* : incarcerarent. pag. 115 lineâ 6 addactis. *lege* adductis. pag. 120 lineâ 32 Ornis *lege* Ordinis. pag. 123 lineâ 11 Monens. *lege* : Moenens. pag. 125 lineâ 27 Lichervelde. *lege* : Lich-

tervelde. pag. 130 lineâ 7 preſentas. *lege* : præſentes. pag. 132 lineâ 4 fræquententur. *lege* frequententur. pag. 142 lineâ 13 liniæ *lege* : lineæ. pag. 161 lineâ 33 Aſſebrock. *lege*: Aſſebroeck. pag. 178 lineâ 19 ALLAUDA. *lege*: ALAUDA. pag. 187 lineâ 24 theologas *lege* : theologicas. pag. 189 lineâ 14 tumultuatum. *lege* : tumulatum. pag. 194 lineâ 22 fræquenter. *lege* : frequenter. pag. 197 lineâ 13 relinquerunt *lege* : reliquerunt. pag. 212 lineâ ultimâ ephidemica. *lege* : epidemica. pag. 215 lineâ ultimâ Jannuarii. *lege*: Januarii. pag. 232 lineâ 16 læthali. *lege* : lethali. pag. 249 lineâ 31 religioſâ *lege* : religioſa. pag. 250 lineâ 16 fræquentabat. *lege* frequentabat. pag. 277 lineâ 17 Conventu. *lege* : Conventum. pag. 296 lineâ 27 familiarium. *lege* : familiarum. pag. 304 lineâ 20 producta. *lege*: perducta. pag. 328 lineâ 1 aliſque *lege* : aliiſque. pag. 343 lineâ 5 canſâ *lege* : cauſâ.

ELENCHUS

PERSONARUM ILLUSTRIUM

S. R. E. Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi.

F. Adam Leyns *Epiſcopus Andachadenſis.* 422
F. Andreas Xerea *Epiſcopus Elfinenſis.* 422
F. Anianus de Schoonhove *Epiſcopus Aſaphenſis.* 414
F. Clemens *Epiſcopus Scotiæ.* 413
F. Daniël ô Daladh *Archiepiſcopus Braccarenſis.* 422
F. David Mac Kelly *Archiepiſcopus Caſſelenſis.* 421
F. Dominicus de Burgo *Epiſcopus Elfinenſis.* 423
F Dominicus Mhac Udhir *Archiepiſcopus Ardmachanus.* 413
F. Donatus Otoncubayr *Epiſcopus Aladenſis.* 414
F. Eugenius ô Hairt *Epiſcopus Achadenſis.* 422
F. Ferdinandus Delhove *denominatus Epiſcopus Maderanus, &c.* 236
F. Gonſalvus *Anglus, Epiſcopus Augurienſis.* 414
F. Gualterus Jorſius *Archiepiſcopus Ardmachanus.* 413
F. Gualterus Winckterburnus *S. R. E. Cardinalis.* 405

F. Guilielmus Agieton *Episcopus Danensis.* 414
F. Guilielmus de Odone *Archiepiscopus Dublinensis.* 413
F. Guilielmus Marlesfeldius *S. R E. Cardinalis.* 136 & 404
F. Guilielmus Noa *Episcopus Aruensis.* 414
F. Guilielmus van Osoris *Episcopus Sareptanus.* 111
F. Henricus Nonii *Episcopus Andachadensis.* 422
F. Hugo *Episcopus Ossoriensis.* 413
F. Jacobus de La *Episcopus Gebeldensis.* 64
F. Jacobus de Ridder *Episcopus Ebronensis.* 323
F. Jacobus ô Hurly *Episcopus Imolensis.* 423
F. Joannes Babynghe *Archiepiscopus Tuamensis.* 421
F. Joannes Balthesa *Episcopus Roffensis.* 414
F. Joannes Barlei *Archiepiscopus Tuamensis.* 421
F. Joannes de Ping *Episcopus Lismorensis.* 422
F. Joannes Derlington *Archiepiscopus Dublinensis.* 413
F. Joannes de Witte *Episcopus Cubanus.* 188
F. Joannes *Episcopus Limiricensis.* 422
F. Joannes *Episcopas Varrensis.* 274
F. Joannes Gilbertus *Episcopus Cangensis.* 414
F. Joannes Helchisades *Episcopus Laudanensis.* 414
F. Joannes Lampier *Episcopus Salubriensis.* 343
F. Joannes Under *Episcopus Laudanensis.* 414
F. Laurentius Petri Jacopini *Episcopus Achadensis.* 422
F. Marius Ambrosius Capello *Episcopus Antverpiensis.* 241
F. Michaël Ophovius *Episcopus Buscoducensis.* 228
F. Nicolaus Brugman *Episcopus Salubriensis.* 66
F. Oliverius Cantuel *Episcipus Ossoriensis.* 422
F. Oliverius Darcy *Episcopus Ardagensis.* 423
F. Patricius ô Scan-lain *Archiepiscopus Ardmachanus.* 421
F. Petrus Itoll *Episcopus Darensis.* 422
F. Petrus Wal *Episcopus Cluanensis.* 422
F. Pipinus Rosa *Episcopus Salubriensis.* 155
F. Quintinus Cogly *Episcopus Dromorensis.* 422
F. Raymundus *Londinensis*, *Episcopus Griticensis.* 413
F. Reginaldus Cools *Episcopus Antverpiensis.* 349
F. Ricardus *Episcopus Leglinensis.* 422
F. Ricardus Wicheleus *Episcopus Ossoriensis.* 422

F. Robertus *Anglus*, *Episcopus Vintonienſis.* 414
F. Robertus *Episcopus Liſmorenſis.* 422
F. Robertus Kilvarbius *S. R. E. Cardinalis.* 404
F. Rochus à S Cruce *Episcopus Darenſis.* 423
F. Simon de Laude *Episcopus Salubrienſis.* 191
F. Terentius Albertus ô Briain *Episcopas Imolacenſis.* 423
F. Thadæus Feralla *Episcopus Clunfeartenſis.* 423
F. Thadæus Mac Eoga *Episcopus Clunfcartenſis.* 423
F. Thomas *Anglus*, *Episcopus Aſaphenſis.* 414
F. Thomas Bringſtede *Episcopus Vigornienſis.* 414
F. Thomas *S. R. E Cardinalis.* 405
F. Thomas Howard *S. R. E. Cardinalis.* 406
F. Thomas Jorſius *S. R. E. Cardinalis.* 405
F. Thomas ô Kelly *Archiepiſcopus Tuamenſis.* 422
F. Wilelmus Belets *Episcopus Soltavienſis.* 414

EX CONVENTU GANDENSI.

B. M. F. Ægidius à S. Audomaro. 63
F. Ægidius Abeel *Miſſionarius Apoſtolicus.* 91
F. Ægidius de Lalaing *Scriptor.* 103 & 423
B. M. F. Ambroſius Druwé *Scriptor.* 92
F. Anſelmus Stalins *quondam Prior.* 105
F. Antonius Rigerman *Inquiſitor.* 76
F. Antonius Ruyskenſvelt *S. T. D. & Inquiſitor.* 82 & 339
F. Auguſtinus Clippelius *quondam Prior.* 110
B. M. F. Balduinus de Axella. 62
F. Bernardus de Baets *Miſſionarius Apoſtolicus.* 106
F. Carolus Myleman *S. T. Lic. & Scriptor.* 108
F. Conrardus de Jonghe *Miſſionarius Apoſtolicus.* 91
F. Daniël Alaert *Inquiſitor.* 70
F. Franciſcus Capronius *S. T. D.* 89 & 432
F. Franciſcus de Pratere *S. T. D.* 90
F. Franciſcus Ruffelaert *quondam Prior.* 77
F. Gilbertus de Ovis *S. T. D. & Scriptor.* 64
F. Gregorius Lovel. 101
F. Guilielmus Carnificis *Scriptor.* 71

F. Guilielmus Oonſelius *S. T. D. & Scriptor.* 84
F. Henricus Sonius *Miſſionarius Apoſtolicus.* 91
F. Hieronymus Fabri *S. T. D.* 89
F. Hyacinthus Eeckman *Miſſionarius Apoſtolicus* 423
F. Hyacinthus Hermanni *Miſſionarius Apoſtolicus.* 90
F. Jacobus de La Epiſcopus Gebeldenſis. 64
F. Jacobus vanden Heede *S. T. D. & Provincialis.* 91
F. Jacobus Vercruyſſen *Converſus, Athleta fidei.* 76
F. Jacobus Weyts *S. T. D.* 67
B. M. F. Joannes Agni *miraculis clarus.* 60
F. Joannes Antonius Daubermont *S. T. D.* 106 & 433
F. Joannes Baptiſta van Waesberghe *S. T. Lic. Miſſionarius Apoſtolicus.* 111
F. Joannes Bunderus *Inquiſitor & Scriptor.* 72
F. Joannes Cabilliau *S. T. D.* 89
F. Joannes de Croock *Inquiſitor & Scriptor.* 74
F. Joannes Dioniſii *Inquiſitor.* 74
F. Joannes Dumæus *Scriptor.* 75
F. Joannes Excuria *S. T. D. quondam Vicarius Generalis Congregationis Hollandiæ.* 65
F. Joannes Janſſius. 70
F. Joannes Indervelde *Miſſionarius Apoſtolicus.* 109
F. Joannes Manis *Prædicator Generalis.* 70
F. Joannes Oudenſchellinck *Inquiſitor.* 71
F. Joannes Spanoghe *Miſſionarius Apoſtolicus.* 105
F. Joannes vander Moere *Confeſſarius Comitis Flandriæ.* 64
F. Iſaac Bernage *Tertiarius.* 109
F. Judocus Cabilliau. 87
F. Livinus Boudins *Vicarius Generalis Congregationis Hollandiæ.* 70
F. Livinus de Mil *Inquiſitor.* 74
F. Livinus Neyt *S. T. D.* 84
F. Ludovicus Hoorenbecke. 87
F. Ludovicus vander Hoſtyne *Miſſionarius Apoſtolicus.* 110
F. Macharius Joncheer *Miſſionarius Apoſtolicus.* 110
F. Nicolaus Brugman *Epiſcopus Salubrienſis.* 66
F. Nicolaus Mande *Scriptor.* 72

F. Nicolaus Neelſius *S. T. D. Inquiſitor, & Scriptor.* 77
B. M. F. Odo. 64
F. Paulus van Neeren *Inquiſitor, & Provincialis.* 71
F. Petrus Bacherius *S. T. D. Inquiſitor, & Scriptor.* 78
F. Petrus Baſelius *Scriptor.* 109
F. Petrus Cachoier *Miſſionarius Apoſtolicus.* 110
F. Petrus Dierckens *S. T. D. & Scriptor.* 104
F. Petrus Goethals *S. T. D.* 64
F. Petrus vander Goes. 91
F. Petrus Woeſtynius *S. T. D. & Provincialis.* 88
F. Philippus Aerts *Scriptor.* 89
F. Philippus Burggrave *Prior, & Athleta fidei.* 76
F. Philippus Wannemaecker *Scriptor.* 86
F. Philippus Wycart. 110
F. Raymundus Matthys *S. T. D.* 109
F. Vincentius Clerici *Prædicator Generalis.* 91
F. Victor Blomme *Miſſionarius Apoſtolicus.* 90

EX CONVENTU LOVANIENSI.

F. Andreas à Turri *S. T. D.* 157
F. Antonius Gambier *Prædicator Generalis, & Scriptor.* 156
B. M. F. Conrardus. 145
F. Euſtachius de Rivis *S. T. D. & Scriptor.* 151
F. Godefridus Stryroide *S. T. D.* *Ibid.*
B. M. F. Henricus à Calſtris. 142
F. Henricus Bogardus *Scriptor.* 156
F. Henricus Fredericus de Weſemalia. 150
F. Jacobus Gheelius *Inquiſitor.* 156
F. Joannes de Bergis *S. T. D.* 149
F. Joannes de Bomalia *S. T. D. & Scriptor.* *Ibid.*
F. Joannes Hentenius *S. T D. & Scriptor.* 152
F. Joannes Willemaer *S. T. D.* 151
F. Nicolaus Oſthuys. 150
F. Pipinus Roſa Epiſcopus Salubrienſis. 155
B. M. F. Servatius. 145
F. Theodulphus Coſyn *S. T. D.* 157

B. M. F. Thomas Cantipratanus. 146
F. Thomas van Godtſnoven *S. T. D.* 157

EX CONVENTU BRUGENSI.

F. Adrianus de Mil *S. T. D.* 179
F. Alanus Bouchout *Scriptor.* 183
F. Alphonſus à S. Æmiliano *S. T. D.* 180
F. Andreas Caulis *Inquiſitor.* 179
F. Andreas Heynſius *Provincialis.* 180
F. Antonius Coene. 178
F. Antonius Le Febure *S. T. D.* 182
F. Antonius Ryn *S. T. D.* 178
F. Arnoldus vanden Kerchove *Athleta fidei.* 197
F. Balduinus Gerardi *S. T. D.* 178
F. Cornelius du Lieu *Scriptor.* 183
F. Dominicus Pluvier *S. T. D.* 187
F. Euſtachius Alauda *S. T. D. & Sriptor.* 178
F. Franciſcus Janſſens Elinga *S. T. D. Provincialis, & Scriptor.* 186
F. Franciſcus Joyeulx *S. T. D. & Scriptor.* *Ibid.*
F. Georgius Terlynck *S. T. D.* 178
F. Godefridus de Geldria *S. T. D.* 177
F. Guilielmus à Quercu *S. T. D.* 179
F. Guilielmus de Sluſa. 177
F. Guilielmus Dives. 179
F. Hyacinthus Huſſelius *S. T. D.* 181
F. Jacobus de Joncheere *Scriptor.* 185
F. Joannes Antonii, & F. Jacobus de Boots. 197
F. Joannes de Vos *S. T. D.* 178
F. Joannes Hellinck *Inquiſitor.* 179
F. Joannes Schondycke. 178
F. Joannes Utenhove *Scriptor.* 177
F. Jordanus vanden Bempde *Scriptor.* 184
F. Laurentius Blackmeulen *S. T. D.* 178
F. Livinus de Weynt *S. T. D.* *Ibid.*
F. Ludovicus Bertha *Prædicator Generalis, & Scriptor.* 184

F. Nicolaus Venne *Inquisitor.* 179
B. M. F. Nicolaus Walckier. 174
F. Paulus Coyanus *S. T. D. & Provincialis.* 179
F. Petrus du Fay *S. T. D. & Scriptor.* 181
F. Petrus Handfelt *S. T. D.* 179
B. M. F. Raynerius. 175
F. Sebastianus de Witte *S. T. D.* 179
F. Victor Clemens *S. T. D.* 178
F..... Vindegoet. *Ibid.*

EX CONVENTU ANTVERPIENSI.

F. Abraham vande Greyn *Scriptor.* 254
F. Adrianus Mudsaert *Missionarius Apostolicus.* 237
F. Ægidius Dominicus Topiarius *Scriptor.* 217
F. Ægidius van Swieten *Mission. Apost. & Scriptor.* 236
B. M. F. Albertus Corporalis. 232
F. Albertus Janssens *Missionarius Apostolicus* 235
F. Alexander de Keyser *Missionarius Apostolicus.* 253
F. Alexander Sybille *S T. D. & Scriptor.* 234
F. Andreas Melyn *Missionarius Apostolicus.* 255
F. Antonius de Cœmiterio *S. T D. & Provincialis.* 216
F. Antonius de Hunis *Missionarius Apostolicus.* 229
F. Antonius Scobbens *Missionarius Apostolicus.* 254
B. M. F. Antoninus Timmermans *Athleta fidei.* 218
F. Antonius Wellens *S. T. D.* 215
F. Arnoldus Steur (Willemsens) *Missionarius Apostolicus.* 239
B. M. F. Baltazar Dresselius *Inquisitor, & Athleta fidei.* 222
F. Carolus Petri *S. T. Lic. Missionarius Apostolicus, & Scriptor.* 255 & 427
F. Christophorus Flores *Missionarius Apostolicus.* 253
F. Christophorus vander Donck *Scriptor.* 237
F. Cornelius ab Eertborne *S. T. D. Inquisitor, & Provincialis.* 216
B. M. F. Cornelius de Ionghe *Mission. Apost.* 246
F. Cornelius Vincx *Missionarius Apostolicus.* 141
F. Cornelius Woons *Scriptor.* 427

F. Da-

F. Damianus à Ligno *S. T. D. & Scriptor.* 217
F. Dominicus ab Arbore *Scriptor.* 229
F. Dominicus de Herre *Scriptor.* 253
F. Dominicus Janſſenius *Miſſion. Apoſt., & Scriptor.* 233
F. Eduardus Bilius *Scriptor.* 240
F. Ferdinandus Delhove *denominatus Epiſcopus Maderanus.* 236
F. Ferdinandus de Cocquiel *Miſſionarius Apoſtolicus.* 245
B. M. F. Franciſcus Antonii. 235
F. Franciſcus Berckx *Miſſionarius Apoſtolicus.* 241
F. Franciſcus Deurweerders *Miſſ. Apoſt., & Scriptor.* 237
F. Franciſcus Engelgrave *Miſſionarius Apoſtolicus.* 236
F. Franciſcus Hyacinthus Choquetius *S. T. D., & Scriptor.* 230
F. Gaſpar Dinghens *S. T. D.* 426
F. Gaſpar Luypaert *Miſſionarius Apoſtolicus.* 228
F. Gaſpar Pauwens *Miſſionarius Apoſtolicus.* 254
F. Georgius Amici *S. T. D.* 216
F. Godefridus Marquis *S. T. D. & Provincialis.* 244
F. Henricus Puteanus *S. T. D.* 224
F. Henricus Scelliers *S. T. D. & Scriptor.* 239
F. Henricus van Hedichuyſen *S. T. D.* 254
F. Henricus van Merven *Miſſionarius Apoſtolicus.* 228
F. Hieronymus Verſchueren *Prædicator Generalis.* 246
F. Hyacinthus de Ryck *Miſſionarius Apoſtolicus.* 240
F. Jacobus Brouwer *S. T. D. Præfectus Miſſionum.* 229
F. Jacobus Buyens *Mollanus, Scriptor.* 224
F. Jacobus de Backer *Miſſionarius Apoſtolicus.* 246
F. Jacobus de Maclinia *S. T. D.* 215
F. Joannes Baltazar Corneliſſens *Miſſionarius Apoſtolicus* 255
F. Joannes Baptiſta Francken *Miſſionarius Apoſtolicus, & Scriptor.* 235
F. Joannes Baptiſta Kempens *Miſſionarius Apoſtolicus.* 245
F. Joannes Baptiſta Pluyms *S. T. D.* *Ibid.*
F. Joannes Baptiſta Simoens *Miſſionarius Apoſtolicus.* 241
F. Joannes Baptiſta Verjuys *S. T. D. Provincialis, & Scriptor.* 238

F. Joannes Bodanus *Missionarius Apostolicus.* 240
F. Joannes Boucquetius *Provincialis.* 229
F. Joannes de Beka *S. T. D.* 215
F. Joannes de Lixbona *Scriptor.* 239
F. Joannes Nys *Scriptor.* 225
F. Joannes vander Horst *Missionarius Apostolicus.* 255
F. Joannes vander Steen *Missionarius Apostolicus.* *Ibid.*
F. Judocus de Mangelaere *Missionarius Apostolicus.* 254
F. Ludovicus Loumans *Scriptor.* 426
F. Marius Ambrosius Capello *Episcopus Antverpiensis.* 241
F. Matthias Heys *S. T. Licen. & Scriptor.* 225
F. Mauritius Giffort *Missionarius Apostolicus.* 254
F. Michaël Kersavonts *S. T. Lic.* 255
F. Michaël Ophovius *Episcopus Buscoducensis.* 228
F. Michaël Scelier *Missionarius Apostolicus.* 237
F. Nicolaus Janssenius *Missionarius Apostolicus, & Scriptor.* 226
F. Norbertus Willemsens *S. T. D.* 255
F. Paulus Rystius *Missionarius Apostolicus, & Scriptor.* 227
F. Paulus vander Stock *Missionarius Apostolicus.* 238
F. Petrus Callebout *Missionarius Apostolicus.* 254
F. Petrus Muliers *Missionarius Apostolicus.* 145
F. Petrus Muytincx *S. T. D.* *Ibid.*
F. Petrus Piscatoris *S. T. D.* 216
F. Petrus Ruxius. 224
F. Petrus Schillemans *Missionarius Apostolicus.* 255
F. Petrus Verjuys *Missionarius Apostolicus.* 237
F. Petrus Vloers *Scriptor.* 236
F. Petrus Wellens *S. T. D.* 215
F. Philippus de Rossiaux *Missionarius Apostolicus.* 245
F. Philippus Paludanus *Missionarius Apostolicus.* 235
F. Robertus Collimoer *Missionarius Apostolicus.* 236
F. Thomas Verschueren *Missionarius Apostolicus.* 245
F. Vincentius Andreæ *Missionarius Apostolicus.* 230
F. Vincentius Hensbergius *Scriptor.* 227
F. Vincentius Sohier *S. T. D.* 230

EX CONVENTU MOSÆTRAJECTENSI.

F. Alanus Gulpen *Scriptor.* 280
F. Albertus Kleinen *S. T. D.* 282
F. Antoninus à Campo *Prædicator Generalis.* 277
F. Bruno Overſtolt. 274
F. Dominicus Jamaer *S. T. D.* 279
F. Dominicus Nullens *S. T. Baccalaureus.* 276
F. Franciſcus ab Haſſelt *Prædicator Generalis.* 275
F. Fredericus Servatii *S. T. D.* 277
F. Gisbertus de Vleytingen *Provincialis.* 275
B. M F. Guinandus *Prior.* 274
F. Guinandus Winants *S. T. D.* 282
F. Henricus Hechtermans *S. T. D. & Scriptor.* 281
F. Henricus Matthiæ *Prædicator Generalis.* 277
F. Henricus Waſſenius *S. T. D.* 279
F. Jacobus Nipels *S. T. Præſentatus.* 282
F. Joannes *Epiſcopus Varrenſis.* 274
F. Joannes Cuypers. 281
F. Joannes Nipels *S. T. D.* 281
F. Joannes Placentinus *Scriptor.* 175
F. Joannes Quicx. 282
F. Matthias Kempeners. 279
F. Matthias Meyers *Athleta fidei.* 276
F. Matthias van Dueren *Prædicator Generalis.* 274
FF. Nicolaus, & Andreas à Myrica *Priores.* 275
F. Paulus à Molendino. *Ibid.*
F. Petrus Floryn *Vicarius Generalis Ordinis.* *Ibid*
F. Stephanus Schaep. 280
F. Thomas Leonardi *S. T. D. Provincialis, & Scriptor.* 277
F. Toſſanus Walterus *Prædicator Aulicus.* 275

EX CONVENTU BUSCODUCENSI IN MECHLINIA.

F. Alanus Stam *Prædicator Generalis, Miſſ. Apoſt.* 311

F. Albertus Wynen *Missionarius Apostolicus.* 309
F. Amandus vander Waerden. 310
F. Ambrosius van Fchten *Missionarius Apostolicus.* *Ibid.*
F. Ambrosius van Cleeff. 311
F. Antonius vander Heyden *Missionarius Apostolicus.* 309
F. Augustinus Leerse *Missionarius Apostolicus.* 308
F. Dominicus Strick *Missionarius Apostolicus.* 310
F. Erasmus Jamare *Missionarius Apostolicus.* *Ibid.*
F. Franciscus de Windt *Missionarius Apostolicus.* 311
F. Gerardus Geenen *Missionarius Apostolicus.* *Ibid.*
F. Gerardus Syben *Missionarius Apostolicus.* 310
F. Gerardus Wassenberch *Missionarius Apostolicus.* 311
F. Henricus Dompselaer *Missionarius Apostolicus.* 427
F. Henricus Wynen *Missionarius Apostolicus.* 310
F. Humbertus Mees *Prædicator Gen. & Miss. Apost.* 311
F. Hyacinthus van Asten. 308
F. Hyacinthus Vereycken *Missionarius Apostolicus.* 311
F. Jacobus à Marca *Lector.* 308
F. Joannes Bodanus *Missi. Apost.* 307 & 240
F. Joannes Buckelius *Missionarius Apostolicus.* 309
F. Joannes David *Missionarius Apostolicus.* 307
F. Joannes Pater. 311
F. Joannes Ryderus *S. T. D. & Provincialis.* 308
F. Joannes vande Wiel *Missionarius Apostolicus.* 307
F. Leonardus Janssenius *Missi. Apost. & Scriptor.* 309
F. Matthias van Sustteren *Missionarius Apostolicus.* *Ibid.*
F. Melchior Appelmans. 311
F. Michaël Conincx *Missionarius Apostolicus.* 308
F. Nicolaus de Muynck *Missionarius Apostolicus.* 311
F. Nicolaus Georgius *Scriptor.* 307
F. Petrus Bersius *Missionarius Apostolicus.* *Ibid.*
F. Petrus Jacobi *Vicarius Missionis.* 308
F. Petrus vanden Bossche *Scriptor.* 310
F. Petrus Wannyn *Missionarius Apostolicus.* *Ibid.*
F. Reginaldus Leowardius. 308
F. Reynerius Dobbelyns *Missionarius Apostolicus.* 309
F. Vincentius Staeyackers *S. T. D.* 310

EX CONVENTU CALCARIENSI.

F. Guilielmus ab Embrica. 324
F. Jacobus de Ridder *S. T. D. Episcopus Ebronensis.* 323
F. Joannes Theodorus à Wylick *Missi. Apost.* 325
F. Reynaldus de Tremonia. 323
F. Thedorus Slusenius. 324
F. Wilelmus ab Alten *Provincialis, & Inquisitor.* *Ibid.*

EX CONVENTU BRUXELLENSI.

F. Adrianus de Schrevel *Tertiarius.* 354
F. Adrianus Paymans *S. T. D.* 346
F. Andreas Solre *Scriptor.* 346
F. Antoninus Grondoni *S. T. D.* 348
F. Benedictus Emanuël Sailly. 347
F. Brixius Florentii *S. T. D.* 342
F. Carolus Hyacinthus Puteanus *Scriptor.* 345
F. Conrardus Druwé. 354
F. Dominicus Segers *S. T. D.* 345
F. Gaspar Ballincx *S. T. Licentiatus.* *Ibid.*
F. Henricus Collins *S. T. D.* 347
F. Henricus van Oeyenburch *Scriptor.* 428
F. Hieronymus Mauritius *S. T D.* 347
F. Jacobus de Bode *Provincialis.* 353
F. Jacobus de Bruxellis *Scriptor.* 344
F. Jacobus Remigii *S. T. D.* *Ibid.*
F. Joannes Baptista Wouters *Scriptor.* 348
F. Joannes Croissant *Scriptor.* 346
F. Joannes de Hamer *S. T. D.* 344
F. Joannes Lampier *Episcopus Salubriensis.* 343
F. Joannes Renardi. 345
F. Joannes Straetmannus *S. T. D.* *Ibid.*
F. Joannes vander Camme *Scriptor.* 347
F. Martinus Harney *S. T. D. Provincialis, & Scriptor.* 348
F. Nicolaus Deys *S. T. D.* 428

F. Petrus de Haſedonck. 342
F. Petrus Malpæus *Scriptor.* 345
F. Philippus Renatus à Buſleyden. 346
F. Pius Faſſeel *Prædicator Generalis.* 347
F. Reginaldus Cools *Epiſcopus Antverpienſis.* 349
F. Ricardus de Rivo *S. T. D.* 342
F. Stephanus Jonas *S. T. D.* 345
F. Vincentius Marchant. 346

EX CONVENTU MONTENSI.

F. Antonius Hocquet *Præd. Gen., & Provincialis.* 363
F. Benardus Malou. 429
F. Dominicus Bruneau *S. T. D.* 163 & 429
F. Dominicus Collart. *Ibid.*
F. Henricus Deſgorges. *Ibid.*
F. Joannes de Loix *S. T. D.* 363 & 429
F. Joannes Philippus de Hertoghe *Scriptor.* 364
F. Nicolaus Boſquier. 363 & 429
F. Paulus Faſſeau *S. T. D. & Scriptor.* *Ibid.* & 429
F. Robertus Duleloz *S. T. D.* 426

EX CONVENTU BRANIENSI.

F. Adrianus de Boeckel *Prædicator Generalis.* 367
F. Albertus de Hainault. *Ibid.*
F. Dominicus du Tordoir (*dictus* à Brania) *S. T. D.* 366
F. Dominicus Florentius de t'Serclaes. 367
F. Domitianus le Febure. *Ibid.*
F. Joannes Chryſoſtomus Douillet *Scriptor.* 366
F. Nobertus Delbecque *S. T. D. & Scriptor.* 367
F. Petrus Martyr de Cuvellerie. 366
F. Philippus Durand *S. T. D. & Provincialis.* 367
F. Raymundus Corduanier *S. T. D.* *Ibid.*
F. Thomas Parmentier *S. T. Lic. & Scriptor.* 366

EX CONVENTU NAMURCENSI.

F. Hyacinthus Groſſeau *Provincialis.* 373
F. Thomas Moniot. *Ibid.*

PRÆCLARIORUM SORORUM.

E L E N C H U S

PRÆCLARIORUM SORORUM.

Sr. Agatha Bennebroeck *Fundatrix Monaſterii Lovanienſis.* 159
Sr. Agnes de Wannemaecker *ſextò Prioriſſa.* 125
Sres. Anna, & Maria van Eſpelghem. 158
Sr. Anna Catharina van Achteren *Fundatrix Domûs S. Joſeph.* 313 & 306
Sres. Avezoeta, & Sybilla vanden Damme *Fundatrices Monaſterii Brugenſis.* 195
Sr. Barbara Boyle *per* 36 *annos Prioriſſa.* 415
Sr. Cæcilia Berenſtrein *Confundatrix Monaſterii Lovanienſis.* 158
Sr. Dorothea *Fundatrix Monaſterii Ruræmundenſis.* 381
Sr. Guidona d'Antoing *Fundatrix Monaſterii Labbietani.* 300
Sr. Ida Agnes Crocx *Confundatrix Monaſterii Sittardienſis.* 378
Sr. Jolanda Viennenſis. 296
Sr. Lucia de Hertoghe *Fundatrix Monaſterii Sororum Anglarum.* 415
Sr. Ludovica de Jonghe *quartò Prioriſſa.* 125
Sr. Margarita Curtiniacenſis. 298
B. M. Sr. Margarita de Gerines *Converſa.* 359
Sr. Margarita Luxemburgenſis. 300
Sr. Margarita Viennenſis. 299
B. M. Sr. Maria du Puis *Tertiaria.* 427
Sr. Maria le Febure *Tertiaria.*
Sr. Maria Moenens *Fundatrix Monaſt. Gand.* 124
Sr. Sara Derkennis *Fundatrix Monaſt. Antv.* 261
Sr. Sybilla Bronchorſt *Fundatrix Mon. Sitt.* 378

ELENCHUS

ELENCHUS

Nominum expreſſorum in Monumentis Sepulchralibus.

Alphonſi. 165
A Maldeghem. 166
Ameye. 46
Anchemant. 170
Aſſendelft. 335
Baenſt. 41
Baxius. 206
Bette. 39
Beydaels. 338
Beydens. 431
Blancquart. 49
Bocxhorn. 206
Boddens. 48
Bollangier. 169
Bonne. 431
Bontius. 207
Borluut. 171
Buſſere de Baſſevelde. 36
Butkens. 424
Canin. 49
Canis. 45
Capello. 206
Caproens. 387
Caſenbrotius. 166
Claiſſone. 336
Clayſſone. 43
Coene. 336
Collet. 387
Clutinc. 357
Corham. 424
Dadizele. 39
Damman. 45 & 336
Damant. 206
Danly. 305
Danſaert. 42
De Baillencourt. 429
De Beer. 41
De Bejar. 424
De Berch. 269
De Bertolf. 334
De Bets. 41
De Blaſere. *Ibid.*
De Boneem. 170
De Bonval. 305
De Boonen. 166
De Brabantia. 357
De Bryarde. 45
De Buck. 46
De Breyl. 426
De Brizuela. 169
De Brune. 170
De Calſtris. 136
De Camargo. 48
De Caſtro. 44
De Coxie. 337
De Croy. 136
De Deckere. 425
De Gavre. 430
De Gomiecourt. 50
De Gottignies. 335
De Gruutere. 38 40 41
De Gruutheere. 39
De Haellewyn. 44
De Hertoghe. 48

De

De Herzele. 37
De Heylweghen. 49
De Hoogelande. 168
De Jodogne. 288
De Joigny. 167
De Jonghe. 336
De Karerſte. 166
De la Barre. 430
De la Kethulle. 48
De Lalaing. 136
De Lantmetere. 207
De Leeuwenſtein. 269
De Leghe. 46
De Lenſele. 37
De Nieumunſter. 168
De Pachtere. 171
De Paris. 424
De Pottelsberghe. 48
De Raet. 45
De Rekenaere. 46
De Rode. 136
De Rougmont. 388
De Rudder. 431
De Rugeley. 167
De Ruſſchen. 168
De Salaert. 42
De Schepper. 49
De Steen. 428
De Steenhuys. 335
Deſpienne. 430
De Toledo. 44
De Troibreize. 48
Des Trompes. 170
De Varick. 206
De Vicq. 171
De Ville. 430
De Vulder. 336
Deurweerders. 425
De Wychede. 428
Dhane. 45
Dhulſt. 50
Dingens. 425
Doverloope. 170
Diepenhorſt. 335
Du Briarde. 168
Du Carreau. 305
Du Jardin. 45
Du Pleix. 305
Emtinch. 425
Engelgrave. *Ibid.*
Erp van Poſendael. 335
Everaerd. 42
Godevaerts.
Gonſalez. 166
Grond. 428
Haver. 47
Hauwe. 48
Hebberecht. 47
Helbins. 37
Hellin. 42
Helman. 45
Heuiter. 335
Hooghenhuyſen. 428
Hoppers. 334
Houtappel. 425
Houwart. 336
Janſen. 387
Jonaert. 430
Kinet. 387
La Chapelle. 335
La Motte. 39
La Trimouille. 335
La Vallet. 44
Le Clercq. 430
Legillon. 171

L'hermite. 48
Lopez Gallo. 166
Maes. 337
Mantels. 45
Mahieu. 46 50
Maniſſart. 430
Marocx. 171
Milot. 335
Montmorency. 167
Muſch *dit* vanden Broek. 335
Muytincx. 46
Nansfelt. 426
Nieulant. 41
Normant. 42
Nydeghem. 335
Nocet. 425
Pardo. 166
Pauwels. 336
Pelſers. 388
Preys. 335
Prooſt. 336
Quickelberghe. 39
Rufelaert. 38
Scenaert. 424
Schauteet. 50
Schitio. 333
Schockaert. 337
Sicleers. 43
Sloofs. 39
Stalins. 46 49 337
Stauthals. 47
Steelandt. 48
Stevens. 50
Stockmans. 336
Struyve. 207
S'Vos. 37
Sweerts. 431
Tacquet. 168
Teiſne. 436
Thienwinckel. 335
Thomæ. 387
Tilliers. 168
Trieſt. 41 167
T'Seraerts. 305
Vanden Bemde. 413
Vanden Brugghen. 424
Vanden Berghe. 48
Vanden Broucke. 50
Vanden Coyen. 42
Vanden Eechaute. 49
Vanden Eede. 48
Vanden Walle. 38
Vanden Wouwere. 207
Vander Beke. 335
Vander Bieſt. 37
Vander Ketulle. 37
Vander Laen. 335
Vander Meere. 43
Vander Meer. 387
Vander Muelne. 43
Vander Saren. 44
Vander Scaghe. 38
Vander Straete. 432
Vander Varent. 40
Vander Zype. 43
Vande Plaſſche. 49
Vande Velde. 168
Vande Vivere. 46
Van Exarde. 48
Van Ghendt. 37
Van Gheſtel. 430
Van Gilſe. 426
Van Gorop. 42
Van Halewyn. 38
Van Haure. 47
Van Heetvelde. 170

Van Hembiese. 41
Van Heule. 46
Van Lancre. 47
Van Leemputte. 425
Van Lemens. 424
Van Lynden. 425
Van Meetkercke. 37
Van Meldert. 431
Van Messem. 40
Van Mortaigne. 38
Van Ravescoot. *Ibid.*
Van Royen. 48
Van Somerghem. 169
Van Vaernewyck. 38
Van Wtkercke. 36 37
Veranneman. 44
Voirt. 335
Utenhove. 38
Uwenys. 207
Wouters. 49 50
Wyts. 44
Zanequin. 37
Zoete. 432

FACULTAS

Rmi PATRIS MAGISTRI GENERALIS.

FR. ANTONINUS CLOCHE SS. Theologiæ Professor ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis & Servus.

Cum nobis exponas, quod seriem & Contentum totius BELGII DOMINICANI idiomate Flandrico conscripseris, harum serie & officii nostri Authoritate tibi *R. P. Bernardo de Jonghe* Provinciæ nostræ inferioris Germaniæ damus facultatem hoc opus transferendi ex vernaculo in Latinum, & publicè typis mandandi, dummodò illud integrè perlegerint, examinaverint, & dignum typis judicaverint duo PP. Magistri vel Professores ex Ordine nostro, servatis aliàs de jure servandis. In nomine Patris & Filii & Spiritûs S. Amen. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem his officii nostri sigillo roboratis, propriâ manu subscripsimus. Datum Romæ in Conventu S. Mariæ super Minervam die XXV. mensis Januarii 1716.

F. ANTONINUS CLOCHE
Magister Ordinis.

(L. S.)

Regist. litt. N. pag. 57
F. Dominicus Twinger Mag. & Socius.

CENSURA.

HÆc Provinciæ Germaniæ inferioris ſacri Ordinis FF. Prædicatorum Hiſtoria perutiliter imprimetur; utpotè non minori fidelitate, quàm ſtudio ac labore à R. P. BERNARDO DE JONGHE compoſita, è tenebris eruens, producenſque in lucem plurima, quæ hactenùs latuerunt, ac ſcitu digniſſima ſunt: maximè iis, qui Dominicanum Ordinem ſunt profeſſi, ac quorum animos hiſtorica lectio delectat. Datum Gandavi hâc die 17 Septembris 1718.


F. THOMAS DU JARDIN, *Ord. Præd. S. Theol. in alma Univerſitate Lovanienſi Doctor, & ibidem Studii Generalis ſui Ordinis quondam Regens Primarius, & Conventûs ſui Gandenſis actualis Prior.*

F. JOSEPHUS GILLIS *ejuſdem Ordinis Sacræ Theologiæ Doctor.*

ALIA.

Imprimi poterit liber, cui titulus: *Belgium Dominicanum*, ſive *Hiſtoria Provinciæ Germaniæ inferioris FF. Prædicatorum* Authore P. F. BERNARDO DE JONGHE ejuſdem Ordinis, Conventûs Gandenſis filio. Datum Gandavi hâc 25 Octobris 1718.


Jo. VANDEN HOVE, *Eccleſiæ Cathedralis & Exemptæ S. Bavonis Canonicus ac Theſaurarius, Librorum Cenſor ordinarius.*



Apud R.R.P.P. Dominicanos Anglos Bornhemij.

P.B. Bouttats. fecit. Antv:


FORTI SUAVITER
Ph: Calaber f: Lovanij 1710



CONVENTUS FF: PRÆDICATORUM GANDAVI
1735
A. Ecclesia.
B. Sacristia.
C. Capitulum.
D. Refectorium.
E. Culina.
F. Camera concilii.
G. Braxatorium.
H. Prioratus.
I. Cameræ hospitum.
K. Bibliotheca.
L. Novitiatus.
M. Ambitus.
N. Dormitorium.
O. Locutorium Virorum.
P. Infirmaria.
Q. Porta perquam angeli tulerunt cibos 1481.
R. Vestiaria.
S. Cameræ seniorum.
T. Cœmiterium.
V. Cœmiterium antiquum
X. Hortus.
1481.
F. Bern: de Jonghe ejusd: conv: delin: in loco.
Harrewyn fecit.



CONVENTUS FF. PRÆDICATORUM
MONTIBUS HANONIÆ ANNO 1715

R^do Adm: Patri
P.F. LUDOVICO LEPINSELLIER
Sui Conventus Montensis Priori
Dignissimo D.C.

F. Bernardus de jonghe Conv: Gand: qui
et delineavit in loco 1715.



A. Ecclesia
B. Locutorium
C. Dormitorium
D. Cameræ seniorum
E. Cameræ conversorum
F. Horologium etiam
tintinabulum
G. Cameræ hospitum
H. Infirmaria
I. Hospitium
K. Braxatorium
L. Porta atrii
M. Puteus
N. Domus amortizata



CONVENTUS F.F. PRÆDICATORUM
In quo STUDIUM GENIRALE ANTVERPIÆ
Anno 1717.

MAGIS UT PROSINT

Rdo. Adm. ac Eximio Patri
P. HYACINTHO DE BAETS
S.T.D. Conv: Gand: Filio, Conv: Antv:
Priori Dignissimo D. C.

F. Bern de Jonghe Conv:
Gand: qui et delineavit
in loco.

A. Ecclesia
B. Sacristia
C Sodalitas
D Refectorium

E. Culina
F. Hospitum
G. Cameræ hospitum
H. Infirmaria
I. Pharmacopœa
K. Lavatorium
L. Braxatorium
M. Bibliotheca
N. Dormitoria
O. Ambitus

Harrewyn Sculp:
Brux: 1718.

Reverendo Admodum Patri
P. JOANNI HOEFSLEGERS
Sui Conventûs Sittardiensis
Priori Dignissimo D.C.

F. Bern. de Jonghe
Conv. Gand qui et
delineavit in loco.

Harrewyn Sculpsit
Brux.

CONVENTUS F.F. PRÆDICATORUM
SITTARDIÆ 1738.

A. Ecclesia
B. Bibliotheca
C. Sacristia
D. Dormitorium
E. Refectorium
F. Culina
G. Cameræ hospitum
H. Gymnasium
I. Infirmaria
K. Hortus
L. Infirmaria tempore pestis



PATIENTIA VICTRIX

Rdo Adm Patri
P.F. DOMINICO VANDER MEER
sui Conventus Tungrensis
iteratâ Vice Priori Dignissimo.
D.C.

F. Bernardus de Jonghe
Conv: Gand: qui et
delineavit in loco.

J: Harrewyn sculp: Brux:

CONVENTUS FF. PRÆDICATORUM
TUNGRIS 1718.

A. Ecclesia inchoata.
B. Sacellum.
C. Introitus.
D. Collocutorium.
E. Cælina.
F. Refectorium.
G. Dormitorium.
H. Camera hospitum.
I. Infirmaria. K. Sacristia.
L. Bibliotheca.
M. Braxatorium.
N. Ambitus.
O. Hortus Florum.
P. Domus pertinentes ad Conventum.

PRO DEO ET FIDE.

R.do Adm: P.F. LUDOVICO MEYERE
Conv: Gand: Prædicatori Generali,
Conventûs Vilvordiensis Priori
Dignissimo D.C.

F. Bern: De jonghe Conv: Cand:
qui et delineavit in loco.

CONVENTUS ET GYMNAGIUM FF. PRÆDICATORUM VILVORDIÆ. 1715.

A. Ecclesia.....
B. Dormitorium.....
C. Ambitus.....
D. Sacristia.....
E. Braxatorium.....
F. Porta Conventûs.....
G. Aria Gymnasii.....
H. Gymnasium.....
I. Lauatorium.....
K. Aula Gymnasii.....
L. Refect: Gymnasii.....
M. Refectorium.....
N. Cameræ Hospitum.
O Hortus.....

Karrewyn fecit.

CONVENTUS FF. PRÆDICATORUM
LYRÆ. 1735.

Ista mœnia ad 400 pedes ulterius se extendunt.

Rdo Admodum Patri
P. FRANCISCO JORIS
Ord: Præd: sui Conventûs
Lyrani Priori Dignissimo
D.C.

F. Bernde Jonghe Conv: Gand:
qui et delineavit in loco.

Harrewyn Sculpsit Brux:

CLUSA S. GUMARI. QUÆ EST
TEMPLUM F.F. PRÆD. LYRÆ. 1753

F. Bern: de Jonghe Conv: Gand:
qui et delineavit in loco.

Harrewyn Sculpsit Bux:

CONVENTUS FF. PRÆDICATORUM BRANIÆ-COMITIS ANNO 1715.

R^do Adm: ac Eximio Patri
P.F. JOSEPHO COMPAS S.T.D.
sui Conventus Braniensis Priori
Dignissimo D. C.


F. Bern: De Jonghe Conv: Gand: qui et deliniavit in loco 1715.



A *Ecclesia*
B *Locutorium*
C *Cameræ hospitum*
D *Dormitorium*
E *Horologium*
F *Scholæ juventutis*
G *Porta Atrii*
H *Ambitus*
I *Infirmaria*
K *Bibliotheca*
L *Hospitium*
M *Braxatorium*
N *Gradus Lapideus*
O *Porta Horti*
P *Custodia Lignorum*
Q *Antiqua mœnia*

R *Turris S. Rochi*
S *Horti Florum*
T *Crypta S. M. Magd:*
V *Hortus*
W *Puteus*
X *Pomarium*
Y *Plateæ*

Karrewijn fecit.



SIBI MORTVVS DEO, ET PROXIMO VIXIT



Vera effigies B. M. Ven: P. F. AMBROSII DRUWE' Ord: Præd:
Conv: Gand: qui obiit cum opinione Sanctitatis Bruxellis die IX Maii M.D.CLXV

CONVENTUS FF. PRÆDICATORUM BELGARUM in quo STUDIUM GENERALE LOVANII 1715.

FORTITER ET SUAVITER.

Rdo Adm: ac Eximio Patri
P.F. HIERONYMO t'SERAERTS
Ord: Præd: S.T. Doctori, strictæ Facultatis
Thologicæ Lovanienſis Profeſſori Regenti,
Conv: Lov: tertium Priori, hunc per inferiorem
Germaniam Priori Provinciali Miſſionum Apoſt: Præfecto,
&c. hanc ſui Conventus Imaginem D.C.

F. Bernardus de jonghe Conv: Gand: qui
et delineavit in loco 1715.

A. Eccleſia.
B. Dormitorium philoſophorum.
C. Dormitorium conventualium.
D. Dormitorium theologorum.
E. Schola theologorum.
F. Cameræ moderatorum ſtudy.
G. Hortus Regentiæ.
H. Cameræ hoſpitum.
I. Cuſtodia lignorum.
K. Braxatorium.
L. Prioratus.
M. Culina.
N. Veſtiaria ſtudioſorum.
O. Veſtiaria conventualium.
P. Bibliotheca
Q. Camera Regentis ſtrictæ facultatis.
R. Sacellum. Ducisſæ Brabantiæ
S. Infirmaria.
T. Pharmacopæa.
V. Hortus infirmariæ.
W. Horti minores.
X. Hortus ambitus.
Y. Hortus major.
Z. Area ante Eccleſiam.
&. Portæ Conventus.

Karrewyn ſcrit

CONVENTUS FF. PRÆDICATORUM BRUGIS 1716.

QUI SAPIT IMPERAT

R. Adm: ac eximo Patri
P.F. BERNARDO DE KEYSER
S.T.M. Exprovinciali, Conventûs
sui Brugensis iteratâ vice Priori
dignissimo D.C.

F. Bern: de Jonghe Conv: Gand:
qui et delineavit in loco.

Index locorum

A. Ecclesia.
B. Atrium.
C. Horti Religiosorum.
D. Cameræ hospitum.
E. Ambitus.
F. Dormitorium.
G. Vestiaria.
H. Culina.
I. Refectorium.
K. Pomarium interius.
L. Bibliotheca.
M. Caveæ.
N. Braxatorium.
O. Atrium.
P. Custodia lignorum.
Q. Cameræ hospitum.
R. Infirmaria.
S. Sacellum infirmariæ.
T. Stabulum.
V. Officina fabri lignarij.
W. Horti.
X. Canalis.
Y. Vivarium.
Z. Pomarium majus.
2. Pons canalis.
3. Porta ad plateam.
4. Aquæductus.
5. Infirmaria tempore pestis.
6. Lauatorium habitum.
7. Parietes quibus circumcingitur conventus.
8. Horeum.

Harrewyn. 3 fecit Brux:

CONVENTUS FF. PRÆDICATORUM TRAJECTI AD MOSAM 1717.

VINCE IN BONO MALUM

R.do Admodum Patri
P.F. INNOCENTIO VINCQUEDES
Sui Conventûs Mosæ-trajectensis
Priori Dignissimo D.C.

F. Bern.s de Jonghe qui et delineavit in loco.

A. Ecclesia.
B. Vestiaria.
C. Sacristia.
D. Dormitoria.
E. Refectorium Æstivale.
F. Culina.
G. Refectorium hyemale.
H. Area ante Ecclesiam.
I. Braxatorium.
K. Cameræ hospitum.
L. Infirmaria.
M. Ambulacrum.
N. Ambitus.

H. Carrewyn Sculpsit Brux: 1718

CONVENTUS BUSCODUCENSIS FF. PRÆDICATORUM MECHLINIÆ 1716.

HUMILITER ET SINCERE

R.do Adm: Patri


PF. NICOLAO VANDEN BUSDOM

Sui Conventus Buscoducensis in MECHLINIA iteratâ vice Priori Dignissimo D. C.

F. Bern: De jonghe Conv: Gand: qui et delineavit in loco.

A. Ecclesia
B. Introitus
C. Sacristia
D. Chorus
E. Lauatorium
F. Bibliotheca
G. Dormitorium
H. Ambitus
I. Oratorium
K. Refectorium
L. Culina
M. Camera hospitum
N. Calefactorium
O. Braxatorium
P. Infirmaria
Q. Oratorium
R. Domus S. IOSEPH sortis Regulæ S.P.N. DOMINICI pertinens ad Conventum.

I. Harrewijn. fecit.



NE BIEN AVOIR NE MAL OUIR.

R. Adm: ac Dign.mo Patri P.F. JACOBO DE BODE Conv: Bruxellensis Filio, sextùm Priori, Exprovinciali et post conflagrationem, eius dem in hanc formam restauratori D.C.

F. Bernardus de Jonghe Conv: Gand: qui et delineavit in loco 1715.

H. Carreuyn fecit.

CONVENTUS
F.F. PRÆDICATORUM
BRUXELLIS 1715.

A. Ecclesia
B. Sacellum Regium
C. Locutorium
D. Porticus
E. Dormitoria
F. Cameræ hospitum
G. Ambitus
H. Ruinæ ambitus
I. Culinæ
K. Ruinæ refectorij
L. Ruinæ Bibliothecæ
M. Ruinæ Caveæ
N. Braxatorium
O. Molendinum
P. Porta Braxatorii
Q. Murus horti
R. Horti
S. Ruinæ novitiatus
T. Ruinæ infirmariæ

Leye flu.

Le Canal de Brugge

Audenaye porte


Perfille porte

Dam porte

Keyfers porte


Schelde flu.


La Ville de GAND.



LA VILLE DE
LOUVAIN.




La Ville de BRUGES.
Karreuijn f. 1712
le Canal de Damme
le Canal d'Ostende
Canal de Gand



Renvoy

A . Citadelle .
B . Esplando .
C . Porte de Cronenbourg .
D . Quay de Bois .
E . Maye Gat .
F . Teſte de Biere .
G . De Werff .
H . Lovie de Pierre .
I . Mee Quay .
K . Quay des Anglois .
L . Fort St. Laurens .
M . Kattenburg .
N . Porte de Slyck
O . De Roy Poort .
P . Porte Kypdorp .
Q . Porte St. George .
R . Cimetier .
S . Den Eechoff .
T . Cathedralle de N: D:
V . Fort Isabelle .
W . Redoute de l' Ecluse .
X . Fort du Trajet .

St Lazare
Chemin Pave d'Anvers a den Dorp
Canal
Chemin Pave de Deurne
Canal
d'Anvers a Berchem
Chemin Pave
Escaut Riviere
Dyck
PARTIE de DE
ANVERS
Flandre
FLANDRE .
Eschelle de 300 Thoyses
300 200 300
50. 150 200




Renvoy.
A . Porte St. Pierre .
B . Linckel Porte .
C . Wimeringen Porte .
D . Lander Cruys Porte .
E . Hoochter Porte .
ɔ . Hooch Brugge Porte .
z . Porte Ste. Matin .
MAESTRICHT.
WICK
Noort
Meuse Riviere
Echelle de 150 Toises
0 10 20 30 50 100 150
Harrewyn fecit

RENVOY

1. Bastion de Bourlemont
2. Bastion de S.te Marie
3. Bast. Camus
4. Bast. de S. Ios
5. Bast. de Baigne
6. Bast. de Louvois
7. Bast. du S. Esprit
8. Reduit du S. Esprit
9. Ouvrage derriere le S. Esprit
10. Haut Bast. de Gront
11. De-mi Bast. de S. Jacobins
12. Bast. du Chateau
13. Cavaliers
14. Contre garde
15. Demie Lune de la Porte Neuve
17. Demie Lune
18. Contre garde de Louvigny
16. Contre garde de S.te Marie
19. Demie Lune
20. Contre garde
21. Ouvrage Crenelle
22. Fausse Braye
23. Bas Bast. de Gronte
24. Chateau de Munster
25. Fausse Braye
26. Porte du Pasendal Casemattée
27. Vieux Ouvrage a Corne
28. Premier Porte de Pasendal
29. Redoutes Neuves
30. Redoutes Vieilles
31. Demie Lune de Bourbonnoi
32. Redoute de Bourbonnois
33. Cornichon
34. Demie Lune
35. Redoute de Gronte
36. Nouvelles Cazernes
37. Redoute au bout de Munster
38. Ouvrage de la hauteur du Parc
30. Ouvrage de la hauteur de Pasendal
40. Les Communications

Rocq Pelé

Rocq Pelle

Place d'Arme

Vieux Meusel

Muraille du Parc

Alzette Riv. on Al.

LUXEMBOURG


Echelle de 150 Thoises

0 15 25 50 100 150


MALINES
Karrewyn
fecit
Dele
de
reviere
la




LA VILLE
DE
BRUSSELLE.
Senne R.



MONS

Renvoy.

A . Porte de Bertamont
B . Porte de la Gueritte
C . Porte du Havre
D . Porte de Nimy
E . Potte du Parc
F . Porte du Ravage
G Ouvrage a Corne
H . Entrée de la Riviere
I . Sortie de la Riviere
K . Principale Escluse

Ouvrage a Corne Imparfait par le quel la Ville a esté prise

Trouille

Riviere

Eschelle de 130 Toises

Harrewyn fecit

